OBSERVATIONVM
ET
CVRATIONVM CHIRVRGICARVM,
Libri Quinque.

QVORVM { I. II. III. IV. V. } De tumoribus præter naturam { Sanguineis. Biliosis. Pituitosis. Melancholicis. Mixtis seu compositis.

IN QVIBVS EORVNDEM CAVSSÆ, SIGNA, PROGNOSES ACCVRATE ET graphice depinguntur.


AVTHORE.
PETRO FORESTO ALCMARIANO
Med. Delphensi.


QVIBVS ACCESSERVNT EIVSDEM LIBRI III. DE INCERTO, ac fallaci vrinarum Iudicio aduersus vromantas & vroscopos.

Cum Priuilegio S. Cæs. Maiest. ad decennium.

Nec non rerum ac materiarum Indice locupletißimo.









FRANCOFVRTI,
Apud Zachariam Palthenium D.
Anno. M. DC. X.

[illegible] [illegible]



NOBILI AC CLARISSIMO VIRO, DN. ZACHARIÆ BRENDELIO,

Medicinæ Doctori, ac Professori in Academia Ienensi, suo amico.

ITA mecum, Clarissime ac Doctissime BRENDELI, comparatum est, vt ingratus esse non queam, nec ingratitudinis vitium mihi exprobrari patiar. Pro humanitatis ergo tuæ officiis, quibus me in Academiam vestram, hac æstate expatiatum persecutus es, quid faciam aliud, nisi vt animi mei syncerıtatem, ac promtitudinem erga Vos declarem? Declarare autem modo alio nunc non possum, nisi publica hac nominis vestri inscriptione. Quam eo minus displiciturum vobis putabo, quo magis materia harum Chirurgicarum obseruationum vobis est arrisura. Hanc itaq; vt candido animo excipias nominis compellationem officiorumq; oblationem, etiam atq; etiam oro. Vale & salue

à tui nominis
cultore

Zacharia Palthenio, Philosophiæ ac V. I. Doctore & Librario Reip. Francofurt. Cal. Sept. 1610.

LECTORI REI CHIRVRGICÆ studioso.



Vm Clarissimus vir D. PETRVS FORESTVS, *piæ memoriæ, rem omnem medicam triginta suis Obseruationum ac curationum Medicinalium libris ita enucleate atque absolute pertractasset, vt medicina studiosos pene ab vnguiculis formasse, & ad culmen doctrinæ prouexisse videretur, ne quicquam tamen à quoquam desideraretur, hisce perfectam Rei Chirurgicæ tractationem adiungere etiam voluit: quippe cum videret Chirurgiam neutiquam à medico ac physico esse alienam, quin potius à Therapeutica non aliter quam partem à toto differre: vsque adeo vt vix Chirurgia sine medici scientia, ac propemodum vix Medicina sine chirurgi operatione esse aut cogitari possit. Scripsit itaque hos quinque de Tumoribus præter naturam libros, quos nunc damus, hac serie:*

LIB. I. De tumoribus præter naturam sanguineis.
LIB. II. De tumoribus præter naturam biliosis.
LIB. III. De tumoribus præter naturam pituitosis.
LIB. IIII. De tumoribus præter naturam melancholicis.
LIB. V. De tumoribus præter naturam mixtis seu compositis.

Idque eodem plane ordine, ac contextu, quem in Obseruationum suarum Medicinalium libris accurate seruauit: nempe Obseruationes, seu Experimenta, Scholiis, id est, Praxin Theoriæ, & euentum rationi præmittendo: vt ita rationem experimento confirmans, ac experimentum ratione fulciens, Artis dogmata comprobraret, medicinæque præstantiam declarando, tyrones ad vera arcana duceret, adytaque ac mysteria tanta Dei beneficentia larga manu studiosis omnibus panderet & reseraret. In qua re spero te tanti viri operam hilari fronte ac grato animo suscepturum, Beneuole Lector, haud secus ac reliqua eius scripta consueuisti. Eandem enim diligentiam in hisce quinque libris animaduertere poteris, quam in aliis de Febribus ac reliquis internis morbis tantopere laudasti & admiratus es. Quamuis enim inter posthumos eius fœtus hi libri habeantur, quantum ad eorum editionem attinet, eos tamen per annos plus quam viginti absolutos penes se seruauit: ac simul cum aliis in lucem emittere potuisset, si non maluisset singulos separatim edere, & sic paulatim ingenia studiosorum demereri, potius quam copia omnium librorum simul ac confertim in lucem emissorum eadem obruere, ac operum mole animos ipsorum teneros à legendo deterrere. Hoc solum in hisce libris omissum est, quod singulis editionibus præmittere solebat, nempe PROLEGOMENON *aliquod, quo Lectores suos ad lectionem librorum suorum introducere, eosque quodammodo præparare solebat. Sed non dubito quin illud consulto ac studio ab eo in Chirurgico hoc Opere prætermissum fuerit: præsertim cum in Scholiis, quæ singulis Obseruationibus suo more subnectit, omnia quæ vniuersaliter Chirurgiã concernunt, ita copiose ac dilucide enucleata ab eo sint, vt nihil amplius introductionis vice deesse aut desiderari videatur. Quare nihil vltra hisce libris præmittẽdum esse indicauimus: nec Forestianæ purpuræ, obsoletos ac sordidos aliunde petitos centones assuere voluimus. Vale igitur Beneuole Lector: & his nobiscum fruere.*

CATA-

CATALOGVS OBSERVATIONVM CHIRVRgicarum.

Primus numerus notat Obseruationem, secundus paginam.

virga & aliis locis, ad Petrum chirurgum Brielensem.

XII. De clauo in digito pedis, per modum consilii, pro fratre meo Iacobo Foresto, cum Louanii medicinæ operam daret.

LIBRI QVINTI,

De tumoribus præter naturam mixtis.

I. De maculis quibusdam plumbeis, ad cineritium colorem tendentibus, exterius in cute apparentibus.

II. De morphea, cutisque defœdatione maculosa.

III. De vitiligine.

IV. De lentigine & panno faciei.

V. De lichene.

VI. De parotide.

VII. De varis seu ionthis, aut eossis vel pustulis apparentibus in facie: per modum consultationis.

VIII. De pustula quadam elata ad magnitudinem fabæ Ægyptiacæ in gena sub oculo.

IX. De pruritu totius corporis.

X. De scabie: in qua ponuntur multa exempla scabiei curatæ.

XI. De scabie diuturna, quæ per nouem annos durauerat.

XII. De diuersis speciebus scabiei curatis.

XIII. De scabie humida, & de scabie sicca, & de inueterata, fœda, cum diuersis exemplis.

XIV. De malo mortuo.

XV. De pernionibus.

XVI. De panaritio, seu Græcorum paronychia.

FINIS.

AD LECTOREM.

Lector, redditur hic tibi FORESTVS:
Ne tractare time, quod inuenusti
Ditis lustra duo fuit colonus.
Nequicquam grauεolens palus Auerni,
Et tristes nebulæ, situsque segnis,
Tentarunt decus inquinare lætum,
Quod viui solet enitere fronte.
Cum nondum niger hunc vorasset Orcus,
Quo posset reparariet docebat,
Quicquid non bene temperata Cœli
Peccaret plaga, quattuorue quidquid
Inconstantia corporum maligna,
Quorum particulæ fumus genusque:
Vel quodcunque mala lucis medullis
Imis, visceribusque inambularet.
At nunc spondet opem malo quod extra est,
Quodque haud dissimulat cutis pudica.
Sed ne despice quod tibi legendum
Mittit mens pia pallidis ab vmbris.
Non artis minus hic, minusque curæ,
Quoquo lumina volueris, videbis.
Inque omni tibi pagina FORESTVS
Occurret, subiget q, te fateri
Quod nil abstulerit sui Barathrum.
Sed fortasse rogas, amice lector,
Quare non tibi, dum fuit superstes,
Has donauerit. Id laboris auctor
Seruandum cineri suo putabat,
Ne manes aliter forent inertes.
O quam non fuit otiosa vita
Illi, cui minus otiosa mors est?

Scribebat
IOANNES FORESTIVS cognatus,
Iuris Doctor.

OBSERVATIONVM ET CVRATIONVM CHIrurgicarum Liber primus,

DE TVMORIBVS PRÆTER Naturam:

D. PETRO FORESTO ALCmariano auctore.

OBSERVATIO PRIMA.

De Apostemate calido, præter mentem & casu
1 *curato.*



Aupercula quædam mulier Alemariana, cum apostema calidũ in musculis pectoris exterioribus haberet, quod ad abscessũ tendere videbatur; (*erat autem apostema rubrum elatum*) ad me lotium deferri iussit: sed cum de abscessu is, qui illud lotium deferebat, mentionẽ nullam faceret, qui versus axillã apparebat, & lotium ipsum cum esset boni coloris; ego de cruditate ventriculi iudicabam: nuntius autem tantum modo dicebat, ægram in pectore laborare, de abscessu tacens: ideo ego suspicabar *asthma* esse. Quare imperaui, cum pauperculæ lotium esset, vt *radi-*
2 *cem enulacampana in ceruisia* cõmuni decoqueret, atq; ex ea omni mane biberet. Nuntius vero radicem ipsam in ceruisia decoctam & contusam (*vtrum perperam rem intellexerit, nescio*) cum reuersus esset apostemati externo applicuit, & præter opinionem rupto apostemate paupercula ipsa nullo adhibito alio medicamento curata fuit casu. Melius tamen est, potius medicum ad ægrum vocare, ob lotii incertam coniecturam, vt de vroscopis alias docuimus.

SCHOLIA.

C*Vm vsque ad canos etiam discenda sit sapientia, vt præceptum Salomonis habet, quem præ cæteris hominibus in arte sapientiæ enituisse diuinæ paginæ testimonio accepimus: idcirco immensis nostris laboribus quos insumsimus in libris nostris* Obseruationum *& Curationũ Medicinalium, etiam adiiciemus Obseruationes alias* Curationum Chirurgicarum *nostrarum, quas vt ad finem quoque perducere valeamus, auxilium diuinũ implorabimus, idque vnius Dei Opt. Max. qui vniuersæ sapientiæ author existit. Incipiemus autem* de tumoribus præter naturam. *Tametsi* Apostematis, *id est*, Abscessus *nomen non sit ita generale, vt ipsius tumoris præter naturam (hoc enim nomine* solam phlegmonem in pus versam, nec non atheroma, steatoma & meliceridem *Græci ipsi comprehendunt) attamen vulgo receptum est, vt omnes tumores præter naturam in homine, cum in satis euidentem molem attolluntur ex humorum naturalium influxu,* Apostemata *vocentur. Diffinitio autem ipsius* tumoris præter naturam *seu* apostematis *ex Galeno talis colligi potest.* Tumor præter naturam est incrementum naturalem statum in corpore excedens, & læsionem actionis inducens. *Vel secundum Auicennam* est ægritudo composita ex triplici genere morborum; nempe ex intemperie, mala compositione & vnitatis solutione. *Vel secundũ Holi-Abbatẽ,* Apostema est tumor præter naturam, in quo aliqua materia replens, & distendens est aggregata. *Hanc definitionem ex omnib. suis partib. cõstare dicũt.*
nam tumor *locum generis occupat*: præter naturam 3
adiectũ est, propter incrementum illud, vel corporis totius, vel particulæ alicuius, naturalem symmetriam, seu naturæ habitum excedens quod supra *vel* vltra naturam *appellat Gal.* In quo est materia aliqua superflua humoralis, vel ad humorem reducibilis, aggregata, *propter tumores, qui in fracturis & luxationibus conspiciuntur: in quibus non humor, aut substantia aliqua, quæ ad humorem reduci possit, tumorem committit, sed ossa quæ exstant. Postremo apposita sunt hæ duæ particulæ,* replens *&* distendens, *vt ostendantur tria morborum genera superius posita, in vnum esse congregata, atque vnius morbi essentiam constituere. Tumores autem eiusmodi, qui præter naturam dicuntur, in tres species à Guidone & ab eius ætatis scriptoribus solent diuidi, in* Apostemata, Pustulas, *&* Exituras. Apostemata *vocant illi tumores maiores, in quibus materia ex qua creãtur, magis quãtitate peccat, quam qualitate.* Pustulas *vero quasdã eminentias, seu minutiores tumores, quos &* Bothor *vocant Arabes: in quibus substantia vnde originem ducunt, qualitate magis, quam copia, molesta esse solet. At* Exituras *eos tumores vocant, quos Latini* Abscessus, *& Græci* Apostemata *nominant. Sed de nominibus (vt dicebat Galenus) non est curandum, modo de rei essentia constet. At Fernelius tumorum præter naturam differentias distinguit quoque in* tumores, tubercula, pustulas, *sic scribens* lib. 7. de exter. corpor. affectibus. cap. 1. *Hi porro affectus qui corporis summa obsidens, vel in cute prominent, vel eam excauant, vel commaculant, prominent,* Tumor, Tuberculum, Pustula Tumor Tuberculo ma-

Gal. 14. Method. ca. 12.

Vide Tagaultiũ lib. 1. de tumoribus præter naturam c. 1.

In lib. de tumoribus præter naturam c. 1.

Apud neotericos sunt tres species tumorũ.

Apostemata.

Pustula.

Exitura.

Tumorum præter naturam differẽtia.

Tumores.

lo maior, & vtroque minor est Pustula. *Tumores sunt*: phlegmone, phygethlon bubo, phyma, erysipelas, (*hoc enim & in tumoribus recenseri solet*) œdema, hydrocephalon, hydrocele, tumor flatulentus, scirrhus, ganglion, bronchocele, parotis, struma, cancer. *Tubercula sunt*: carbunculus, furunculus, terminthus, glandula, nodus. *Pustulæ sunt*: epinyctis, phlyctænæ, esthymata, ephelides, hydera, herpetes, scabies, prurigo, lichen, psora, lepra, *omniaque verrucarum genera, clauus, callus. Sunt præterea quæ cutim tantum commaculant: & sic cutis etiam vitia quædam nihil prominent, sed æqualia manent, nulla asperitate: huiusmodi sunt maculæ quæcunque alieno colore*

Tubercula.
Pustula.
Macula.
Gal. 13. methodi c. 4.

3 *hanc fœdant*: vt vitiliginis species, lenticulæ, ecchymata, suggillata, stigmata, vibices. *Quamobrem cum de omnibus externis malis etiam scripturi sumus, de his quoque omnibus dicemus. Alii vero Tumores omnes præter naturam diuidunt in* flatuosos *&* humorales: *flatuosi sunt, qui à flatuoso spiritu fiunt: qui spiritus quandoque sub cute, quandoque sub membranis circumcessalibus, quandoque in intestinis, nonnunquam in medio horum & peritonæi colligitur: à Græcis* Emphysemata, *ab Arabibus* Apostemata ventosa *dicuntur. At Tumores humorales diuiduntur in* simplices, *aut in* Permistos *seu* varios. *Simplices autem sunt aut* calidi *aut* frigidi. *Calidi referuntur aut ad sanguinem, vt* phlegmone; *aut ad flauam bilem, vt* erysipelas *Frigidi vero ad pituitam, vt* œdema; *aut ad atram bilem, vt* scirrhus. *At permisti seu varii sunt, vel ex sanguine dominante bili, vt* phlegmone erysipelatosa; *aut ipsi pituita, vt* phlegmone œdematosa; *aut humori crasso, lentaque substantia, vt* phlegmone scirrhosa. *E contrario superante bile, pituita & humore crasso ipsum sanguinem, vel* erysipelas, phlegmonosum, *vel* œdema phlegmonosum, *vel* scirrhus phlegmonosus. *Eodem modo si ipsi humores æqualiter misceantur, coniuncta nomina sortientur, vt* phlegmone *&* erysipelas; *& sic de reliquis. Sumuntur autem omnes hæ differentiæ, vel à substantia, vt apud Auicennam* tumor magnus, paruus. *Magnus, vt* phlegmonosus, *qui in carnosis particulis tumidioribus fit, vel* œdematosus, erysipelatosus, scirrhosus: *Paruus, vt* minuta eminentia, *qualis est* pustula bothor, lepra Græcorum, seu psora, scabies, impetigo. *A materia, vt ab* humoribus iam dictis, flatu quoque, humore seroso. *Vel ab accidentibus quæ communiter ipsis humoribus superuenire solent, vt est* dolor, calor, mollities, durities *& id genus alia. Ab ipsis membris vel particulis affectis: vt* ophthalmia, oculi inflammatio, synanche, bubones. *A causis efficientibus; vt à* congestione, fluxione cutis, *& aliis, de quibus postea latius.* *Vide Galenum vnde hæ differentiæ nascantur.* 13. methodi. *Iam & tumorum noua quædam nomina excogitata,* *test*, testudo, *mollis tumor caluariæ inhærens, &* talpa: *hæc ad atheroma; illa ad meliceridem magis spectare videtur. Ad steatoma vero fere pertinet tumor dolore carens,* nata *ab aliis dicta, de qua suo loco. Singula vero omnium tumorum nomina & definitiones seorsim in processu explicabimus. Nunc ad causas tumorum præter naturam extrinsecus apparentium in vniuersum accedamus;*

Emphysemata Apostemata ventosa.
Tumorum humoralium diuisio.
Vide Tagaultium c. 2. de diff. tumor præter naturā lib. 1. Instit. Chirurgicarum.
Tumorum noua quædam apud recentiores medicos nomina.

prius hoc interposito exemplo.

OBSERVATIO II.

De Apostemate circa regionem ventriculi, cum tumore exterius apparente.

NAuta ille, qui Delphis per duos integros annos tabe quasi consumptus videbatur, circa stomachum tandem dolere cœpit, fluxione tendente ad partes exteriores, ita vt suborto circa furculam stomachi apostemate, idem paulatim ad suppurationem deuenerit. Erat autem illius mulieris maritus, quę post aliquot annos deinde Delphis ob præstigia pro saga condemnata fuit & cõbusta. Ad hunc nautam Cornelius Ericius & ego vocati, cum suppuratio ad exteriora tenderet, quę eandem iuuarent præscripsimus: deinde nostro consilio facta incisione hic postea conualuit. Apostemata autem seu abscessus à *furcula* seu *mucronata cartilagine* initium sumens, inferius vsque ad musculos ipsos circumiacentes descendebat; & peracta incisione leui, ne stomachus aut interiora læderentur, insignis copia puris effluebat: at paulatim eduximus pus, ne animo deficeret. Hic deinde per chirurgos probe curatus est, absterso vlcere; deinde consolidatione conueniente adhibita. Cum autem huic maxime pus collectum esset iuxta stomachi regionem & cauitatem ventris (*nam musculi externi licet ex copia puris intus comprimente essent grauati, ipsi tamen non erant vlcerati*) videtur pus supra peritonæum latuisse; & mirum fuit, quod ipsum longitudine temporis sua acrimonia non corroserit peritonæum, cum verisimile fuerit apostema ibidem diu collectum fuisse, deinde & abscessum ac pus consequutum: sed integro permanente peritonæo, pure effluẽte restitutus fuit. Sed idem postea semper stomachi debilioris permansit; & post duos annos abscessu sanatus, cum pancratice satis vixisset, incidit in *lienteriam*, ex qua postea quoque mortuus est. multis tamen diebus tunc decumbebat, antequam iterum cõsumptus moriretur. Eodem vel simili apostemate iuuenis piscator Egmondanus, Gallica lue infectus (*vt mihi videbatur, & chirurgis*) Alcmariæ longo tempore decumbebat huic quoque facta est incisio, quã quam tribus deinde septimanis ab incisione vitã finierit. Alii, qui in musculis Apostema habuere, facile curati sunt.

SCHOLIA.

QVanquam illi tumores intus in corpore latitabant, & ab interioribus defluxio fieret aut congestio, exterius tamen manifeste apparebant. Cæterum morbi, de quibus nunc dicere institutum est, qui in externis partibus ex humoris vitio succrescunt, modo cum tumore fiunt, modo citra tumorem, vt diximus: & ex vtrisq; alii ex bile flaua, alii ex atra, alii ex pituita, alii ex sero, alii ex flatu, alii ex horum permistione. *Humor porro qualitate aut* acer *est, &* exedens, *aut* mitis ac blandus. *Situs vero humoris aut* in sola cute est, *aut* cũ cute subiectã *quoque* carnem, *vel* tendonẽ, *vel* œdenẽ, *occupat. Qui in cute, vel in* sũma, *quæ* Epidermis *appellatur,*

Causæ tumorum.

vel

vel etiam in vera consistit, quæ illi subseruiunt. Rursus vero humor vel partem cui insidet in suam naturam conuertit vt in elephantiasi & alpho, vel in ipsius duntaxat substantiam effusus sua illam qualitate afficit. Hæ quidem propria externorum affectuum differentia sunt, ad medendi rationem accommodata. Itaque vniuscuiusque propria continens causa est humor quidam vitiosus præter naturam cumulatus: Cumulatur autem, vel congestione, vel fluxione, quemadmodum & aposte-

Congestio. mata interna fiunt. Congestio præter naturam sensim fit ex humoribus in partem alimenti vice distributis. Quum enim pars vel ita imbecilla est, vt nec affluens alimentum in propriam substantiam mutare possit vel ita vitiata, vt id ipsum corrumpat, nec genita excrementa à se propellere queat, necessario præter naturam congestio quædam fit.

Fluxio. Fluxio autem est humoris incursio concitatior atque copiosior, quam parti alendæ sit ex vsu. Huius interiores causæ sunt fluxuræ materiæ copia, acrimonia vel tenuitas: propellentis partis robur, viarum laxitas, & excipientis partis imbecillitas, situsue decliuior. Euidentes vero causæ: contusio, ruptio vulnus, luxatio, & quæcunque doloris aut caloris vi fluxionem accersunt. Hæc autem fusius ac latius explicantur à Tagaultio Institut. Chirurg. lib. 1 de tumoribus præter naturam. cap. 3. de causis tumorum præter naturam extrinsecus apparentium in vniuersum. Nunc quoque

Notæ vniuersales tumorum præter natural. ad signa tumorum præter naturam extrinsecus apparentium in vniuersum & eorundem indicia veniemus. Tumores præter naturam summa corporis occupantes (quorum duntaxat speculatio ad Chirurgum inquit Tagaultius cap. 4. lib. citati, pertinet) iudicio sensus, conspecta ac manibus contrectata laborante particula, statim deprehenduntur. In quacunque enim corporis parte incrementum apparet, naturalem statum excedens ac præter naturæ modum particulam, quam occupat distendens, eiusque actionem lædens, quod vel humor aliquis, vel substantia quæpiam ex humore procreata, aut quæ humoris naturam vtcunque resipiat, vel vaporosum spiritum excitatæ, ibi & tumorem præter naturam esse necesse est. Cæterum tumores, quæ vera apostemata appellant, tumore, dolore & calore magis vel minus intensis dignoscuntur. Non vera aūt, quæ pustulas & abscessus nominauimus, præter tumorē, malignitate quoque, quam Græci cacoëthiam nominãt, & sequestratione ēt maiore vel minore determinata deprehēduntur. Signa aūt particularis cuiusq; differētiæ & maturerū, ex quib. fiunt, in sequētib. suo loco dicētur, dū scil. de simplicib. ipsorū q̄ præter naturā cōsistunt, tumorū differē. tractabitur. Ex quibus & compositæ facile dignoscuntur. Verum non prius ad particularia est accedendū quā de vniuersalib. sermo fuerit absolutus: is .n. ordo in disciplinis obseruari solet; nec immerito sane. Et ideo nos primo de febrib. tanquam magis vniuersalibus affectibus qui cū morbis tā internis, quam externis sæpe complicantur, primo egimus: secundo de morbis internis. & ita nunc de externis agemus. Nam vniuersalia ipsa atque communia manifestiora sunt nobis quam particularia: quippe quæ magis promiscua, confusioraq; sint: vt primo capit. lib. 1. Physicorum docet Aristoteles. Nemo igitur miretur, si passim in nostris Obseruationibus Chirurgicis à vniuersalioribus & plura comprehendentibus vna cum Tagaultio semper incipiamus. Sed ad propositum reuertamur, & eadem indicia tumorum præter naturam consistentium persequamur, quæ ipse Tagaultius commode ante nos posuit. Circa quæ

primū aduertendum est: omnes eos tumores, quæ vera apostemata vocant, si Galeno & Auicennæ credimus, inuicem ac inter sese magna ex parte complicari, neque facile aliquem eorum synceruum & purum inueniri posse: Nam (vt Galenus inquit) phlegmone. hoc est inflammationi, ex sanguine, magna ex parte miscetur aliquid, quod vel erysipelatis, vel œdematis, aut scirrhi naturam seruet. Erysipelati autem miscetur aliquid, quod phlegmones aut œdematis aut scirrhi speciem referat: ita de reliquis omnibus perpende. At vero ij tumores præter naturam, quæ non vera apostemata appellitant, vt plurimum synceri ac puri reperiuntur. ex syncerorum autem signis ac curationi. facile etiam compositorum signa tum curationes elucent. Secundo, periodi, paroxysmi, & crises tumorum qui præter naturam sunt, humorum ex quibus constantur analogiam (inquit Guido) sequuntur. Analogiam autem hîc interpretamur proprietatem, seu proportionem, naturam, ac substantiæ similitudinem, quam formam specificam & occultam appellant. Tertio, Tumores eiusmodi, præsertim salubres, & qui ex humorum influxu fiunt, quatuor temporibus distinguuntur principio, augmento, statu, & inclinatione. Principii nota est, cum particula incipit distendi, & fluxionis adest initium, cum dolore adhuc exiguo. Incrementum adesse iudicabis, cum videris tumoris molē attolli, locumque affectum impleri, ac symptomata, quæ vnumquemque tumorem sequi solent, manifeste augeri. Status vero indicium est: cum prædicta omnia, tumor scilicet & symptomata cuiusq; tumoris differentiæ propriū vigorem suum obtinent: nec amplius possunt incremētum assumere, quin materia faciens tumorem, in alterius generis substantiam degeneret, & transmutetur. Declinatio autem tunc adesse cognoscitur, cum tumoris moles, & propria ipsius symptomata minuuntur: vel materia, quæ tumorem facit, in aliam substantiam incipit transmutari. Itaq; tēpora eiusmodi à tribus potissimū suū discrimen accipiunt, nempe ab ipsius tumoris essentia, hoc est, magnitudine, vel paruitate, à materię dispositione, & accidentibus, quæ curandi indicationem plurimum immutant. Cæterum quatuor hæc tempora simul aliquando coincidere videntur, propter breuem scilicet, ac pene imperceptibilem vniuscuiusque durationem, vt contingit in venenosis inflammationibus non lethalibus quæ statim vigent ac florent. Porro tumores eiusmodi, qui ex humorum præsertim fiunt influxu, nisi fieri prohibeantur, reprimendo materiam influentem, vel sponte & citra vllam manifestam occasionem intro recurrente fluxione delitescant, aliquo istorum quatuor terminari necessum est, insensibili exhalatione seu resolutione, vel facta suppuratione, vel corruptione, vel induratione, quemadmodum & de pleuritide diximus. Omnium autem istorum modorum optimus & magis expetendus, is est, qui per sensus imperceptibilem fit dissolutionem, post illum vero, qui per suppurationem. At quæ per indurationem fit terminatio, absolute mala dicitur. Quæ autem fit per corruptionem particulæ laborantis, omnium pessima censenda est, vt aperte nobis Galenus insinuat, libello de inæquali intemperie, ad hunc modum scribens: Itaque duorum alterum sequi est necessarium; vel superante fluxione,

corpo-

Right-margin notes: Prognostica 1. — Lib. de diff. morb. — 2. — 3. Quatuor tempora tumorum præter naturam. — Tumores præter naturam quatuor modis terminantur. — Lib. de inæquali intemperie.

corporum quæ succubuere, sequi corruptionem: vel ea deuicta, musculum ad naturalem habitum reuerti. Subiiciamus igitur ipsam primum fluxionem superiori (rectius enim à melioribus incipit:) duplex hic ineidit curationis modus: quod scilicet vel digeretur, seu dissoluetur, quicquid humoris in particulam procubuit; vel concoquetur: verum dissolutio optabilior existit. Ad concoctionē autem hæc duo necessario consequuntur: nempe puris generatio, & eius in aliquod spatium abscessio. *Et pauculis interiectis subiungit:* At si victæ à fluxione particulæ fuerint, in tantam deueniunt intemperiem, vt earum actio pereat, & ipsæ temporis processu corrumpantur. *Hactenus Galenus. Resolutionis*

Dissolutionis indicia.

indicia sunt leuitas membri, *&* deficiens pulsatio.

10 *Signa tumorem verti in suppurationem, indicantia sunt,*

Suppurationis nota.

dolor internus, pulsatio, *&* caloris incrementum. *Fluxionem victricem esse, & particula laborantis corruptelam, testatur* nigror, *&* liuiditas: *quibus nonnunquā & grauolentia accedit.*

Corruptionis signa.

Tumorem in lapideam abire duritiem, aperte demonstrat tumoris imminutio, *& cum hac durities remanens.*

Indurationis nota.

Regressionis vel delitescentia nota est, subita tumoris diminutio, *quæ interdum propter nimiam refrigerationem, nonnunquam vero propter venenositatem (nullis forinsecus admotis reprimentibus) accidit. Ad hanc autem subitam, atque affatim factam tumoris imminutionem, febris statim subsequitur, ac multa alia praua symptomata. Hæc de tumoribus quos propriè* Apostemata *vocant; de* Pustulis *suo loco dicemus. Abscessuum vero (quas* exituras *vocant) indicia ac signa, quæ vel statim eos futuros denunciant, vel iam præsentes adesse demonstrant, hæc sunt:* Cum videris *(inquit Auicenna)* pulsationem aut duritiem, in longum iam tempus productam, vel caliditatem, aut dolorem increscentem, tunc existima proximum esse, vt apostema in suppurationem vertatur, & fiat abscessus.

Regressionis & delitescentiæ indicia.

Signa mox futuri abscessus seu exituræ, ex Auicenna.

Cum autem deprehenderis leuitatem quandam affectæ particulæ, & doloris sedationem, ac remissum calorem, quodque tumentis loci pars aliqua cæteris emineat, atque in mucronem subducatur: ad hæc, cum premendo digitis velut inundationem (vt loquuntur) perceperis, viderisque gibbi illius seu mucronis calorem iam albescere, tunc iudica, pus eo loci subesse, & tumorem iam abscessisse. *Vnde & ab Hippocrate Aph. 47 lib. 2 recte est iudicatum, quod dum pus conficitur, dolores ac febres magis accidunt, quam iam confecto pure. Porro notæ eiusmodi, tum iam facti abscessus, tum mox futuri, vulgaribus in versiculis (quod neque Tagautius omisit) communiter exprimuntur:*

Nota abscessus iā facti.

Durities longa, pulsus, dolor & calor aucti,
Signa sunt pus fieri: sed factum, dicta remissa,
Sub digitis vndans, albescens pars, & acuta.

Cæterum in pure ipso cognoscendo ac diiudicando, maxime te attentum esse oportet. Quandoquidem suppuratio ipsa, seu puris in loco aliquo comprehensi notitia, sæpius occultatur, ac medicum latet, ob loci scilicet & puris crassi-

11 *tudinem, vt hac aphoristica sententia nobis expressit Hippocrates Aphor. 41. lib. 6.* Quibuscunq; suppuratio in corpore existens non innotescit, his ob crassitudinē puris, aut loci non innotescit. *Atq; hæc de signis abscessuū dicta sufficiant. De horū aūt iudiciis, hæc ab Auicenna & recentioribus chirurgis memoriæ tradita sunt.* Abscessus, qui iuxta membrū aliquod nobile vel prope iūcturas fit, atque adeo in venosis aut neruosis ipsis partib. quiq; in imbecilli particula, & natiuo calore propemodum destitutæ, prædura quoque & valde densa cute obtecta, cōsistit, ad hæc q crassiore materia & ad motū tardiore cōstat: planus etiā seu æquabilis, & in coni formulam nō subductus, suspectus admodum est, ægreq; ac tarde maturatur.

Prognostica seu iudicia abscessuum.

Qui vero huic ex diuerso respondet, boni moris est & laudabilis: cito enim & facile in suppurationem vertitur, sæpiusq; nullo forinsecus adhibito auxilio per se dehiscit.

Qui abscessus facile concoquantur.

Itaque si abscessus tendit in acutiē & puris substantia tenuis & acris, nec prædura aut dēsa cutis extiterit, natura per se ipsam, hoc est, sine facultate alienorum expultrice, & citra aduentitiū aliquod præsidium seu subsidium, conceptum humorem foras propellet, nisi quis facta incisione protinus ipsam spontaneā apertionem anteuertat. Abscessus eiusmodi nonnunquam per halitum digeruntur, nulla in cute facta continui solutione, vbi scilicet pus & modicum est & bonum, tenue quoque & non in alto delitescens. Sæpius tamen facto à natura vel arte emissario, conceptus humor profunditur, quam digeratur.

Qui abscessus per resolutionē maxime terminentur.

Quæ autem à natura fit apertio, multo tutior est ea quæ manus opera fit: quod si arte moliendu sit, securius multo & melius scalpello aut candenti ferro illam efficies, quam adurente medicamento, quod ruptorium *appellant. Ideo autem apertio eiusmodi, quam in abscessibus manu & arte molimur, deterior est ea, quæ naturæ beneficio accidit, quod saniem generet, & in fistulam vertatur. Vbi tamen vrget necessitas, nec alio datur vti meliore & præsentiore auxilio, ea intrepide aggrediunda est. Hac autem modo commemorata incommoda vitabis, si facta (cum res expostulat) apertione pus mouentia, ad reliquiarum maturationem, & detergentia laboranti particulæ statim adhibueris. Cæterum puris optimi ac deterrimi notas,* oraculo vltimo lib. 1. Præsagiorum *nobis expressit Hippocrates, ad hunc modum inquiens:* Pus illud optimum censetur, quod album, æquale, (id est sibi vndique simile) læueque tangenti & quam minime fœtidum est: quod vero huic maxime contrarium appa ret, pessimum est. *Porro reliquorum, tum humorū, tum solidorum corporum quæ in abscessib. continentur, signa & indicia, cum de singulis particulatim agemus, explicabuntur. Quare & his subiiciemus caput de curatione vniuersali apostematum ex influxu humorum, & abscessuū, quas* Exituras *vocant, quæ & ex Tagautio desumere non verebimur, cum admodum breuiter hanc rem ipse tractauerit; interim apposite exemplo sequenti, vt curatio vniuersalis manifestior euadat.*

Melius ac tutius scalpello quam ruptorio abscessus aperiuntur.

Puris optimi & deterrimi nota ex Hippocrate.

OBSERVATIO III.

De Apostemate, seu inflammatione totius suræ, in abscessum transmutato.

IOannes Fleuterus Delphensis, vir egregius, anno 1569. in principio Maii mensis, cum Brabantiam accederet, ob certo apostemate seu inflamma tione in crure sinistro, etiam febre correptus, cum Dordracum peruenisset, rursus domum remeare coactus est. Ad eum accedens, crus sinistrum à talo vsque ad genu rubedine cum quadam duritie renitente totam suram occupante inflammatione seu apostemate affici deprehendi. Cum vrina vr-

na vtcumque tincta esset, & febris, licet non vehemens, adesset, vt à vino abstineret, tum esu carnium, impetraui: & quia materia adhuc in fluxu erat, sanguinem detrahere iussi ex basilica brachii sinistri, ex loco opposito inflammationis; quamuis præcedente septimana sanguinem eidem detraxeramus: nam maxime sanguine abundabat: & ideo quotannis in principio veris sanguis illi mittebatur. Sanguine detracto, cum ingens dolor superesset, & iam per tres dies anteq̃ domum venire posset, fluxio facta esset, puris repellentibus vti non audebamus, nec iis quæ fortiter repellerent.
13 Quare *medullam panis albissimi tritam & infusam lacti*, addito *vnguento populeo*, cataplasmatis modo cruri apposuimus. Interim iuleb exhibuimus in hunc modum; ℞. *syr. de endiu. syr. viol. syr. ex infus. rosa. syr. de acetos. citri ana* ℥i. *aqua cicorea, endiuia, boraginis, acetosa ana* ℥iii. Postea etiam euacuauimus sequenti decocto: ℞. *folior. colutheæ* ℥ß. *rhabarb. select.* ʒi. ß. *sem. anisi* ʒi. *squinanthi* ℈ß. *infunde in aqua cicorea, end. acetosa ana* ℥iii. facta ebullitione maneant infusa per noctem; & fortissimæ expressioni adde *oxyzacch. simplicis, syr. ex multiplici infus. ros. ana* ℥i. misc. & fiat potio pro duabus dosibus matutinis. Sub noctem vtebatur hordeato. Postea cataplasma ex *foliis malua, farina hordei cum butyro* apposuimus, adiecta adhuc *medulla panis trita in lacte*. Intermissis aliquot diebus, cum calor mitigaretur, & paulo durius crus euaderet, ex *foliis malua, farina hordei & furfura* minutissime trito & cribrato, adiecto *oleo violaceo*, cataplasma composuimus. Sed cum videremus quod tenderet ad abscessum, duobus conuocatis chirurgis, ad maiora mollitiua deuenimus, adiecta radice *althea* postea & *liliorum*, & *floribus meliloti, foliisque viol.* quia calor adhuc supererat: & in processu augebamus radices *althea*: tandem ad maturationem paulatim deuenimus. Cum iam maturum esset, in sura, in ea parte vbi magis materia collecta erat, emplastrum ex galbano apposuimus: sed cum attractionem fere non posset, illud amouimus: & denuo cataplasma ex *malua, rad. althea & capitibus liliorum* apponi mandauimus: & cum pars in medio furæ in mucronem emineret, & iam quasi albesceret, vt scalpello aperiretur per chirurgum, consuluimus: & emanauit pus admodum copiose: nã maximã partem furç occupauerat abscessus. Postea opera chirurgorum deterso pure, ac vlcere mundato probe admodum, breui deinde ad consolidationem deuenit, & egregie curatus est. To-
14 tius curationis tempus mense completum est.

SCHOLIA.

Tumorum omnium curandorum communis indicatio.

T*Vmorum omnium, qui præter naturam sunt, iam factorum, & qui non adhuc in generatione sunt, communis ac prima curandi indicatio vna est.* Galeno lib. 13. & 14. Meth. medendi, *nempe vt quod præter naturam in particula est, & eam in tumorem attollit, totum vacuetur. Qui vero adhuc in generatione sunt, in his prior vacuatione est, confluentis ad affectum locum humoris inhibitio, proinde in illis non simplex, sed composita est medentis sollicitudo, ac curandi indicatio, quemadmodũ sæpissime de internis quoque apostematibus in* Obseruationibus nostris medicis *diximus & ostendimus. Hæ autem communes indicationes pro tumoris ipsius differentia, & particula laborantis natura, plurimum variant & immutantur. Siquidem in omnibus iam factis tumoribus, & qualibet corporis parte, eius quod infestat vacuatio, haudquaquam similiter administratur*, vt lib. 2. ad Glauc. & locis nuper citatis docet Galenus, quod ex sequentibus etiam euadet manifestum. *Sed vtque iisdem semper auxiliis, quibuscunque incipientibus adhuc tumoribus, & quamlibet particulam occupantibus, occurrimus, aut quod in illis iam factum est, vacuamus: sed aliis atque aliis, prout tumoris genus, & partis affecta natura postulat*, inhibentibus fluxionem, & vacuantibus *quod generatum est, præsidiis vti nimirum cogimur, si rectam saltem agendorum rationẽ sequimur. Itaque ab iis duobus, nẽpe* ab ipsa dispositione *seu morbi* essentia, & partis affecta natura, *tumorum qui præter naturam sunt curandi indicationes potissimum desumuntur Galeno.* Tertio *dispositio ipsa, de qua nunc agimus, seu* morbi essentia, *tria in se iuxta recentiorum placita, complectitur: nempe* quantitatem, qualitatem, & materiam, *seu substantiam quæ tumorum efficit. Quorum ratione prima illa & communis indicatio immutatur, atque ab iis etiamnum particulares curandi indicationes desumuntur. Aliter enim tumor* magnus, *aliter* paruus *curatur: siquidem magnitudo & paruitas tumoris* (vt existimant) *differentiam constituunt. Alia enim ratione* ingens phlegmone, *alia* minutus *herpes curatur. Aliter quoque qui per defluxionem fit, & adhuc in generando est, quam qui per congestionem procreatur, aut iam factus est. Sed & calidus tumor, vt* erysipelas, *alia ratione quam frigidus, vt est* œdema *vel* scirrhus, *curatur. Quantitas igitur in tumore præter naturã curationẽ euariant, est* magna, *vel* parua. *Qualitas* fluxio, *seu* (*vt loquuntur*) deriuatio & congestio. *Materia*, humor, calidus, frigidus. *Cæterum in partium laborantium natura, quatuor potissimum spectanda sunt*, temperatura, formatio situs, virtus *seu* potentia. *Quibus & quintum addi potest* (*inquit Tagautius*) facilitas *nempe* (*vt ita dicam*) *ac difficultas sentiendi: nisi manũ istud cum Galeno sub virtute comprehendi atque includi. Hæc itaque communem etiam illam, quæ per singula tumoris præter naturam genera obseruatur curationem plurimum euariant. Proinde & has omnes, quæ ab ipsis sumuntur indicationes, in curandis iis, quæ præter naturam incidunt, tumoribus, memoria tenere oportet. Aliter namque curatur phlegmone, aut quiuis alius tumor in carnosis partibus, quam in neruosis: aliter in oculo, quam in genis vel collo: aliter in adenibus, quam in aliis partib. non glandosis. Breuiter, particula ipsius laborantis, ac tumore obsessa, temperatura, & formatio, & situs, & virtus singulas quas ipsi in morbo curando molimur operationes commutant: communi etiamnum intentione seruata, quam semper à morbo assumendam esse Galen.* lib. 2. ad Glauc. *edocuit. Itaque communem curandorum tumorum præter naturam methodum, eorum præsertim, qui ex humorum influxu procreantur, sumpta ab ipso affectu indicatione, nulla partis ipsius affecta habita ratione, tradere hic primum instituimus, à Tagautii ratione minime deuiantes. Deinceps eorundem, sed maxime inflammationum, cum in abscessum degenerauerint, vniuersalem curationem*

Communes curandorũ tumorum indicationes, pro tumoris differentia, & laborante particula varia.

Curandorũ tumorum indicationes à duob. potissimum desumi.

1. Tumoris essentiã tria in se continere.

15

2. In indicatione quæ à natura partium desumitur, quatuor potissimũ spectanda esse.

rationem subiiciemus. Postea *ad particulares affectiones & earundem curandi rationē progrediemur* Atque interim *vbi locus expostulabit, nonnulla de curandi indicationibus, quæ à laborantibus & tumore obsessis particulis assumuntur, ex Galeno proferemus. Quibus rectè intellectis facile erit cuique rationali medico ac chirurgo, tumores quoscunq, quibusvis partibus insidentes, certa methodo ac ratione curare. Galenum igitur imitantes, principium curationis tumorum, qui præter naturam dicuntur, ex humorum influxu procreatorum,* ab inuentione occasionis ipsius affectus, *desumemus, vt scilicet quæ eum excitauit causa abscindatur: quod verò in eo iam factum est, tollatur.*

Inuentio occasionis, principium est curationis tumorū præter naturam.

16 *Itaque vnius differentiæ* tumorum, qui per fluxionem *fiunt (de iis enim duntaxat modo hic agimus) exemplo atque analogia, cæteras etiam differentias, quæ ex influxu* humorum *nascuntur, intelligamus: quare etiam vnius* phlegmones *breuem ac compendiosam curationem hic subiicimus, vt exemplum quoque iam in obseruatione positum manifestum euadat. Hæc namque & frequentissime incidit, & febres aliaq; symptomata periculosissima incitat.* N*omine autem* phlegmones *hoc loco, non omnē calidā, ac flammeam dispositionem quam Græci etiam* phlogosin *appellant, intelligi volumus. sed eam duntaxat, quæ fluxionis sanguineæ soboles est, in carnosa corpora maxime incidens, in qua dolor est vehemens, rubor per summa vigens, calor velut deurens, tensio, renixus, & cum malum increuerit, pulsationis sensus. Hanc enim inflammationē cum Galeno & aliis, qui eum tanquam ducem optimum sequuti sunt, Græcis scriptoribus,* vt Paulo, Aetio, & Oribasio, *propriè* Phlegmonem *appellamus. Vt igitur rem ipsam aggrediamur, hæc ipsius Galeni verba sunt: lib. 13 Meth.* Communis omnium phlegmonarum generatio, ex sanguinis influxu est, copiosioris scilicet quam sit parti ex vsu. *Influit autem copiosior sanguis, alia quapiam, aliisve particulis eum aliquando mittentibus, ac ea qua phlegmone laborare incipit, recipiente: aliquando verò particula quæ affligitur, hunc ad se trahente. Partes autem quæ mittunt, vel vt copia superuacuum, vel vt qualitate molestum, vel vtroque nomine succum persequuntur. Quæ verò attrahunt, hæ morboso calore vel dolore trahunt. Sed & his coadiutrices causæ sunt* particulæ imbecillitas, *&* ignobilitas: canalium seu viarū, per quas, fit defluxio, amplitudo; meatuū quoque partium expellentium angustia, & situs inferior, *vt iam supra dictum fuerat. Alii fluxionum phlegmonum causas statuunt duas: aliquando enim ipsa pars, quam phlegmone vexat, mittit: aliquando alia aliaue. Ex ipsa quidem mittitur, quoties aut calidior est facta, aut dolore vrgetur. Ex ipsa verò non, quando vel ab alia parte quapiam vel ab aliis superfluum illud transmittitur, vel etiam ex totius corporis affectu. Inuenta vero fluxionis causa, eam primo auferre oportet, vt confluentis ad affectum locū sanguinis fiat inhibitio, ita vt si ex calore prorsus fluxio, idem primo sedetur si ex dolore in cōtrarium quoque alteretur: si vero ab aliqua vel pluribus partibus superfluum transmittatur tanquam robustioribus ex iisdem ibus aut etiam ab vniuerso corpore, ex eisdem prius vacuatio molienda erit, ac à tanta fluxionis parte reuulsio, & deinceps quod in affecta parte resistit ac ipsius phlegmones tam genitum est, vacuationibus infra dicendis, iuuare oportet, curationem immutantes pro ipsarum partium, tum natura, seu temperamento, tum facultate seu actione, tum positione, seu figura ac aliis quæ infra narrabuntur. Itaque ex omnibus hic tres colliguntur recentiorum chirurgicorum turba, curandorum tumorum, qui ex defluxione ortum habent, intentiones. Prima* est fluxionem auertere, ac eam omnino intercipere: *Secunda est,* dolorem demulcere, atque eam occasionem propter quam particula fluxionem excipit, vel etiam attrahit, in totum summouere. *Tertia est,* totum eum humorem, qui in partem affectam confluxit, vacuare. *Cæterum quod obiter notes vacuatio duplex excogitata est: aut translato ad alias partes, qui in agro continebatur sanguine (qui primus scopus est) aut foris à corpore expulso, qui tertius. Ea vero, quæ translato sanguine vacuant, quadruplicia sunt. Aut enim pars ipsa, quæ phlegmone laborat, sanguinem abigit: aut ea quæ integra sunt, ad se trahunt: aut extra corpus educunt: Quæ iterum duplicia. Vnum sensibili vacuat effluxu: alterum ratione tantum contemplabili perficitur. Cū autem diligenter obseruare oporteat, ne aliqua ex accidēti læsio ex eisdem vacuationibus sequatur, propterea iis euacuationibus, in principio vtendum erit: geminis scil. iam dictis. à quibus sanguinis translatio ad alias partes efficitur, non modo si pars ipsa phlegmone laborans sanguinem abigit, sed etiam si alia, quæ integra sunt, ad se trahunt. Reliquis duabus, ne læsio ex accidente sequatur, tertio scopo relictis. Trahunt autem ad se, quæ integræ partes sunt, aut venæ sectione inanita, secta scilicet ex iisdē partibus vena: aut fortibus adhibitis vinculis, seu applicatis cucurbitulis, potissimum si cum parte phlegmone tentata consentiant. Repellunt autem à seipsis partes, quæ phlegmone laborāt, sanguinē infrigidantib. atq; adstringentib. medicamētis adhibitis: tū quia id, quod influit, iisdē inhibetur, tū quia partes ex accidēti corroborātur, vt minus promptè defluentem in se recipiant sanguinem, ac quod in eis continetur promptius abigant, vt 11. & 13. de meth. med. decretum est.*

Tres scopi in curandis tumoribus, qui ex humorum influxu fiunt, chirurgo proponuntur.

Interim verò vacuantia, quæ translato sanguine ad alias partes perfertur, ea præferenda sunt, quibus integræ partes ad se trahunt, paulo ante à nobis conscripta: & tamquam interim purgatione, vbi opus fuerit, vti poteris: deinceps vero frigidis adstringentibusque medicamentis vtare: licet vbi inflammatio admodum exigua fuerit, priusquam corpus vacuaueris eisdem quoque medicamentis vti poteris, nedum in hac inflammatione verum etiam in aliis, quæ ex vitiosis fiunt humoribus. Si vero sanguis fuerit in particula phlegmone tentata impactus, non amplius repercutientibus, sed digerentibus vtendum moneo.

17 *Hæc autē prima intentio quomodo perfici debeat, appositè inter cæteros docuit Gal. lib.* 1*1.* Meth. med. *vbi modos omnes auertendæ fluxionis, ac rationē inhibendæ phlegmones, quæ adhuc in generatione est: nobis expressit, ad hunc modum scribens:* Vbi æqualiter succi inter se sunt adaucti *(quod Græci* Plethoram *vocant)* imo etiam vbi purum ab excrementis totum corpus est, & succorum mediocritatem continet, dolore & membri, in quo phlegmone sedet, calore fluxionem excitante, sanguinis missione incipienti adhuc phlegmoni succurrimus: *& ideo nos rectè sanguinem detraximus. Curatur etiam plethora (vt statim adiungit) tum frequenti balneo inusitata exercitatione, tum multa frictione: præterea digerentibus medica-*

Primus scopus.

Plethora quid.

medicamentis, modo febris non adsit: & præter hæc omnia, inedia, ac proba victus ratione: etiam si febricitet æger. Cum vero flaua, vel atra bile, pituitaue, aut serosis humoribus refertum corpus est (eum habitum Græci Cacochymiam nominant) purgatione, quæ cuique suppuranti succo sit accommoda, vacuatio molienda est. Sed de his in particularibus affectionibus latius.

Cacochymia.

Antispasis.

Cæterum antispasis, id est, in contrarium reuulsio, commune est in omnibus huiusmodi tumoribus auxilium, dum fluxio adhuc valenter irruit, vtpote in principio morbi, & in augmento: in fine vero status, & in ipsa declinatione, dum scilicet iam fluxio restitit, atq; in membro inhæsit, & corpus totum abunde vacuatum est: vel ab ipsa qua affligitur particula, vel à maxime vicina vacuatio molienda est.

Secundus scopus.

Secunda intentio completur anodynis remediis, id est, sedantibus dolorem, itemque astringentibus & intercipientibus fluxionem: ad hæc relaxantibus naturales meatus, per quos membrum affectum consueuerat repurgari: hæc lib. 6. de materia Chirurg. apud Tagaut. adiecta inuenies.

Tertius scopus.

Tertiam vero intentionem assequemur iis, quæ materiam, tumorem, excitantem, à loco affecto euacuant. Euacuatur autem contenta iam in loco materia, nō solum diaphoreticis, id est, euaporantibus seu resoluentibus medicamentis, sed etiam repellentibus, quæ Græci ἀποκρουστικὰ vocant. Itaq; incipientibus phlegmonosis tumoribus, atq; etiam aliis quibuscunque, qui ex humorum influxu procreantur, magis vtendum est reprimentibus, quam euaporantibus: quibusdam exceptis casibus:

Casus in quibus non licet repellere siue repercutere.

ex quibus (inquit Guido) Galenus visus est quatuor posuisse. Primus est, quando tumor eiusmodi fit in emunctoriis. Secundus, quando fit à materia venenosa. Ter-

18 tius, quando materia est crassa & repulsioni inobediens. Quartus, quando vehementer est impacta. Auicennas duos duntaxat casus excipit: nempe cum tumor est in emunctoriis, aut loco aliquo, ex quo sit timendus refluxus materiæ ad membrum aliquod præcipuū & nobile. Alii vnicum tātum casum eximunt: alii sex, alii decem, alii nouemdecim, Alii viginti tres. Verum enim vero priusquam de hac re tam ambigua quicquam statuamus, sciendum est, duplex esse genus repellentium apud recentiores & Arabes, communia scilicet, & propria.

Repellentia communia.

Repellentia communia, seu communiter dicta, sunt, quæcunq; influxus prohibent, compescunt ac refrenāt, aut refrigerando, aut incrassando, aut offarciendo, hoc est, lento substantiæ crassamento, poros occludendo, & vias intercipiendo, aut partes confirmando. Influxum frigore compescunt & incrassant sempervivum, lactuca, psyllium, cotyledon, id est, vmbilicus Veneris, lenticula palustris, camphora. Offarciunt, id est, poros imminenti fluxioni occludunt, farina volatilis appellata, è molettinis, oui candidus liquor, amylum, gluten, & gummi genera: in summa, quæcunque lentore & sine morsu refrigerant. Confirmant ac roborant, hoc est, natiuam temperiem parti restituunt, oleū rosaceum, omphacinum, myrtinum, chamæmelinum, absinthium quoque: adhæc marrubiū, nux cupressi, & id genus alia, quæ affectam particulā, cui admouentur, roborando, ab imminenti fluxione eam vindicant ac tuentur.

Repellentia proprie dicta.

Repellentia autem proprie dicta sunt, quæ dum humores in partem aliquā irruunt, aut illabuntur, vi sua illis occursant, ac intro quasi postliminio redire cogunt. Hæc quæ sunt omnino crassarū partium, quemadmodum attrahentia tenuium: ex his plurima sunt qualitate frigida, quædam vero calida, vtraque tamen, id est, tam calida quam frigida, facultate pollent astringente.

Frigida.

Frigida proprie reprimentia dicta, sunt folia vitis, plantago, solanū, dipsacos, id est, virga pastoris, & quæ pastoris bursa vocatur: glaucium, balaustium, omphacium, rhus, id est, sumach, terra cimolia vulgo nuncupata, & terra sigillata, & eius generis alia. Et hæc quidem simplicia, ex quibus multa componi possunt, vt oxycratum, linimentum ex bolo communiter appellatum Galeni, & similia: quorum 19 formulæ ex 6. lib. apud Tagautium requirenda.

Calida repellentia.

Repellentia autem calida proprie dicta sunt allumen, galbulæ, id est, cupressi nuces, iuncus rotundus, siue odoratus, Græcis χίνα ὄνυξ, onyx, id est, blatta byzantia, lupinorum farina, vina quædam, ac talia permulta. His positis, rem vniuersam de repellentibus initio fluxionum adhibendis, proloquiis duobus sequentibus Guidonis à Cauliaco complectamur.

Primū Guidonis proloquium in repercutientibus.

Principio omnium tumorum, qui ex humorum influxu fiunt, & maxime phlegmonosorum, reprimentia proprie dicta conducunt, his decem solum exceptis. Nempe cum tumor partibus adenosis, aut cum ex materia venenosa fit, vel admodum crassa, & ad repellendum inepta, atq; etiam cum humor particulæ laboranti iam vehementer est impactus: si tumor criticus est, aut à causa primitiua excitatus: si in corpore plethorico est, aut admodum debili: si sedem habet iuxta principem aliquam partem: denique si cum vehementi dolore incidit; tunc enim mitigatoriis auxiliis & non repellentibus proprie dictis opus est.

Galen. ad Glauc.

Secundum proloquiū.

Secundum proloquium ad hunc modum habet. In principio omnium tumorum, præsertim phlegmonosorum, conueniunt reprimentia cōmunia, tribus duntaxat exceptis: si glandulosas partes, quas vocant, occupent; si critici fuerint: si ex materia venenosa procreati sint: atq; in omnibus his, præcipue vero, quando fere constitit fluxio, & tumor propemodum factus est, oportet materiā ipsam resoluere, ac discutere, admotis ipsi tumēti particulæ diaphoreticis, non quidem mordacibus, & valde acribus, sed lenibus potius ac moderate calidis & humidis, maxime vero in tribus vltimis commemoratis, in quibus studendum est materiam attrahere, ad locum tumore obsessum, ipsumq; tumorem augere, & materia iam fluxa & commixta refluxum prohibere.

Si tumor iā factus est.

Quod interdum quidem facimus emplastris attrahentibus: nonnunquam vero cucurbitulis dolentī loco affixis, vt docet Auicenna.

Artis canō generalis.

Sit ergo regula seu canon artis generalis, in principio omnium tumorum, qui ex humorum influxu creantur, exceptis tribus paulo ante memoratis, sola ac pura reprimentia esse adhibenda. In augmento vero ipsis repellentibus, nonnihil ex iis quæ discutiunt, admiscendum. At in statu, & paulo ante statum, æquis portionibus miscenda sunt reprimentia discutientibus. Cum autem declinatio, vel finis status ad- 20 fuerit, solis resoluentibus & relaxantibus vti licet. Breuiter, quamdiu humor adhuc affluit, repellendum est: vbi vero iam restitit fluxio, digerendum. Verum si medio modo res habeat, id est, partim iā aliquid fluxerit, & loco inhæserit: partim vero aliquid adhuc influat, mixtis auxiliis vti oportebit, hoc est, partim resol-

nentibus, *partim* tegerentibus *siue* repellentibus. *Coeuntibus enim vna contrariis indicationibus composi- tum quoque præsidium esse oportet, vt* 13. Therap. Gal. *ait. Porro hæc omnia sane intelligenda sunt, vtpote si tu- mor præter naturam* resolutione *seu (vt communiter dicunt) via resolutionis terminari debeat. Sed hæc auxi- lia in particularibus Obseruationibus sequentibus ac ipsa- rum Scholiis manifestiora euadent. Cæterum si phlegmo- ne, aut quiuis alius tumor degeneret in* abscessum, *eius curatio per initia præstatur* Gal. lib. 2. ad Glauconem,

Curatio tu- morum in abscessum, quem exi- turas vo- cant, dege- nerantiũ.

per mitigatoria auxilia, quæ Græci chalastica *vocant, id est* relaxantia, *siue* remittentia, *cuiusmodi est medi- camentum quod à Gal.* tetrapharmacum *appellatur, molle quidem & anodynum: cui.* ex sententia eiusdem 13. Therap. *mellis paululum admixtum sit oportet. Con- stat autem tetrapharmacum ex* ceræ, resinæ colopho- niæ, picis, seui taurini pari portione.

Tetraphar- macum.

Procedente vero tempore, ad ea quæ concoquendi, *seu* maturandi ac suppurandi *vim habent, transeundum est. Quæ au- tem in alia speciem, hoc est in alienam substantiam, & to- to genere præter naturam degenerauerunt, ea per chirur- giam summouenda sunt. Porro in iis amouendis,* iuxta Galeni consilium 14. Therap. *id agere oportebit, vt rationibus quibus id fiat, quod intendis pensitatis, optimã semper earum deligat. Sane optimæ rationes tripliciter indicantur: nempe* temporis curandi breuitate, cu- rando citra dolorem, *&* maxime tuto curando.

Optimam curandi ra- tionem tri- pliciter in- dicari.

Rursus vt tuto cures, *tria propria sunt quibus inten- tus sit oportet.* Vnum primumque, *vt omnino absolu- tionem operis consequaris.* Alterum, *vt sicubi hunc non assequaris, saltem cubantem non lædas.* Tertium, *vt vitiũ non facile reuertatur. His considerationibus si optimam curationis viam indicaueris, inuenietur quidem in omni- bus modo propositis tumoribus, quando potius Chirurgia, & quanto potius medicamentorum ope sit curandum. At*

1. 2. 3.

21 *chirurgia quidem studium in his potissimum quæ nunc dicta sunt, hoc est, in tumoribus, qui toto genere sunt præter naturam, ad interemptionem eorum festinat: atq; prorsus vt hi tollantur sibi proponit. Quod si perficere ne- queant, proximum illud consilium habet, vt vitium transferat, veluti in* hypochymatis, *id est, suffusioni- bus. Quod vero ex medicamentis petitur, primum huc tendit, vt quod præter naturam est, tum in pus vertat, tum putrefaciat: hoc vero secundo loco destinat.* Hæc Galenus. *Itaque vbi partes, quæ phlegmone infestantur, vehementius pulsitant, sic vt iam desperetur de horum, ci- tra pus, curatione, veteres omnes* (inquit Galen. 4. Therap.) *eiusmodi admonẽt medicamenta, quæ celerrime pus mouent: ante vero nequaquam. Quamquam* sicubi ca- taplasmate quod calfaciat humectetq; (*&* ad sup- purationem perducat) illinuntur, quæ phlegmo- ne infestãtur, id nequaquam ex prima ratione fit, hoc est, vt remedium affectus, sed vt symptomatis mitigatio, vtpote doloris: siquidem ipsius phleg- mones remedia sicciorũ sunt virium. *Et paucis in- teruectis subdit:* Compendiosa obsessarum partium curatio, per id genus præsidia (*hoc est, persiccantia & resoluentia*) obitur ac perficitur, quæ sane vel affe- ctum prorsus summouẽt: vel si quid exiguũ quod suppuret, reliquerint, alterũ medicamentũ acre, quod educere pus queat, requiritur: vel si tenuis circumposita cutis sit, velisq; celerius explicatum

Ex lib. 4. Method. med.

ægrum, sectione seu incisione opus est. *Et hoc sane est quod dicebat Auicenna, nempe curationẽ apostematis, quatenus apostema est,* extractionem esse materię ex- traneæ, quæ excitat apostema. *Auxilia autem quibus mouere pus expedit, & alia quæ supradicta sunt, perficere ex sequentib. cognosces. Vel lege* 6. lib. Tagautij de sup- purantibus.

Auicenna.

Porro suppurato iam abscessu ne corrodat pus, aperiendus est tutius ferro, *quam* medicamentis causticis *&* adurentibus: *& phlegmonosi tumores ma- xime* scalpello. *Porro apertio ipsa, seu puris emissarium fieri debet pro ratione tum copia materia ibi collecta, cum etiam ipsius loci affecti. Quod si computruisse porro ali- qua suppurantis partis videbitur, excindi eam est necesse, ad formam seu similitudinem* folij oliuæ *vel* mytti. *quo facilius sanescat. Cæterum Galenus* 13. Ther. *maximas semper sectiones vitandas esse praecepit: sanabatque huius- modi suppuratas particulas, etiam inguina & axillas, so-* 22 *la vt plurimum incisione & medicamentis valenter sic- cantibus. Quod si aliquando excindere aliquid propter multitudinem, non puris modo, sed etiam corruptarum partium, fuit opus, contentus erat sectione non maiore, quam myrti folium est. Ex amplis enim sectionibus, vbi ad cicatricem perducta est particula, præterquam quod turpissima redditur, sit etiam imbecillior, & ad motum ineptior. Fiunt autem huiusmodi sectiones,* myrta- ceum folium *imitantes, in iis potissimum tumoribus, qui in axillis & bubonib. suppurant. Et in iis quidem lon- gitudo per transuersum ducta esse debet, non aũt per cruris aut corporis rectitudinẽ. Quippe ita cum crus aut brachiũ inflectimus naturaliter cutis sibi applicatur. In aliis vero locis incisione simplici fere semp vtimur. In ipsa autẽ aper- tione siue incisione, septẽ potissimũ sunt attendenda, iuxta recentiorũ placita.*

Quomodo abscessus aperiatur.

Noxa ex amplis se- ctionibus.

Sectio in sup puratis bu- bonibus cur fiat per trãs uersum.

Septẽ atten- denda in a- pertione iã suppurati abscessus.

Primum vt sectio fiat eo loco, quo materia continetur. 1.

Secundum, vt fiat in loco infe- riori, quo melius purulenta illa colluuies vacuari possit. 2.

Tertiũ, vt fiat secundũ rugas & processum musculorũ. 3.

Quartum, vt vitentur nerui, venę & ar- terię, quoad fieri poterit. 4.

Quintũ, vt nõ tota mate- ria simul ac semel, idq; affatim educatur, pręsertim in magnis abscessibus (*vt in nostro Heutero erat; ideo p vices pus extraximus, licet prima vice vltro in maxima copia efflueret*) *ne scilicet ex nimia subitaq; inanitione & spirituum resolutione, virtutis sequatur prostratio.* 5.

Sex- tum, vt blandius, & quam minimo fieri potest do- lore, locus tractetur. 6.

Septimum, vt facta apertio- ne locus detergeatur, carne impleatur, & ad ci- catricem more aliorum vlcerum deducatur. 7.

Gale- nus autem lib. 13. Therap. *duo potissimum monet esse at- tendenda in sectione suppurati abscessus, ad hunc mo- dum scribens:* Sin aliquando puris copia medica- menta superet, nec ea videantur tibi totum dige- rere posse, secare exitum ei quod digestioni non cessit, eo potissimum loco oportet, quo est edi- tissimum, quippe tenuissimam illic inuenies cu- tem.

Duo spe- ctantur Ga- leno in aper tione suppu rati abscess- sus. 1. 2.

Memineris præterea in sectione & alterius indica- tionis, quæ ad fluxum pertinet, atque ad ambo respi- ciẽs, ita quod suppurauit, incide; ac deinceps me- dicamentum aliquod eorum, q̃ sine erosione sic- cent impone. *Auxilia autẽ detersoria post apertã vomi- cam purgando vlceri sordido accõmoda, sunt* mollia to- menta *vel* lintea, concerpta linamenta, emplastra 23 & vng. *quæ* sexto lib. apud Tagautium *explicantur.*

Detergen- tia.

At pri-

At primis diebus sufficit Guidoni vitellus oui alumine
succharino inspissatus: *quo remedio etiam vtebatur
Guilhelmus à Saliceto. Postea vero deueniendum est ad*
melrosatum, *&* mundificatiuum ex apio: *& po-
stremo, ad* vng. Apostol. *&* Ægyptiacum, *si res ita
desideret. Supra vero ipsum tumorem iam apertum, se-
quentia vnguenta sunt admouenda: nempe* basilicon,
& diaphœnicon *vulgo nuncupatum, atque alia id ge-
nus quæ ad vlcera instituuntur. Vbi enim abscessus secue-
rit, more aliorum vlcerum curari debent. Galenus* libr.
13. Themp. *post excisam cutim in phlegmonis axillarum
& inguinum, medicamento quod Græci* mannam, *id*
est, thuris purgamentum *vocant, affectam partẽ im-
pleuat: hac autem leui adstrictione prædita est.* Sed & mi-
tigare (*inquit*) prius incisam partem, quantum po-
scere videbitur, oportebit: fomentis primum,
dein cataplasmatis, mox humectante aliquo me-
dicamento, aut non siccante, singulis scilicet ex-
trinsecus impositis. *Nam in ipso vlcere tum manna (vt
dictum est) tum ex præsidiis, quæ linteolis excipiuntur:
primum quidem ea quæ pus citant, deinde quæ expurgant,
sunt imponenda: post quæ si cauitas etiam mansit, quæ
impleant adhibenda sunt: finaliter, ea quæ cicatricem in-
ducant. Porro si laborans nec ferro candente nec scalpel-
lo fieri sectionem præ mollitie admiserit, medicamentis*
adurentibus *erit molienda apertio. Ad hoc autem lau-
dat Auicenna,* semen lini, fermentum & stercus co-
lumbinum. *Hæc præstantiora efficies, si cum* sapone
molli *aut* mucagine seminis sinapi *miscueris. Cæ-
terum* ruptorium *seu* causticum, *quod fit ex* calce *&*
sapone *in hac re principatum obtinet. Hactenus de tumo-
ribus præter naturam in vniuersum: ac deinceps de parti-
cularibus eorum differentiis, & primo de* sanguineis *sin-
gulatim agemus. Reducuntur autem ad tumores phleg-
monodes seu sanguineos omnium primo* phlegmone *di-
cta, & deinde ad phlegmonodes* phygethlon, bubo,
phyma, *qui affectus sunt glandularum,* terminthos,
dothienes *seu* furunculi, *secundum Galenũ* de tum.
præt. natur. cap. 25. *item* gangræna, sphacelus; *ab
Arabibus* Aschachilos *dictus:* carbunculus, *quem an-*
thraca *Græci vocant, &* Aneurisma. *Sic etiam Ferne-
lius de* exter. corp aff. lib. 7. cap. 2. *ad tumores,* tuber-
24 cula, pustulas è sanguine *refert:* phlegmonen *in pri-
mis,* phygethlon, phyma, carbunculum, furuncu-
lum, epinyctidem, ecthymata. *Sunt & aliæ inflam-
mationes, teste* Leonono de tumoribus præter na-
turam, *quæ à loco vnde oriuntur, particulare nomen sibi
asciscunt, vt* gurgulio, *qui Græce* γαργαρεὼν *&* σταφυλὴ,
Latine columella *seu* vua *dicitur, &* paristhmia, *seu*
tonsillæ. *Item* pleuritis, *à pleura, id est costa, quoniam
est inflammatio membranæ costas subcingentis. Sed nos de
visui apparentibus tumoribus in præsentia loquemur; nã
de iis cum de internis morbis ageremus, scripsimus. Et licet
alii quoque sint tumores non ex humoribus, vt est* gibbo-
sitas, ὕβος, *vel* κυφὸς, *vel* κύφωσις *Græci, Latini* gibbos
vocant, epiplocele, enterocele, enteroepiplocele,
bubonocele, exomphalos, *de iis tumoribus quoniam
in Obseruationibus nostris medicis diximus, hic non age-
mus. In hoc itaque primo libro Obseruationum Chi-
rurgicarum de sanguineis tumoribus
agemus, initio facto de
phlegmone.*

Marginal notes: *Vnguenta super tumorem iam apertum applicanda.* — *Mãna thurũ vsus post incisionem. Partem incisam prius mitigandam esse.* — *Quæ in vlcere ponenda.* — *Auic. in fin. tract. 1. Fen. 3. lib. 4.* — *Sanguinei tumores.* — *Paul. 4. ca.*

OBSERVATIO IV.

De Phlegmone, seu inflammatione in variis corporis partibus oborta.

VIr quidam istis temporibus phlegmonem in
crure à talo vsq; ad genu habebat, cum rubo-
re, caliditate & febre: huic post vniuersalia reme-
dia *farina hordei* cum *aqua ros. & succo semperuiuæ* ap-
posita est; & tota inflammatio cessauit. At Theo-
doro de Rijck, viro admodum robusto & iuueni
annorum 14.° mali regiminis, tam cibi quã potus,
Veneri valde dedito, viro admodum corpulento
& sanguineo, anno 1546. in fine mensis Maij, in
manu sinistra oborta est inflammatio seu phleg-
mon cum exigua portione bilis, vt valde parum
erysipelatis haberet, sanguine tamen valde exu-
berante, quod inflatio rubicunda cum inflam-
matione indicabat: hic cum intensissimo dolore
afficeretur, tandem me vocauit post quartum di-
em suæ afflictionis: inueni autem hominem si-
mul laborare tertiana cõtinua, cum virtutis qua- 25
dam prostratione, tum ex dolore tum vigilia præ-
cedente, quia in quatuor diebus & quatuor no-
ctibus non dormierat: aderat & tunc chirurgus
qui medicamenta calida & resoluentia apposue-
rat, in corpore plethorico, sanguinis missione non
præcedente; quæ dolorem magis auxêre: quare
statim ea amoui. & cum aluum non deponeret,
glande illam irritauimus: post ventris solutionẽ,
atque eductis fecibus communibus, ilico basilica
in eodem brachio pertusa, ob febrem, statim san-
guinem detrahere mandaui; alioqui in principio
statim vocatus, propter phlegmonem, ex pede co-
dem sanguinem detraxissem, quemadmodum de
arthritide calida fecimus in Nicolao Nielzon ex
mente ipsius Aetij, vt alias de arthritide diximus *Arthritis.*
lib. 29. nostrarum Obseruat. 5. scilicet Obser. Nam ita
quoque canones Medicorũ habent. Hinc Vale-
scus tractat. suo de *Chirurgia cap. 2.* de phlegmone
præmittẽs canones aliquot generales in curatio-
ne obseruandos, sic ait: Primus canon est: *Apparen-
te corporis repletione in principio celebranda est phlebοto-
mia à parte opposita, diametris bene secundum longum
aut latum consideratis.* Propterea quoque præce-
ptor meus Benedictus Fauentinus in sua Empiri-
ca ita inquit: *Cum phlegmone sit sanguineum aposte-
ma, idcirco initio illius curationis non prætermittas phle-
botomiam: & in quacunque parte corporis initium ca-
piet phlegmon, ad oppositam partem trahendo, sanguinem
mittes: vt si in dextra, in sinistram: si sursum, deorsum,
& in aliis sic procede, nisi apostema fuerit pestiferum. Fa-
cta phlebotomia diuersiua, attenta quidem semper virtu-
te, & etiam ætate, phlebotomabis patientem ex eadem
parte lateris phlegmonantis, vt humor qui iam ad parti-
culam patientem fluxus est, illa phlebotomia deriuetur,
vel euacuetur.* Et sic nos in quarto die vocati, ex
eodem brachio, nam satis distabat ab ipsa parte 16
inflammata, scilicet manu, sanguinẽ extraximus:
(*tamen ex loco vicino magis fieret euacuatio:*) tum
propter febrem continuam, cuius materia in ve-
nis hæret; ex basilica à fonte ipso sanguinem,
scilicet ab hepate, euacuando; & bene ad rem

fecit. Prior autem chirurgus in hunc canonē peccauerat, quod ab initio neque sanguinem detraxerat, præcedente semper ventris lenitione, vt fieri debet. Topica etiam calida male applicuerat contra canonem medicorum. Vnde dicebat Valescus: Secundus canon est, *si materia videtur calida danda est medicina superfluitatum calidarum euacuatiua.* Tertius canon: *Euacuata sufficienter antecedente materia saltem per phlebotomiam, repercussiua debite phlegmoni superponuntur, nisi apostema sit in emunctoriis membrorum:* & ideo addit quartũm canonem, *narrando res quæ impediunt repercussionem, quæ,* inquit, *continentur istis versibus vulgaribus:*

Grossities, frigus, congestio, copia, virus,
Nobile, plethoricum, crisis vel causa forensis.

Et ideo præceptor meus quoque dicebat loco citato: *His sanguinis missionibus peractis, ventris lenitione semper præcedente, considera si phlegmon fuerit in loco propinquo membro principali, & tunc non debet fieri curatio cum his quæ ipsam materiam repellunt, vt cum fuerint phlegmones in emunctoriis cerebri, vel sub axilis: in illis quidem timere debes de reuulsione materiæ ad cerebrum, in istis ad cor vel ad hepar.* Caue quoque *quantum possibile sit, ne in emunctoriis testiculorum, & in inguinibus initio curæ phlegmonis, vtaris repellentibus: quoniam testiculi membra sunt principalia: nam facile ad ipsos materia possit duci: ob quam rem si apparuerit phlegmon in aliis membris nostri corporis longe distantibus à principalibus, secure vti poteris à principio repellentibus: & tanto securius, cum sanguinis missiones præ-*
27 *cesserint.* At noster hic Chirurgus in hunc canonem peccauerat: nam in corpore plethorico, non detracto sanguine, etiam calida resolutiua apposuit, cum ea postea apponenda essent. Hinc inquit Valescus, canon quintus est, *quando in principio apostema videtur, quod crescat & incedat via exitura, & tendat ad maturationem, tunc postponenda sunt infrigidatiua & repercussiua, imo ponenda sunt maturatiua.* Potest tamen ante hunc canonem in augmento & statu maxime apponi, magis ex resolutiuis, num forte phlegmon resolui possit: si non, tunc ad maturatiua deueniendum, *vt in Scholiis sequentibus latius dicturi sumus.* Sextus canon est: *Postquam sanies est generata, non potest dissolui: quare dico,* inquit Valescus loco citato, *quod non oportet incisionem negligere vel retardare, apostemate saniem habente sed festinanter fieri, maxime si membris nobilibus vel alicui concauitati fuerit vicinum, vt 13. Artis paruæ. Nam magnus error inde contingit, si negligentia huic rei adhibeatur.* Septimus canon est Galeno 13. Artis paruæ: *Curationes apostematum calidorum sunt hæ: prohibere fluentia, & coadunata dissoluere.* His regulis præmissis, post phlebotomiam adhibitam calida illa resoluentia, quæ chirurgus perperam manui inflammatæ apposuerat, amoui, & imperaui vt idem apponeret micam panis nutritiam in lacte vaccino, tribus granis croci orientalis additis, pultis instar. Sed cum iam melius dormiret quam antea, sed tamen dolor nondum sedatus esset, ideo inuncta manu *vng. popul.* simul etiam *medulla panis ita nutrita in lacte* immiscui aliquid *vnguenti populeonis* & ventrem hoc modo purgaui: ℞ *decoct. viol. endiu. fumiterræ* ℥ iiij. in qua dissolue *diacathol. syr. de endiu. ana* ℥ j. misce. quo quinquies aluum deposuit: & ita alleuiatus est, vt deinde febris cessauerit, & vrina minus tincta appareret, quamuis dolor ac inflāma- 28
tio in manu permaneret. Sed cum die sequenti dolor rursum intenderetur, neque per totam noctem dormiuisset, micæ *panis siliginei albissimi*, vt prius, aliquid *olei ros.* immiscuimus, & *sine croco* cataplasma imposuimus phlegmoni. Interim & sub noctem sequens somniferum & refrigerans medicamentum intus propinaui: ℞ *syrup. pap.* ℥ j. ß. *aqu. lactucæ* ℥ iiij. sumpsit autem vnica vice post cœnam, & deinde per totā noctem optime dormiuit: & mane cum redirem, vidimus phlegmonem seu inflammationem in manu plane sedatam, rubedinem quasi ablatam, & dolorem omnino diminutum. tunc cataplasmati suprascripto addebamus *vnguenti alabastrini* ℥ ß. ad maiorem resolutionem, quia calor magna ex parte cessauerat, tum febris ipsa: & cum rediissem sub tempus vespertinum, intellexi per totum ferme diem ipsum ægrū dormiuisse: & adhuc magis sedatus fuit dolor. Die subsequenti eadem mane applicui, tunc enim surrexerat ex lecto, & non sensit amplius dolorem, vrina ad aureum & naturalem colorem redeunte: & sic procedens deinde cum prædictis topicis per vnum atque alterum diem, Deo auspice perfectam sanitatem consequutus est. Venit tunc mihi in mentem Adolescens ille qui Bononiæ ab Ellideo præceptore meo, constante virtute, quadratus, ætate 24. annorum, æstate media, in sinistro crure phlegmonosum tumorem erysipelatosum patiebatur, cum magno tumore, rubore, caliditate, cum febre continuā: & ab illo ita curabatur: Statim ex vena interna eiusdem lateris extrahi iussit ℥ v. *sanguinis.* Cruri applicuit istud: ℞ *ros. rub. semin. myrtill. lini, fœnugræci, coriand. althææ. meliloti, cortic. gran. ana* ℥ j. decoquantur: & cum ista fomentatione fomentetur crus. Ad incipientes phlegmonas frig. astringentibus est vtendum. Postea iis quæ digerunt, hoc est, modice calidis, scilicet *camomil. melil. alth. sem. lini, fœnugræc.* At post fotum 29
inungebat cum vnguen. alabast. Vesperi eiusdem diei, priore amoto, petias madefactas in *oleo rosat. acet. aqu. ros. ana* ℥ ij. apposuit. Victus fuit tenuissimus, ex *aqua cocta* & *pane*, additis paucis *granis coriandri.* Febris fuit continua, vt solet. Sed ista repercutientia & infrigidantia magis lædebant quā iuuabant, quamuis initio fluxionis applicata. Secundo igitur die adhibitum est sequens: ℞ *lactis, fartura panis optimi, vitell. ouorum ana*: misce, in formam pultis. Bibit singulis diebus aquam hordei bis. Tertio die dedit solutiuum: ℞ *elect. de succo ros* ℥ ß. *diaprun. non solutiui* ℥ j. *diaphœnic.* ℥ ß. *cum decoct. communi facta in aqua endiu.* q. s. fiat potus. Nihil eduxit. Ante cœnam iniectus est clyster ex ℥ j. *cass. ol. viol.* ℥ ij. *diagrid. gran.* v. *cum brodio.* eduxit semel tantum. Quarto die magis infrigidantia & repercutientia cruri imposuit ex *succo semperuiua, aqu. ros. acet.* cum petiis applicuit.

Somniferũ.

Quinto

Quinto die bibit *aq. hordei* bis vt supra. Sexto dedit medicamentum istud: ℞. *Elect. de succo rosa. diaprun. solutiui ana* ʒ iij. *cass. rec.* ʒ j. nihil soluit. Vesperi iniectus est alius clyster, scilicet: ℞. *Cass. hieralogod. ana* ℥ j. *mell. rosat. colati* ʒ ij. *diagrid. gr.* v. *cum oleo communi, sale & vitell. ouor.* fiat enema cum decoct. ℥ j. *colocynthidis*. Eduxit ter. Laudauit etiam linitiones ex *atramento*. Vide 13. Method. Deinde cum ad suppurationem omnino vergeret phlegmone, tandem emplastrum tale apponi iussit: ℞. *fermenti, adipis porcini, fimi columb. ana*. Et postero die vehementer attraxit ad locum, & materiam & humorem delinquentem. Postea in Hospitale translatus est, vt aperiretur phlegmone, & deinde per Chirurgum curaretur. Calida namque & humida celerrime pus mouent. De hac re videas ipsum Galenum 4. *Method. fol. 63. fac. 2.* Ita & Betrus Medicus Bononiæ celebris

30 laborabat æstate phlegmone dextræ natis. imposuit *diachylon cum gummis*, deinde *butyrum cum brassica* in sartagine frixum. Intentio erat suppurandi. Deinde emplastrum ex *radic. althaa, malua, butyro & oleo rosat.* Radix *althaa* lota in tessellas minutim dissecanda, deinde coquenda in aqua: post coctüram pistillo in mortario conterenda, & tunc *butyrum cum oleo* immiscenda, & paululum simul bullienda: addita *est farina triticea, tres vitelli ouorum, &c.* Idem in sene laborante phlegmone maxillæ dextræ, cum corpus euacuasset, tenderetq; ad suppurationem, & intro vergeret collectio, & dolor quoque premeret, adhibuit emplastrum ex *ol. rosa. lacte & pane*: item decoctum *ficuum & pass.* ore subinde continere iussit, & ficum inuersam etiam ore tenere. Vide Galen. 11. *Method. fol. 15. &* 13. In phlegmone scirrhoso Curtius in Iuuene, extracto per vices bis sanguine, prisana suo more cocta exhibita, quam diu febris durauit. Deinde pane cocto nutriuit bis die. item syrupum hunc dedit: ℞. *oxymel. simpl. syr. rosa. ex infus. rosa. sicc. an.* ℥ ß. *syrup. de endiu.* ℥ j. *aquar. end. borrag. lupul. ana* ℥ j. Emplastrum ex *oleo rosa. abs. de spica ana q. s. far. hordei, fænugraci ana* ℥ iiij. misce cum oleis. oblinebat cum eisdem oleis ante impositum emplastrum. Post febrem, & bona apparente concoctione, ℞. *cass. rec. tract.* ℥ j. *rhabarb. subtiliter puluerisati* ℈ ij. cum decoct. communi fiat potus. Deinde post triduũ, emplast. *de meliloto redact.* cum *oleo absinth. in formam vng.* inunxit hepatis & splenis regionem. Vide Gal. 13. *Method.*

SCHOLIA.

Gal. 2. ad Glauc. c. 2.

Ex sanguinis fluxu copiosioris, quam parti sit necessarium, fit ea inflammationis species, qua peculiariter inflammatio, *seu* phlegmon *dicitur, quæ affectus totius generis habet appellationem. A phlegmone igitur*

31 *sumsimus exordium, de tumoribus præter naturam sanguineis, vt quæ frequentissime incidat & symptomata* (vt Galenus ait) *periculosissima excitet. Itaque phlegmone Galeno*, libro primo de morb. & symptomatis *bifariam accipitur. Vno modo communiter, veterum qui ante illum fuerunt more, pro omni partium veluti inflammatione & quadam efferuescentia. hoc est pro omni calida, ac veluti flammea quadam dispositione, quam Græci* *φλεγμονὴν appellant. Hinc & Paulus* lib. 4. cap. 17. *de inflammatione scribens, inquit*: Omnes ex æquo tumores calidos, quibus dolor feruorque adest, nostri inflammationes, Græci phlegmonas appellare consueuerunt. Verum pro diuersa quæ ipsos facit, materia, hi quoque euariant. Cum enim sanguis probus & crassitie mediocris, in particulam aliquam vniuersim confluxerit, ac propter copiã impactus inhæserit, inflammatio proprie appellata nascitur. Cum vero flaua bilis in parte aliqua substiterit, herpetem vocant: vbi vero & sanguis & bilis flaua simul incubuerint, erysipelas excitatur. At cum sanguis, qui influit, calidus impense & crassus fuerit, carbunculos mouere solet. Itaq; ab inflammatione quæ peculiariter phlegmone dicitur, & multis semper accidit, incipiendum esse iudico. *Hæc Paulus. Hinc & Fuchsius libr. 5. de tumor. præter naturam cap. 1. de inflammatione*: quam Latini inflammationem, Græci φλεγμονὴν nominant. *Vox autem φλεγμονὴ illis bifariam sumitur: generatim pro omni calido & dolorifico, cum feruore tumore: vt plane tum idem quod φλεγμονὴ, hoc est, efferuescentia, significet: Sic sane* herpetes, erysipelata *&* carbunculi, *phlegmones dicuntur: qua in significatione ab Hippocrate & aliis veteribus vox est vsurpata. Proprie autem* phlegmone, *est tumor supra feruorem efferuescentiamve rubens, dolens, durus & tactu renitens, quod copiosius tradit Galenus 13.* Terap. *ab initio statim, ita quoque & Tagaultius* cap. 6. de vera phlegm. lib. 1. de tum. præt. nat. *inquit*: Altero modo à Galeno & iunioribus accipitur pro tumore ex sanguine vero ac puro, *hoc est* optimo, ac mediocrẽ crassitiem obtinente, procreato. *Et hæc quidem generis sortitur appellationẽ: atq; inflammatio æquiuoce generi Latinis nominatur, Græcis vero absolute* phlegmone. *Ea autẽ recentioribus duplex est, vera scilicet &* non vera. *Vera phlegmone fit à sanguine benigno, hoc est, qualitate & substãtia seu consistentia optimo, sed copiosiore quam sit parti* 32
ex vsu. Nõ vera & illegitima *phlegmone, ex prauo & naturali sanguine efficitur. Est aũt sanguis humor calidus & humidus, ex temperatiori parte ipsius chyli progenitus: & hic quidem duplex est*: Naturalis, *&* non naturalis. *Naturalis est humor calidus & humidus substantia quidẽ mediocris, colore vero multũ rubens, odore autẽ & sapore dulcis, mitis ac benignus. Verũ* non naturalis *ille dicitur, qui ab isto nuper descripto deflexit, degenerauitq;: intra tamẽ sua latitudinis terminos: quos si transgreditur, non iam sanguis, sed alius humor venit appellandus. Hunc autem* (sanguinẽ; *inquam*) *degenerare à propria sua natura contingit dupliciter.* Vno modo (*vt aiunt,*) *in se, hoc est, ratione sui, permutata propria eius substãtia citra alterius admistionẽ*: Altero modo *per alium, seu ratione alterius. Et* per se *quidem adhuc bifariam: nempe,* vel quia *eius substantia crassior est, aut tenuior quam debeat,* vel quia *aduritur, & quod ex eo tenuius est, in flauam bilem mutatur, quod vero crassius, in atram, idque absque separatione.* Alterius *vero* ratione *sanguis fit non naturalis, quando alius humor illi permiscetur. Quod multifariam contingere potest, prout scilicet variæ species bilis, pituita aut melancholiæ, cum ipso sanguine misceri possunt. Ex quibus liquet, quod ex* sanguine quatuor species seu differentiæ tumorum præter natu-

Duplex acceptio phlegmones. 1. Phlegmone pro phlogosi. Paulus.

Inflammatio generatim accepta. Phlegmone propria. 2.

Phlegmone pro inflammatione ex sanguine optimo.

Phlegmone duplex. 1. Vera. 2. Non vera.

Sanguis quid & quotuplex.

Sanguis bifariam degenerat à propria sua natura.

Quatuor differentia tumor. in ex sanguine.

ram procreantur. *Primum ex sanguine naturali & benigno generatur* vera phlegmone. *Ex sanguine vero illaudabili facto per admixtionem aliorum humorũ, tres enascuntur differentia* phlegmones non veræ *atq;* illegitimæ, *quippe quod tres alii humores (pituita inquam & vtraq; bilis) ipsi sanguini permisceri possunt. Itaque si flaua bilis sanguini commisceatur, quod ex ambobus tum est conflatum, vocatur* phlegmone erysipelatodes: *si pituita*, phlegmone œdematodes: *si atra bilis seu melancholia*, phlegmone scirrhodes. *At ex sanguine illaudabili & maligno per adustionem, & corruptionem propria substantia, pro ratione tenuitatis aut crassitiei ipsius generantur vel* carbunculi, *qui Gracis* anthraces *dicuntur: vel* gangræna, *vel* sphacelus, *de quibus suo loco. At nunc de phlegmone qua proprie sic appellatur & in*

33 *extremis partibus oboritur (nã de internarum inflammationibus in libris nostris* Obseruationum & Curationum Medicinaliũ *actum est) differemus.*

Causa phlegmones.

Phlegmones itaque causa sunt tres, vt & aliorum omnium tumorum prater naturam qui per defluxionem fiunt. Primitiua *scilicet, quã &* præegressam *&* euidentem *appellamus:* Antecedens *&* Coniuncta.

a Pragressa.

Euidentes causa inflãmationis sunt, occasiones externa: vt contusio, disruptio, cõuulsio, fractura, vulnus, vlcus spontaneum, luxatio, *& alia id genus. &* lassitudo, *qua quatenus dolorem in laborante, articulae excitant fluxionem accersunt. Ita & Aetius lib. 4. cap. 30. omnem inflammationem ob sanguinis defluxum, vel à manifesta vel ab occulta causa vult fieri: omnis etenim dolor ex pragressa causis fluxionem concitat*, vt Galen. 3 art. part. *vt de causis primitiuis etiam recitatur à Valesco* cap. prop. iode phlegmone.

a Antecedens.

Antecedens, vt sanguinis exuberantia, prout quidem & inculpati: vt cum ad immoderatam venarum repletionem vena peruingunt. Tunc enim cogitur sanguis (veluti quid superfluum) ad partem aliquam vel imbecillam vel plus iusto excalfactam, vel dolore affectam, effundi ac defluere: vbi tandem compingitur, atque impactus manet, nisi protinus ab initio reprimatur. Ita & Fernelius: Causa continens, *inquit*, sanguis est, non in solam cutem, sed in subiectam quoque carnem impactus, qui è venis eo tandem confluxit. *Cum enim vena arteriaque maiores immoderata sanguinis copia distenduntur, hanc granatã in minores quasi onus deponunt, ex his demum in minimas. Ac tum, cum per earum oscula, perque tunicarum meatus sanguis cohiberi non possit, effluit, illabiturque in spatia vacua qua inter fibras sunt primorum corporũ, pracipueque musculorum, venarum, arteriarum, neruorum atque membranarum. Ha partes fluxione dum perfunduntur implenturque distenta copia quasi diuelluntur, feruentisque sanguinis ardore incalescunt, doloremque faciunt. Sanguis quippe extra vasa collectus, nec libere perflabilis, necessario putrescit atque inflammatur. Ita quidem si purus is erat, exquisita phlegmone fit, cuius species sunt:* ophthalmia, parotis, angina, parulis in gingiuis, *aliaque ex partibus nomina adepta. Est & alia minus exquisita, cuius non syncerus est sanguis, sed aliorum quoque humorum particeps. Hinc fiunt* phleg-

34 mone erysipelatodes, œdematodes, scirrhodes. *Sit itaque phlegmones causa antecedens existit, vt dicebat etiam Valescus*, boni sanguinis repletio, *qua est causa vt fluat sanguis superfluus ad aliquod membrum, maxime si sit debilitatum, cum eo deriuetur & fluat. At* Coniuncta causa *seu* continens *(vt ait Tagautius)* *est ipse sanguis qui iam loco affecto infartus est. Valescus vero ita inquit:* Causæ coniunctæ phlegmones sunt, non euentatio illius sanguinis, & supercalefactio & putrefactio eius. *Has de causis, nunc ad signa progrediamur.*

Coniuncta.

Signa.

Phlegmonis symptomata seu signa 13. Met. hac sunt: Dolor, tensio, resistentia ad tactum, pulsatio, rubor, calor, tumor. *Sic quoque Paulus loco citato:* Tumor rubens, doloris plenus, tangenti renitens, & calidus, ex sanguine (vt à me dictum est) probo originem trahit: qui, sanguinem dico, nunc ex toto fertur corpore, nunc in aliquam particulam copiosius incumbit, sic vt à vasis nequeat contineri; exciditque aliquid roris modo in ampla partium quæ intercedunt, spatia. *Hac Paulus. Ex quibus Neoterici omnes suas notas desumpserunt. Et ita inflammatione in particula aliqua orta*, vehemens dolor *vrget, nisi eiusmodi sit, qua sensum omnino difficilem habuerit:* pulsus *in profundo molestus accidit, tendiq; prorsus ac frangi particula apparet, & vehementem calorem persentit, vt quasi comburi videatur, vnde & refrigerari desideret. talisque* rubor *per summa viget, qualis ex balneis aduenit, aut ex igne, aut quouis alio modo calefactis.* Renixus partis *tangenti eam, pro tensionis modo*, vt & fusius Gal. ad Glauc. docuit lib. 1. ad Glauc. cap. 1. de tum p. et. natur. & 13. Metho. *Qua signa & Tagautius & Leonicenus etiam posuere: hoc modo:* Phlegmones notæ sunt, tumor seu incrementum partis supra naturalem habitum, calor vehemens adeo vt membrum comburi videatur. Rubor per summa vigens, qualis ex balneis, vel igne aut quouis alio modo calefactis aduenit. Dolor vehemens, nisi membrum difficilem omnino sensum habuerit, pulsus seu pulsationis sensus in profundo molestus. Tensio seu extensio membri, quam nõ modo ipsi tantum deprehendimus, sed etiam ipse æger proprio sensu aduertit. Renixus partis tangenti eam, pro tensionis modo. Et si quæ sint alia, quæ præsentem sanguinis abundantiã in parte aliqua testantur. *Eadẽ fere & Fernelius, inquiẽs:*

Nota vera ac legitima phlegmones.

Phlegmone tumor est calidus, præter naturã col-lectus, prominens atq; circumscriptus, oui saltem 35
gallinacei magnitudine. Huic quasi ex igne aut ex balneo rubor inest: calor quoq; ex inflammatione vehemens, quasi pars vratur: distensio ex copia renitens: pulsatio profunda & molesta, quæ arteriarum diastole partẽ inflammatam feriat: dolor ex calore, ex pulsu atq; tensione acerbus, præsertim cũ pars eximio sensu prædita est. *Dicit enim Auicenna.* Quãto membrũ in quo est phlegmone magis est neruosum, tanto dolor est maior: & quanto magis carnosum, tãto minor est pulsatio, & calor, & dolor, & ipsius resolutio aut collectio velocior.

Prognostica.

Phlegmones tempora quatuor.

Phlegmone quatuor habet tempora: principium, augmentum, statum & declinationẽ: *nisi, aliem flexo intro recurrat, vel repellentibus medicamentis statim reprimatur. Vbi aũt quatuor hac tẽpora percurrerit necesse est vt eius materia vel resoluatur atque exhalet vel suppuretur, vel corrumpatur atq; putrescat, vel in scirrhosam ad lapideã duritiẽ abeat. Et harum quidem omniũ signa ex Scholio pracedente inuenies. Sed iam ẽe ca addenda qua Valescus ex*

Aui-

Auic.c. pprio *commemorat: Primo*, quod raro accidit
phlegmone simplex: sed vt plurimum eidem adiungitur erysipelas, durities, malignitas aut furiositas. *Secundo dicit Auicenna*, cum phlegmone est in loco neruoso, quod pulsatio est maior, ac dolor, & similiter est resolutio eius vel collectio ad saniem velocior. & illa mala habetur quæ non tendit ad declinationem vel saniei collectioné; perducit enim membrum ad morté & putrefactionem, hoc maxime euenit ob magnitudinem inflammationis & multitudinem materiæ, aut eiusdem malignitatem, etiam si parua existit. Quando tumor phlegmonis diminuitur, & dolor & pulsatio alleuiatur, tunc tendit ad resolutionem: si vero increscat pulsatio, & augeatur apostema &

Symptomata quæ phlegmones curationem interpellant.

calor, transit in suppurationem. *Cæterum, vt & Tagautius annotauit ex aliis, phlegmonem plerumque mala comitantur symptomata, quæ eius curandi rationem interpellant, immutantque. Cuiusmodi sunt*, dolor vehemens, *partem admodum sensibilem occupans* recursus materiæ *ex glandulis (quas Græci adenas & vulgo* emunctoria *vocant) ad partes internas: item* partis affectæ mortificatio (*quam* corruptionem esthiomenicam *appellant) ex nimia scilicet refrigeratione &
36 *valido infarctu totius materiæ (quæ inflammationem committebat) proueniens:* durities *quoque* lapidea *& pene* indissolubilis, *vulgo* sclirotica *nuncupata, ex perperam ac temere facta tenuiorum humorum dissolutione. Quocirca diligenter ac sæpius quidem obseruare oportet, in curandis tumoribus, qui præter naturam consistunt, quo quisque tandem sit euasurus, & quæ inopinato superuenerint accidentia, vt circa id, quod apparet, & vrgens est, maxime insistamus. Quod nos probe Galenus* lib. 2. ad Glauc. & 13. Therap. *admonuit, ad hunc modum inquiens:* In morbis quidem qui difficulter resoluũtur, verendum est, ne eorum reliquiæ præduræ relinquantur. *Quare in singulis resolutionibus attendere oportet, ad quid transmutetur omnis, cuius curatio suscipitur, tumor. Nam ea quæ cum fortiter exiccantibus agitur, reliquias præduras operatur: ideo sæpe curatio immutanda, vt exempla infrascripta docebunt.*

Observatio V.

In qua ponuntur exempla puræ phlegmonis.

Rustica quædam mulier magnam phlegmoné in brachio habebat. Huic cum menstrua deficerent, facta est phlebotomia in crure ex loco opposito. Nam hoc est quod & Fuchsius cap. *prop. de phleg* ex Græcorum méte annotauit. Quod si in inferiore aliqua parte, verbi gratia genu, constiterit, tum sanguinis euacuatio ex superioribus partibus facienda. incidere itaque oportet in gibbero venam, aut interiorem, aut mediam nisi alterum crus malis scarificare, aut in eo venam pertundere. Si vero aliqua pars superior patitur inflammationem, per inferiora sanguis est educendus. Semper enim fluxionis motum ad contrarium trahere expedit. Debet tamen reuulsio fieri

Repellentia.

secundum rectitudinem, *Galeno lib. de curandi ratione per sanguinis missionem teste*. at nos saphenam aperire iussimus, cum & intestina deficerét. postea applicuimus parti affectæ quæ repelleréť; qualia sunt hæc: ℞. *succi solatri, plantag. semperuiuæ ana*
℥j. *rosar. rub. myrtill. ana* ℥ij. puluerisentur puluerizanda subtiliter: misceantur, & cum petiis lineis 37
madefactis in illo liquore loco ipsi imponantur. Vel hæc quibus Benedictus Fauentinus præceptor meus vtebatur: ℞ *aceti optimi* ℥iij. *albuminis oui* ℥j. *aquæ rosarũ* ℥j. ß. *rosar. rub. subtiliter pul.* ℥ ß. misce, & petias lineas madefactas in dicto liquore loco affecto applicato. Vel ℞. *vng. de cerusa* ℥ij. *succi plantag. succi semperuiuæ ana* ℥j. *aquæ rosar.* ℥ij. *misce*, & cum penis lineis apponito: aut laminam plumbeam hoc puluere inspersam: ℞. *cerusæ* ℥ß. *ros. rub. corall. rub. ana* ℥ij. misce, fiat puluis. At cum hæc valde repellentia ob insignem dolorem minus iuuarent, apposui emplastrum ex *micis panis cribellati. ex oleo ros. & lacte*, quod in tumoribus & omnibus inflammationibus cum rubore sæpe experti sumus & dolorem sedare & fluxum materiæ inhibere. Interim statim post sanguinis missionem euacuauimus corpus omnium primo medicina purificante sanguinem, non expectando eius digestioné, quoniam (*teste Benedicto Fauentino præceptore meo in sua Empirica cap. proprio*) natura phlegmonis est, vt digestionem non expectet, dedimus id quod sequitur: ℞. *cass. recens. tractæ* ℥x. *rhab. electi* (quia satis diues erat) ʒj. ß *cu gran. x misce*, & dissoluantur cum decoct. communi *flor. & fruct.* q. s. in diluculo exhibita est potio. Cæterum cum illud emplastrum ex *mica panis* apposuissemus, dolor mitigari cœpit, & inflammatio cessare.

At alia quædam mulier rustica, prope Delphos circa Hornam, cum anno 1569. mense Maij angina periculosa laboraret, & cum chirurgus phlebotomiam omisisset, ad eam quarto die demum vocati sumus: cum & tota facies phlegmone infecta esset, ac totum collum inflammatio occuparet, vt suspicio de peste esset; nam postea & infans eodé malo correptus est, deinde & assistens
mulier. Huic sanguinem ex cephalica detrahi ius- 38
simus vena, postea etiam sub lingua, aluo prius glande irritata: tandem adhibitis gargarismatis aptis melius habere cœpit in gutture. Sed tantus aderat calor febrilis, vt febris pestilentialis videretur. quare postquam melius quid sumere posset, iulebum sequens propinauimus, cum satis liquidá deponeret per aluum: ℞. *syr. acetos. citri, oxyzacch. simpl. ana* ℥j. *aq. end. cicor. borag. ana* ℥ij. misce pro duabus dosibus. At postea facies magis inflammata est ac inflata, ita vt totam faciem phlegmone occuparet, & oculos; adeo vt eos aperire non posset. igitur ad leuiter refrigerandum & repercutiendum hoc epithema fronti applicari iussimus, & vt pepla subinde intincta naribus & labiis (nam illa etiam phlegmone, cum maxillæ, afficiebantur) apponerentur: ℞ *aq. maluæ* ℥j. *aquæ ros.* ℥iij. *aq. solatri* ℥j. ß. *olei ros.* ℥ ß. misc. pro frontali. Oculis vero inflammatis, vt aperiri possent, alternatim isti duo sacculi imponebantur: ℞ *hordei mundati p. j. folior. maluæ m. ij. sem. cithor.* ʒj. coquantur in aq. communi q. s. & codecocto sæpius fouebantur: reliquiæ in sacculis positæ apponebantur. Postea aliquot diebus inter-

 missis

missis etiam totum brachium phlegmone correptum est. inunximus autem primo *vng. ros.* postea etiam, cum dolor intenderetur, cataplasma sequēs imposuimus: ℞ *maluæ m iiij pistentur ad mollitudinem. adde farinæ hordei* ℥ ß. *ol. viol. ros. vng. popul. ana q. s.* fiat cataplasma. Septies fuit reiteratum. Interim cum aluum non deponeret, subinde suppositorio communi vtebatur. & sub noctem loco cibi capiebat hordeatum sequens: ℞. *hordei mundati p. j. amygd. dul. excort* ℥ ij *sem. pap. albi, sem. 4. frig. maior. mundat. ana* ℥ ß fiat hordeatum cum pauco *sacch.* ad lib. 1. & sæpissime sumebat ex syr. sequentibus cochlear vnum: ℞. *syr. viol. ex infus. ros. ana* ℥ j. ß. *syr. de acetos citri* ℥ ij. *misce.* Postea brachium in-

39 unximus *vng. popul. oleo viol. amygd. dul. ros. ana p. a.* Imposito deinde iterum cataplasmate suprascripto, tandem bene habuit, & à phlegmone curata est. Sed & alteri hoc cataplasma egregie profuit, & dolorem sedauit: ℞ *farinæ triticeæ q. s.* coquatur in aqua, addendo *ol. ros. q. s.* & parum croci ad sedandum dolorem. hoc etiam maturat. Aquæ enim & olei mixtura tepidam generat caliditatem, mollitque & mitigat, vtpote moderatam habens facultatem, vt patet è 4. *de victus ratione.* Sed & hoc emplastro commode sæpe vsi sumus ad dolorem sedandum, & tumorem & extensionem remolliendam, & materiam insensibiliter resoluēdam: ℞. *farinæ sem. lini, fœn græci, sem. anethi florum chamam. l. meliloti, b. j maluæ,* coctis & pistatis in aqua, & incorporatis cum mucilagine *sem. althææ* & *butyro* recēti. potest addi in processu farina *fabarum*, quæ etiam maturant; & ex mente Galeni valde confert *lini semen* solum coctum & appositum. Maturatiua malagmata pete ex Matthiolo & apud Bert. *de apost. m. stomach.* Sed de his in Scholio subsequenti.

SCHOLIA.

Methodus curandæ phlegmones quæ adhuc in generatione est.

RATIO *curandæ phlegmones ex defluxione concitatæ, corporis summa occupantis, hæc est. Cum inflammatio, quæ Græcis peculiariter* phlegmone *dicitur, ex influxu sanguinis copiosioris scilicet, quam sit parti ex vsu, nascatur: fluxio autem incipiente adhuc phlegmone, partim fiat, partim iam facta sit: duplex sane erit curationis ipsius adhuc incipientis phlegmones scopus: nempe*

Notetur.

vacuandi quod influxit, & prohibendi quod influit. *Porro fluxionem inhibebimus, si humorem influentem retraxerimus ac repulerimus, si afflictæ parti robur addiderimus; & si quid fluxionem accersit, summouerimus.*

1. Fluxio quibus prohibeatur.

Retrahemus autem atque in contrarium humorum defluxum reuocabimus, venæ sectione, *si quidem vires valeant, & ætas permiserit: sin minus, admotis* cucurbitulis, *vel* ligaturis, *vel* frictionibus, *vel* calfactis partibus, *directe affecto loco respondentibus. Regeremus*

2. Retractio.

40 *autem repellemusue, admotis medicamentis, quæ hac facultate prædita sint, hoc est, quæ alio fluxionem propellere ac transmittere possint.* Causas *vero* defluxionum *ad partem iam phlegmone obsessam concurrentium submouemus, particulam ipsam, si imbecilla sit, confirmantes, roborantesue: si laxa nimis, astringentes: si calida est, vt*

4. Repulsio.

3. Causæ summotio.

esse solet, refrigerantes: & dolorem, si discruciat, demulcentes: ac corpus vniuersum, si sanguine abundet & partē contagium transmittat, venæ sectione vacuantes: de quibus omnibus mox dicetur. Vacuamus autem quod iam influxit, & in partem affectam se recepit, non modo medicamentis iis, quæ digerunt *ac* resoluunt, *hoc est, discutiunt ac resoluunt, sed etiam quæ* astringunt *&* refrigerant.

5. Vacuatio eius quod iam influxit.

Magisque profecto (*inquit Galenus 13. Therap*) ad incipiētes phlegmonas frigidis astringentibusque, quam iis quæ digerunt est vtendum. Atque etiam magis, vbi crassum quod confluit non est. *Sed si sanguis in particula quam phlegmone prehendit, vehementer est impactus, non est amplius repercutientibus vtendum:* vt in præcedentibus dictum est, *sed tum digerere est tempestiuum. In veterascente quoque inflammatione, quæ post totius corporis vacuationem, aliamque idoneam curationem, duritiem quandam ac nigrorem in partibus reliquit, sanguinem scarificationibus auferre* (Galeno etiam autore) *non est incommodum. Atque hæc per se methodus vniuersalis sufficere posset.*

Scarificatio.

Sed si neotericos sequamur, quatuor intentiones curationis phlegmonis resultabunt: vt debita victus ratio; influxionis inhibitio, *seu* materiæ antecedentis auersio; *&* humoris *qui iam se in partem recepit* (materiam coniunctam *vocant*) vacuatio: *&* symptomatum *correctio. Prima itaque intentio perficitur debita sex rerum vulgo non naturalium appellatarum & eorum quæ illis annexa dicuntur administratione. de quibus plusquam satis diximus in libris nostris* Obseruat. & Curationum medicinalium; *ita vt repetenda non sint, ne nauseam lectoribus moueant. Quæ omnia (quoniam phlegmone subinde febres accendis) ad frigiditatem, & humiditatem spectare debent. Aerem itaque syncerum & clarum, eundemque frigidiusculum eligito. Victum tenuem frigidum & moderate humidum seruato. Vinum debile & paucissimum id est, quod in* 41

Quatuor intentiones curationis phlegmones.

6. Prima intentio, victus institutio.

*temperando haud multam aquæ mistionem sustinet (Græ*ci oligophoron *vocant) assumito. Quod si febris vehemens (vt sæpe assolet) accesserit, abstemius esto. Partem phlegmone obsessam ne exercitato: quietem, quantum potes, præsertim si plurima succorum abundantia sit, seruato. In somnis & vigiliæ modum tenito. Somnum diurnum & præsertim meridianum vitato. A crapula & ingluuie summopere caueto. Aluus fusa & mollis tibi semper esto: atque eam interdum, si opus est, clysteribus vel glande subducito. Iram, clamorem, contentionem, vt inimica fugito. A Veneris vsu, velut ab hoste infestissimo, te subtrahito. Secundus scopus curandæ phlegmones, quæ est* fluxionis auersio, *perficitur* venæ sectione. *si vires & ætas ferant. Semper autem in omnibus membris vena secetur è regione, siue è directo (quod Græce κατ' ἴξιν dicitur) siue* reuellere, *id est, in contrarium retrahere velis, siue ad latus deriuare, etiam si plethora adsit: E directo autem sunt dextra dextris, & sinistra sinistris: vt in genu si inflammatio sit vel in inguinibus, ex superioribus partibus vt in gibbero vel media: si superior pars, in inferiori: nam & à laborante particula indicatur venæ secandæ electio. Valet &* motus, frictio, ligatura partis oppositæ, *celebrata prius (vt dictum est) sanguinis detractione. Itaque si in manibus phlegmone est orta, crura exercitanda sunt, vincienda, & fricanda: sin in cruribus, ma-*

2. Secunda intentio, auersio fluxionis.

bus manu. Gal. 2. ad Glauc. cap. 1. 13. meth. & 14. Tertium scopum assequimur solis per initia phlegmones, repellentibus (exceptis prius memoratis casibus) parti inflammatione laboranti admotis. Vacuatur enim (vt Gal. ait) quod impletum est non modo medicamentis iis quæ digerunt, sed etiam quæ astringunt & refrigerant: cuius generis sunt, quæ repellentia & tegerentia dicuntur. In augmento autem ad præsentem intentionem, id est, ad vacuandum quod iam influxit, simul & prohibendum, ne deinceps amplius aliquid confluat, miscenda sunt digerentibus reprimentia: ita tamen vt horum copia ac potentia, illis adhuc præpolleat. In statu vero æquis portionibus inuicem commiscenda sunt, ac mitigatoria (cum vehementissimi tunc dolores adsint) applicanda. At in fine status, & in declinatione, solis digerentibus quod impactum est, vacuare oportet, si saltem ipsa phlegmone resolutione seu discussione terminari debeat. Si vero degeneret in abscessum, & fieri non possit, vt puris collectio ac eruptio impediatur, tum suppurantibus, aperientibus, ac detergentibus medicamentis vti licebit. Porro exiccantia conferunt in fine vtriusque affectus, hoc est phlegmones & abscessus. Hæc enim quod reliquum humoris est prorsus absumunt. Verum facta sectione in abscessu iam supp urato, medicamentum, quod sine erosione siccet, imponendum est, vt in sequentibus dicetur. Cum itaque inflammatio (inquit Paulus lib. 4. cap. 17. de inflammatione) repente e vestigio particulam quampiam sine manifesta causa præcedente obsederit, totum vero corpus partis contagium transmittat, vniuersum quidem tum sanguinis demissione vacuari oportet. quod autem inflammationem experitur, superfundere ac illinere medicamentis, quæ non calefaciant, humectintque, sed illuuiem humoris repellere sint idonea. At quod iam in affectam partem se receperit, euacuatur. Itaque illinitur cataplasma quod constat semperuiuo, mali punici cortice, vino incocto, cera & polenta. hoc & similibus, cum dolor vehemens non vrget, vtendum est. Vbi vero particula fluxionem cum dolore ampliore senserit, ne tum quidem calens aqua oleumve adhiberi debet aut ex farinis cataplasmata, vt quæ fluxionum vitiis omnia sint inimica: doloris tamen vehementia leniri eo quod constat passo rosaceo, ceraque modica & lanis sordidis, quæ œsipi multum contineant. per æstatem quidem frigida, hyeme egelida excipiuntur, applicanturque: sed ita vt superiores quoque affectis partibus locos, spongiæ vino austero imbuta aut posca frigida comprehendant. Cæterum miscentur cum cataplasmatis vtiliter etiam herbæ. Ad incipientes itaque phlegmonas repellendo aptissimum auxilium est à Galeno oxycraton, quod Latini poscam aquosam nominant. Est autem mistura ex aqua & aceto, ita quidem temperata, vt adhuc bibi possit. Spongia ergo hoc ipso oxycrato perfusa atque imbuta parti in qua phlegmone residet, imponenda est. Loco autem oxycrati, Galeni ipsius consilio, sumi potest vinum aliquod austerum, vel frigida solum, in particulis scilicet, quæ circa artus sunt. Sic enim dicit: lib. 13. methodi. In particulis quæ circa artus sunt, sat fuerit (per initia phlegmones) etiam spongiam vel ex frigida aqua, cui paululum aceti sit immixtum, vel aqua sola imponere, sicut etiam ex vino aliquo austero. Ad idem efficax est einsdem Galeni cataplasma ex semperuiuo & malicorio in vino decoctis, rhu, id est, sumach, & polenta. Repellit enim quod influit stringendo, atque id quod continetur exiccando vacuat, affectasque partes vtroque nomine confirmat & corroborat. Hoc remedium à recentioribus, & Auicenna, Fen. 3. lib. 4. tract. 1. cap. 3. sub hac formula postea descriptum est: ℞. succi semperuiui lib. 1. vini quod crassæ sit substantiæ & saporis acerbi, lib. ß. farinæ hordei quart. 1. cort. malor. gran. sumach puluerisat. ana ℥ ß. coquantur: & fiat linimentum. Aliud quod ad idem efficaciter auxiliatur, ex Hali abbate: ℞. Santali albi & rub. ana ℥ iij. memithæ, id est, glaucij ℥ ij. terræ cimoliæ, bol. arm. ana ℥ j. ß. omnia in tenuissimum pollinem terantur, & diligenter cribrentur: postea dissoluantur in succo semperuiui aut portulacæ vel lactucæ, & fiat linimentum. Aliud ad incipientes inflammationes phlegmonosas, tritum & vulgare, quod & recentibus vulneribus, & nuper acceptis contusionibus valde vtile est constat oui candido liquore, rosaceo & aqua ros. stillatitia: hoc enim panniculi imbuuntur, parti inflammatæ apponuntur, & subinde mutantur. Si vehemens dolor fuerit, cataplasmata ex plantagine, lente, solano, pane & oleo rosaceo imponenda. At Paulus, vt diximus, ante supra particulam male affectam spongiam vino austero aut aqua frigida madefactam apponit. melius est vt aliquid aceti admisceamus. Inter remedia, quæ phlegmonarum incremento forinsecus admota subueniunt, efficaciter auxiliatur rosaceum: Græci rhodinon vocant. Hoc enim partim repellit, partim per halitum digerit: quippe quod olei rosæque mediam ad vnguem naturam obtineat. Itaque rosaceo paucula quædam inest adstrictio, quatenus ipsius particulas præuertere quidem (inquit Galenus libro 3. de simp. med.) nequit: sed vbi illa altius penetrauerint, in ipsam iam superficiem agere incipit, pro viribus constipando, contrahendo ac condensando. proinde fit vt rosaceum phlegmonarum augmentis optimum sit & aptissimum præsidium. Aliud Auicennæ, phlegmonarum incremento valde efficax: recipit fol. maluæ m. j. abs. ros. ana ℥ ß. farinæ hordei ℥ j. olei camomil. ℥ j. ß. coquantur & pinsantur, ac in formam emplastri molle redigantur. Aliud eiusdem, habet vini ad dimidias vel tertias cocti (hoc est, sapam, illud defrutum appellamus) quart. 1. id est, ℥ iiij. aqua ros. aceti ana ℥ j. ß. croci ℥ ij. moderato igne parum ferueant: postea colentur, & panni eo liquore imbuti parti phlegmone obsessæ applicentur epithematis modo. Parietaria quoque, iuxta Paulum loco citato, ad omnem inflammationem accommoda est, tum per initia, tum per augmentum: consimiliter glaucium, atriplex, malua, lactuca, cucurbita calide illita: benefaciunt & tribuli vtrique inflammationibus ex influxu concitatis: brassica vero duriescentibus valet. At præceptor meus Benedictus Faventinum hoc experimento quod repellit & resoluit, vtebatur: ℞. vrinæ pueri masculi citra decem annos libr. 1. albuminis oui num. iij. aceti albissimi & fortiss. lib. ß. aq. ros. ℥ ij. misce. cum pecia vel ex stuppa madefacta applicato. Si tamen applicatione horum vel etiam repellentium prima vel secunda die non appareat indicium abolitionis phlegmones, tunc oportebit, idem inquit, aliis ingeniis vti, & simul repellere & resoluere: quale est hoc, expertum in prohibitione augmenti ipsius apostematis: ℞. olei chamomill. liliorum

8. Tertius scopus, qui est humoris iam in partem recepti vacuatio.

Reprimentia in augmento præpollere debent digerentibus.

42 Si phlegmone in abscessum degeneret.

43 Galeni cataplasma lib. 2. ad Glauc.

9. Hali abbatis linimentum.

Remedia phlegmonarum incremento admouenda.

Sapa. Defrutum.

44

Repellentia circa initiū phlegmones admouenda.

1. Oxycratum.



amygd. dul. ana ℥ ij. œsipi humidi ʒ j. succi plan-
tag ℥ j ß. rosſ. rub. pul. ʒ ij. misc. *& cum lana infusa*
eo dicto liquore calido locum patientem medicaberis. Sed si
tua intentio sit solum reuellere, actu frigida applicabis: si
Cautio.
sit resoluere intentio, calida actu & potentia applicabis.
Porro eiusmodi præsidia, quæ in augmento inflammatio-
nis adhibentur. mixtasque ex reprimentibus & digeren-
tibus facultates habent, tardius amoueri & mutari de-
bent, quam pura repellentia. initio ipsius phlegmones ac-
Quæ in statu phlegmones conueniant.
commoda. Auxilia in vigore seu statu phlegmones, &
cum in ea vehementes vrgent dolores, idonea *sunt Aetio*,
malua *priuatim, & cum modico* pane & rosaceo *illi-*
ta Melilotum *quoque in* passo *decoctum & cum* pane
admotum. Idem possunt (inquit Aetius lib. 14. cap. 31.)
& palmulæ *in* passo *elixata & cum* pane rosaceo
Emplastrũ Galeni.
confecta & mixta. Aliud quod per halitum digerit, in vi-
gore phlegmones summe efficax. ℞. perdicij, id est, pa-
rietariæ, maluæ ana m j. furfuris, farinæ volatilis
ana p. j. fœnugræci, anethi ana ℥ ß. ol. chamæmel.
℥ j. ß *vino incoquantur, & exacte subigantur. donec in*
vnitatem coeant: & fiat emplastrum. Aliud ex Galeno de-
sumptum 13. meth. *quod etiam relaxat & dolores miti-*
gat: ℞. medullæ panis lib. i. *maceretur in aqua calida*
per vnam horam: post exprime, & addas mellis optimi
℥ iij. *Hoc discutit, & dolores mulcet.* Vng. basilicon. &
quod è succis cõficitur diachylon *nominatum, in vigore*
45 *phlegmones admouenda esse consuluit Arabs ille Auicen-*
na. Verum hoc remolliendo, illud vero maturando magis
est idoneum: quamquam tamen vtrumque, vi aliqua et-
iam digerente polleat. Vide apud Tagautium lib. 6. *ho-*
rum discutientium & aliorum descriptionem. Sic & Be-
nedictus præceptor meus: Vbi, *inquit*, est transitus phle-
gmones ad statum, tunc relictis ipsis repellenti-
bus cum resoluentibus & maturantibus ipsam
phlegmonem procedes, primo tamen augmen-
tabis resoluentia, ipsis maturantibus minoratis,
quia phlegmonis cura est resoluere ipsam mate-
riam sanandam. A principio igitur status phleg-
monis medicamento sequenti medicaberis: ℞
rad. althææ mund. ℥. ij. flor. chamomill, meliloti,
anethi ana m. j. folior. maluæ cum radicibus vio-
riæ ana m. ß. bulliant in ſ. q. aquę ad consumptio-
nem medietatis. deinde addatur farinæ fœnugrę-
ci, sem. lini ana ℥ j. farinæ tritici ℥ ß. ol. chamo-
mill. amygd. dul. ana q. ſ. ad impinguandum em-
plastrum. Et aduerte (*inquit idem*) & memento in
quolibet medicamento, quantumcunque reso-
lutiuo, ipsi phlegmoni semper addere modicum
de oleo viol. & de oleo rosſ. completo, idque pro-
pter caliditatem quam semper secum phlegmo-
ne adducere consueuit. & hoc quidem empla-
strum phlegmoni tepidum applicabis quater in
die naturali. *Ad idem valet & sequens medicamentum:*
℞. muccilag. sem. althææ, muccil. sem. maluæ,
mucil. sem. fœnugræci, & sem. lini ana ℥ j. succi al-
thææ ℥ ij. ol. amygd. dul. ol. lilior. alb. ol. chamo-
mill. œsipi humidi ana ℥ ß. olei viol. ℥ j. *misce, &*
cum lana succida in prædicto liquore madefacta phlegmo-
nem medicaberis: & scias, vt sit minus fastidium ex prædi-
ctis rebus, fiat ceratum cum resina, *& in corio extensum*
applicetur. Vel ex iisdem fiat forus *cum spongia; deinde*
Cautio.
ceratum *applicetur. Cæterum hæc & similia, quæ ad dis-*
cutiendum quod iam influxit, & ad dolores mitigandos
præsidia adferuntur, cum multa humiditatis participia
sint, tardissime mutanda erunt. Porro cum ex admotis su-
per memoratis auxiliis, humor in particulam phlegmone
obsessam delapsus discutitur, tumorque, & extensio minu-
untur, doloresque mitiores fiunt: tunc inflammationis de-
clinationem esse putato, quo tempore solis discutientibus
Quibus sit vtendum auxiliis in declinatione phlegmones.
vtendum est. Cuiusmodi sunt, agrestis malua *illita, &*
passulæ *exemptis acinis: cum pane & modico melle appli*
cata, item lana succida, stupæ, spongia, *aut quid si-*
mile vino calente imbuta, *postea expressa & apposita:*
hæc enim omnia discutiendi vi pollent, & dolorem non ex-
citant. Cæterum si ob morbi pertinaciam & difficultatem 46
locus affectus nimis multam & resolutioni contumacem
materiam continuerit, non ideo protinus, vt quidam fa-
ciunt, ad chirurgiam, id est, sectionem aut vstionem, pro-
rumpere oportet, sed cuiti, vt collectus humor discussoriis
medicamentis per halitum digeratur. Moliri enim prius
digestionem oportet medicamentis ad id conducentibus,
Lib. 13 cap. 1. Method.
quam inflammationem incidere. Quod si tumor digeren-
tibus medicamentis non cedat, nullaque amplius discuti-
endi quod in eo continetur spes relinquatur: sed videatur
potius materia ad suppurationem spectare, ad ea quæ ma-
Quando speranda resolutio.
turant. & pus mouent transeundum erit. Speramus au-
tem minorem (etiam si iam in abscessum degenera-
uerit) *per halitum digeri posse, si materia quæ eum exci-*
tauit, tenuis & pauca resolutuique idonea fuerit: si & in loco
minime profundo delitescat, cuiusque particula laborantis
raræ extiterit. Si vero humor multus sit & crassus. atque
in alto sinu reconditus, cutis vero densa, exhalatio seu re-
solutio nequaquam speranda est. proinde ad maturantia
Pus mouentia.
& pus mouentia veniendum erit: cuiusmodi est cataplas-
ma quod ex farina triticea *in aqua &* oleo *temperato*
cocta, constat: hoc enim celeriter inflammationes quæ di-
gestioni non cesserunt, ad suppurationem perducit, vt et-
iam Galenus lib. 2. ad Glauc. nobis autor extitit.
Siquidem & calorẽ habet nostro calori persimilem, nempe
temperatum ac mediocrem, & ratione farinæ *& olei*
(quæ lentoris quippiam habent, quo meatus obstruendo
partis calorem natiuum digeri, id est dissipari aut distra-
hi, prohibent) vt emplastica præditum est. Quæ duo maxi-
me in maturantibus & pus mouentibus medicamentis
desiderantur. Sunt qui huic cataplasmati croci *momen-*
tum coloris gratia adiiciunt. Sic etiã Paulus lib. 4. cap.
18. de exterioribus corporis abscessibus, *inquit:*
Quod si fieri non posse tibi videatur, vt puris eru-
ptionem impedias, panem hydrelæo incoctum
delines, aut farinam hordeaceam consimili præ-
paratam modo. particulam iure rad. althææ inco-
ctę fouebis. *At si tumor ad suppurationem contumax*
est, aut ægre discutitur, cataplasmate ex ficis siccatis *vte-*
re: oportet autem ficus dulces *pinguesque* incoctas a-
qua *aliquiescere, ac in ipsarum in tenuis mellis speciem co-*
gi, farinamq́; hordeaceam adiici: & siquidem tumor sub-
sidet minus ac conuenit, ficus incoques, & hyssopum, 47
origanumve: *sin voles magis incidere,* salem *decocto*
inicies, diligenter animum aduertens, ne ex siccitate ni-
mia pars in duritiem occalescat. Tale si quando videris,
cucumis siluestris radicem, *aut* althææ *aut* bryo-
niæ *aqua simul decoques. Valentior autem & discutiendo*
promptior, dracunculi *radix est, ipsiusque medicamen-*
tum, quod dracunculo constat, valde huiusmodi vitia dis-
tinet.

ficet. Nonnunquam igitur solum hunc decoques, nonnum-
quam & ficus siccatas admiscebis, farinamque *simul*
cum adipe. *Iam* anethinum oleum *crudos humores*
incoctosque tumores & concoquit & discutit: itemq́, pra-
duros, ac crudos tumores vniuersos cataplasmatis inditum
concoquit, magisque liquidum. Caterum, vt etiam anno-
tauit Tagautius, & Leonus, si tumor, ob infarctos in eo
crassos & viscosos humores, agre ad suppurationem duci-
tur, eximie subueniet cataplasma ex rad. althææ & ca-
ric. dulcium ac pinguium decocto, *quod mellis cras-*
situdinem repræsentet, & farina triticea compositum. Er-
go accipe prædicti decocti lib. i. farinæ triticeæ lib. ß.
incoquantur simul, & in formam cataplasmatis reducan-
tur. Si autem loco farinæ triticeæ hordeaceæ *appona-*
tur, vel cibarius panis, *quem Graci συγκόμιστον vocant,*
discutienda inflammationi magis quam suppuranda con-
ueniet, vt lib. ad Glauc. 2. Galenus annotauit. *Aliud*
in declinatione phlegmones puri mouendo apprime ido-
neum, quod à vulgaribus chirurgis communiter vsurpa-
tur. Habet autem corticis radicis maluauisci, *id est*, al-
thææ, rad. lilij, senecionis, *Gracè* erigeron *dicti, &*
foliorum maluæ ana m. j. farinæ triticeæ ℥ iij. fari-
næ sem. lini ℥ j. axungiæ suillæ recentis lib. ß. *co-*
quantur herba in aqua q. s. & tundantur cum reliquis in
mortario; fiatq́; cataplasma. Ita quoq; Benedictus Fauen-
tinus praceptor meus in sua Empirica cap. proprio sic duce-
bat: Aduentante vero secunda parte status, vbi co-
gnosces resoluentia nō complere opus suum, sta-
tim debes solicitare ipsius phlegmonis suppura
tionem quam vtique complebit sequenti empla-
stro: ℞. rad. maluæ, cum foliis violariæ ana m. j. ß.
rad. althææ mundæ & minutim incisæ ℥ ij. rad. li-
lior. alb. ℥ j. ß. bulliant omnia vsque ad consum-
ptionem medietatis aquæ, deinde adde mucci-
48 lag. sem. caulium ℥ j. ß. farinæ frumenti ℥ ß. fer-
menti ℥ j. pingued. porci, butyri recentis, lactis
mulieris ana ℥ j. ol. lilior. albor. ol. amygd. dulc.
ana q. s. ad impinguandum emplastrum quod ca-
lidum loco patienti apponatur. *Et aduerte ne calida*
multum emplastra apostematibus applicentur, quoniam
partes materia subtiles resoluerentur, & grossum petrifica-
retur, quod esset impedimento maturationi: eadem quoq;
emplastra frigida minime apponantur, quoniam sua fri-
giditate compingerent, & maturatio prohiberetur. Ad
idem, egregie maturans & suppurans. ℞ lactis vaccini,
à quo non sit extractum butyrum, lib. i. medullæ
panis subtiliter trituratæ lib. i. succi caulium ℥ iij.
croci ʒ ß. olei liliot. albor. ℥ iij. misc. *& calide appo-*
nito. Vel ℞. diachylonis sine gūmis ℥ iij. succi cau-
lium ℥ j ß. croci ʒ j. ceræ citrinæ q. s. *ad incorporan-*
dum vng. satis densum, quod extensum super corium per
vnū vel duos dies continuos patiens portet, & bene erit. Ad
idem, estq́; optimum, cum apparuerint signa maturationis
in phlegmone, applicare ei, ter vel quater in die permutan-
do, sequens medicamentū. ℞. farinæ tritici libri ß. olei
rosſ. completi ℥ iij. aquæ fontis claræ ℥ iij. croci
ʒ ß. *misce, & omnia simul apud ignem bene ducantur,*
quousque fiat veluti vnguentum. Ad idem, & est expertum
in maturatione phlegmonis, si ipsi applicetur sequens medi-
camentum, repente suppurabit: ℞ tritici bene mastica-
ti & stomacho ieiuno cum saliua bene permixti,
lib. ß. olei rosſ. completi ℥ ij. croci ʒ j. *misce, & loco*

Huius cataplasmatis meminit Haliabbas.

Cataplasma commune.

Emplastrum.

Cautio.

patienti cum assidua permutatione applicetur. Paulus hoc
medicamentum abscessus coctos expellere affirmat, vt sub-
inde pus in splenio reperiatur nondum vero coctos in totum
digerere dicit habet lapidis pyritis ʒ xij. ammoniaci
triti tantundem, lomenti ʒ vi. *exceptū* pice liqui-
da, pelliq; illitum *imponitur. Splenium vero non prius*
aufertur quā sua sponte deciderit: sed medicamentum non
multo ante praparari debet, vt quod confestim siccet, cat. Vi-
de & apud eundem Dionysiæ *descriptionem, qua ad abs-*
cessus mirabilis est & ad mammas & inguina, epispastice,
quia per latentes meatus discutit: habet olei veteris, a-
quæ, singulor. lib. *hydrelaeum incoquit* [illegible] *mox* aphro-
nitri ℥ vi. *adiiciantur* mysios ℥ j. vel ij. *incoquantur*
donec manus non inquinent. Deinde miscentur mannæ
thuris, ceræ, thereb. ana ℥ vi. *Ad Neruosos abscessus:* 49
℞. ceræ colophoniæ, butyri ana lib. i. picis aridæ,
mellis ana lib. ij. ærug. ℥ iij *Vide & plura alia apud eun-*
dem cap. citato de abscessibus *Sed & hac maxime sup-*
purationem iuuant, farina triticea, sem. lini, fœnugr.
buty. pinguedo porcina, radix althææ; *& alia mul-*
ta vide apud Tagau. lib. 6. Caterum si collecto ac iam con-
fecto pure, abscessus in quem phlegmone degenerauit sponte
nō aperiatur scalpello, vel cauterio aut medicamento quo-
piam erodente (liberis iam ab inflammatione partibus)
molienda pus quod digeri non potuit, euacuatio est. De-
inde vlcus ad cicatricē, sim liter vel quo vlceribus perdu-
cendum est, nempe detergendo, carnem molliendo, glutinan-
do & demū cicatricem inducendo Porro *si materia, qua*
tumorem parit, crassa est, & resolutioni, atq; etiam conco-
ctioni contumax, vehementerq́; meatibus impacta, qualis
esse solet in diuturnis inflammationibus male curatis, re-
soluta scilicet tenuiori humoris parte, & crassiori in mea-
tibus relicta, scarificatio timenda non est, prasertim (vt 2.
lib. ad Glauc. Galenus admonuit) *vbi durities, liuor*
ac nigror apparuerint. Si itaq; vt dicebat Paulus lo-
co citato, *in his si tumor non dissipatus fuerit, & pus sub*
eo delitescat, parte scalpello diuisa, id ipsum vacuabitur;
cura deincept adhibita, ne oleum aut aqua admoueatur:
verum si vulnus abluere interim oporteat, aqua mulsa,
posca, vino & mulso *vtendum est. Vbi illa caremus,*
alio quodam medicamento, quod lenire queat in huiusmo-
di sectionibus vtimur. Quinetiam & quod constat chalci-
tide. Caterum super ipsis incisum spongia lanave vino au-
stero imbuta: vulneri autem nullum pingue medicamen-
tum accommedatur, quale est tetrapharmacum. *nam*
vehementer postulat siccescere. Si itaque cum inflamma-
tione adhuc sit, cataplasma ex lente *adhibeatur, vel*
oleum rosſ. *cum luteis ouorum, aut aliud quod inflam-*
mationem arcet: si sine inflammatione sit, emplastica &
glutinantia imponenda, vt est amylum, cerusa, pom-
pholyx, malicorium, æs vstum, *abluto prius loco cum*
melictato *vel* oxycrato *vel* vino *&* mulso. *de quibus*
vide Galenus 2 ad Glauc. & 3. Therap. *Sed quoniam*
nonnulli abscessus ferramento (inquit Paulus) *diuidi*
non sustinent, tentanda sunt & medicamenta, qua ab ex
trahendo dicta sunt epispastica: Narcissi radice *in pol-* 50
linem detrita & in mulsa cum irino cocto illinitur, vel ce-
nera calami radix, *minutim detrita cū* melle *qui si dura*
fuerit, mulsa prius incoquetur: vel aristolochiā *cū mello*
applicato. Rumpit autē picis arida & propolis Creticæ
par modus cicatricemq; inducit. Ego saepius galbanū
appono in eo loco in quo rumpere volo; vt in eo loco fiat
materia

Splenium.

Dionysia.

Abscessus aperiendus.

Qua abscessus rumpant.

materia collectio. Benedictus Faventinus preceptor meus,
inquit: Maturato *vero phlegmone (cum indicia erunt*
mollities cum vndositate apparens, carentia doloris, & lo-
ci tensionis priuatio,) tunc temporis debes praeparare ad il-
lius disruptionem: quod si patiens ferro vel igne territur,
disrumpatur phlegmone sequentibus: ℞. diachylonis
simpl. ℥ ij. fermenti ʒ j. olei amygd. dul. ℥ ß. misc.
& grosso modo *extendatur supra peciam vel corium,*
& in medio pone stercoris columbini subtiliter pul-
uerizati ʒ j. *& phlegmoni hoc applicabis, stercore ipso co-*
lumbino apposito in loco, in quo habilior erit phlegmonis
disruptio. Secundum ingenium est hoc ruptorium, posi-
tum in loco conuenientiori, quo facilius disrumpe-
tur: ℞. fermenti ℥ ß. salis communis ʒ j. aceti o-
ptimi ʒ ij. pul. cantharid. ℈ iiij. *omnia simul bene mi-*
sceantur, & in mortario bene ducantur, quousque fiat pa-
sta, cuius ʒ ß. vel secundum quantitatem phlegmonis di-
rumpendi applicabis ipsi apostemati, superposito cerato
dicto maturatiuo, vel emplastro supradicto. Tertium
ingenium est maxime validum in disrumpendo aposte-
mate maturato, si in loco, in quo tentabis disruptio-
nem, tres vel quatuor guttas infrascripti liquoris apposue-
ris eodem quippe cerato superposito: ℞. vitrioli Roma-
ni ℥ ij. arsenici ℥ ij. sublimati ℥ ß. succi vitis albae
℥ vi. cantharidum bene tritarum ʒ ij. *omnia simul*
bene misceantur, & ponantur in alembico, & distilletur
liquor qui erit ad modum olei, de quo duas vel tres *gu-*
tulas cum baculo loco disrumpendo applicabis. Disrupto
apostemate hoc modo, vel etiam cum ferro vel melius vt
Cautio. *antea diximus, & cum minori periculo cum scalpello de-*
bes cautelam obseruare, ne euacuetur totum apostema à
sanie ipsa quia cum sanies ipsa dicatur esse multum spiri-
tuosa ad similitudinem spermatis, virtus membri, & to-
tum adeo debilitaretur, vt esset timendum de casu eius.
51 *Quapropter euacuato apostemate à parte saniei. statim*
ipsum à principio disruptionis sic medicaberis: ℞ albu-
minis oui num. ij. salis ʒ ij. boli arm ʒ j. *madefiant e*
placillae stupea in dicto liquore, & per diem naturalem
loco disruptionis apostematis eas applicabis, vbi timor sit flu-
xum multi sanguinis ad locum incisum. Vbi vero non ha-
beres hunc timorem (sicut suppuratis apostematibus fere
hoc nunquam est timendum) tunc tolia apostemata sic se-
cundum plurimum medicaberis à principio, ita disruptio-
nis: ℞. terebinthinae ℥ ij. vitelli, oui num. i. *optime*
agitentur simul, quousque fiat forma vnguenti, de quo vn-
guento tentam factam ex pecia vel eius si is ad quantita-
tem foraminis effecti, extendes & foramine impones. De-
mum vero ipsum vng. extendes supra peciam, & totum
apostema teges. Factaque idonea ligatura, non multum
quidem stricta, ne prohibeatur euentatio spiritus, & calo-
ris ad membrum, & materia residua maturatio, sic conti-
nuabis per tres dies, donec materia fuerit sufficienter eua-
cuata, & labia vulneris optime digesta. Mundificato ve-
ro apostemate, mutabis intentionem ad maiorem itera-
tam mundificationem & absterfionem: & sic appones
vng. sequens, & tentam intinctam in sequenti vnguento,
foramini apostematis ab extremo vsque ad fundum attin-
gentem, & non cum extremo aliuto laedentem: ℞. tere-
binth. ℥ ij. mellis ℥ j. *misce, & vsui seruato: semper su-*
perponendo vng. digestiuum prius factum. Mundificato
vero phlegmone. quemadmodum poteris videre ex priua-
tione generationis saniei, & ex alteratione malae materiae cur-
rentis ex vlcere, tunc curabis cum absterfione & mundifi-
catione: & quando tunc indigebit vulnus incarnatione &
vlceris consolidatione, ideo cum sequenti vng. procedes: ℞.
terebinthinae ℥ ij. mellis ℥ j. ß. turis, masticis, myr-
rhae, aloes ana ʒ j. saccocollae ʒ ß. *puluerisentur pul-*
uerisanda, & omnia in mortario bene ducantur & agi-
tentur, quousque fiat vnguentum. & sic continuabis vsque
ad veram ipsius consolidationem. Deinde vero si ex inobe-
dientia ipsius aegrotantis aut medici ignorantia, sequeretur
fraudulentum vlcus & putridum, ex ipso iam disrupto
phlegmone, illius curam relinque prudenti chirurgo. Haec
preceptor meus admonebat. At Leonus ex mente Graeco-
rum in Methodo, de tumoribus praeter naturam: Confe-
cto, *inquit*, pure abscessus erit aperiendus & vacu-
andus, abluendusque, & insuper abstergendus
melicrato vel oxycrato. *post si adhuc perseueret in-* 52
flammatio imponendum oleum ros. cum ouorum lu-
teis & terebinthina. *vel aliquid aliud quod inflamma-*
tionem mitigare possit. Si vero sine inflammatione fuerit,
nullaque opus erit absterfione & digestione, tunc ad medi-
camenta sarcotica *seu* incarnantia *transeundum: in-*
ter quae erit hoc Iohannis de Vigo: ℞. mellis ros. ℥ ij. te-
rebinthinae ℥ iiij. simul bulliant; thuris ʒ j. ß. myr-
rhae ʒ iij. croci ℈ j. aloes, hepaticae, sang. drac. ana
ʒ ij. ß. farinae foenugraeci, hordei absque furf. ana
℥ ß sarcocoll. ʒ j. ß. *misce: & fiat vng. quo filamenta*
vlceris ingredientia intinguntur. Inde superaddatur in te-
rati forma de infrascripto Basilico vnguen. magistrali
ipsius Iohannis de Vigo, *quod habet diachylonis albi*
sine gummis lib. i. seui vaccini, veruecis ana lib. ß.
tereb. ℥ viii. medull. cruris vaccae ℥ j. ß. olei ros.
lib. i. ß. axungiae suillae liquefactae ℥ x. litharg. an-
eei ℥ ix. picis naual ʒ vi. succi plantag. lib. ß. o-
leum, *axungia & succus simul bulliant quamdiu succus*
consumatur: deinde cum reliquis misceantur; & cum cera
alba, ad ignem subagitentur, donec satis notabilem consi-
stentiam acquisiuerint. Valet hoc ceratum ad omnia vlcera
etiam crurum. Ad cicatricem inducendam confert ablue-
re vlcus huius modi decocto etiam ab ipso Iohanne descri-
pto ℞. vini nigri, aquae cineris ana lib. i. aquae plan-
tag ℥ viii. ros. foliorum oleastri, sem. myrtill. &
folior. ana m. ß. balaust. num. v. aluminis rochae
℥ ß. *terenda conterantur: omnia simul bulliant, donec*
tertia pars absumpta fuerit. tandem tali aqua excolata
vtitor, & supradictum ceratum imponito. Theriaca *e-*
tiam mirifice incarnat, purgat, & cicatricem inducit. Haec
omnia iam dicta continebantur sub tertio scopo. Restat *4. intentio curandi, scilicet symptomatum, correctio.*
itaque adhuc quartus scopus, qui in curanda phlegmone
chirurgo ac medico proponebatur; & erat symptomatum,
quae ipsi inflammationi superueniunt, correctio & sum-
motio. Ea autem fere sunt (vt etiam annotauit Ta-
gautius) *dolor, regressus materiae, ex qua tumor excita-*
tur, ad interiora putredo & corruptela partis suppurantis,
& veluti lapidea quaedam durities ex valenter exsiccanti-
bus & egerentibus relicta. Ergo si vehemens dolor inflam- *1. dolor.*
mationi accesserit, modis omnibus laborandum est, vt is
statim mitigetur. Quandoquidem, praeterquam quod vi-
res prosternit, & legitimas actiones impedit, fluxiones 53
quoque accersit, & sanguinem ad se allicit. Itaque si dolor
acrior viget in phlegmone, consilium imponenda sunt, quae
doloris vehementiam citra vllam noxam leniant, & de-
mulceant. Qualis est quod ex passo, oleo rosaceo &
paucu-

paucula cara, cum his ambobus liquata conficitur Galeno: hoc autem lana succida, quæ plurimum habet œsipi, excipiendum est: ac æstate quidem frigidum, hyeme vero tepidum apponendum. Itaque medicamentum eiusmodi, sic, vt dictum est, attemperatum & admotum, rarefacit, extenuat, digerit, euacuat; humorem acrem, lentum, crassum aut multum partibus hærentem, æquabilem reddit, vaporemque crassum, commodum exitum non habentem discutit, atque sic dolorem mulcet; nullam vero sua caliditate noxam inuchit: rosaceum namque oleum calorem retundit. Quo fit, vt hoc remedium citra noxam vllam dolorem mitiget, & affectui non incommodet: vt aqua calida oleum & triticea farina, quæ inflammatione cum dolore incidente ex vsu esse non possunt, vt testis est Gal. lib. 2. ad Glauc. Hæc enim calfaciendo ac humectando relaxant, ac robur partis resoluunt, vnde & imbecillior redditur & ad fluxionem excipiendam pronior. Ad eundem vsum (nempe ad mitigationẽ doloris in phlegmone) efficaciter apponuntur, rosaceũ, ouorũ lutea, quæ & vitellos appellant, mica panis albi, in aqua calente macerata, postea expressa & rosaceo permixta. Præsenti etiam auxilio sunt maluæ, in aqua decoctæ, mixtæ cum furfure, & rosaceo, vel oleo violaceo. Crocum autem in omnibus sedandis doloribus assumitur Auicenna, atque aliis anodynis (id est, dolorem mitigantibus) vtiliter commiscetur.

Crocum.

Porro si tanta tamque vehemens sit doloris acerbitas, vt iis quæ à sedando, leniendoq; dolore quasi suppetias latis natura, proprie anodyna & paregorica dicta sunt, demulceri non possit, ad narcotica, id est, stupefacientia, transeundum erit. Inter quæ hyoscyamum admirandam opem sæpe contulisse, frequenti experimento præter quorundam authoritatem tem probatum est.

Nota de hyosciamo.

Itaque folia eius sub calidis cineribus coquito, recenti axungiæ misceto, & admoueto. Hoc vehementes dolores mulcet, & phlegmonosos tumores ad suppurationem perducit. Cauenda autem semper est, dum hoc moliris, nimia humectatio: quippe quæ per initia inflammationum cum magno dolore fluxu incidente, perniciosa sit, vt paulo ante diximus.

54

8 Recursus materiæ ad interiora.

Cæterum si metus adsit recursus materiæ phlegmonem excitantis, ad loca penitiora, & maxime versus principes partes, eam ipsam trahentibus medicamentis (de quibus lib. 6. apud Tagautium fusissime agitur) vel etiam admotis cucurbitulis, quæ vehementius & ex penitioribus partibus trahunt, foras euocare oportet. Si vero à vehementer exiccantibus ac digerentibus inflammationi temere admotis, reliquiæ tumoris in scirrhum abierint, radices cucumeris agrestis (vt prius ex Paulo) qui vulgo herbariis & officinis cucumer asininus dicitur, aut bryoniæ aut asari, in aqua incoques.

9. Duritiei relictæ.

Sæpe quidem (vt præcipit Galenus) his solis vteris, nonnunquam vero & carnes pingues adiicies & deinde farinam cum aqua misceto; cui & aliquid adipis, præsertim anserini aut gallinacei, adiicito. quod si horum copia nõ sit, suillum addito, & cataplasma conficito. Hoc scirrhosum affectum ex valentius exiccantibus & digerentibus medicamentis in parte, quæ phlegmone occupatur, relictũ, efficaciter sanat.

Galeni cataplasma ad induratos tumores

Prædictarum quoque herbarum, & cum his altheæ radices, post moderatam decoctionem cum pane & adipe contrita & admota, eiusmodi induratos tumores discutiunt, vt lib. 2. ad Glauc. luculenter docet Galenus: Itaque si phlegmonosos tumores, qui ægre per halitum digerentur, nec facile concoquuntur, in scirrhum mutari tenuerimus, valenter digerentibus semper emollientia remiscebimus. Porro si portio aliqua suppurantis particulæ computruerit, eam protinus excidere oportet: vel plurimis scarificationibus aqua salsa perfundere: & demum emplastrum apponere ex fabarum aut orobi farina cocta in oxymelite. Reliqua quoque tibi molienda erunt, quæ de grangrana curatione suo loco ponemus.

a. Putrefactio.

Sed nunc melius fuerit capita curationis eiusmodi phlegmonosi affectus, ex Tagautio, breuibus quibusdam sententiis complecti. 1. Corpus vniuersum cõgruis euacuationibus, sed præsertim venæ sectione, modo nihil obstiterit, inanito. 2. Partẽ inflammatam his, quæ influentis humoris repellendi vim habeant, perfundito ac illinito. 3. Humorem qui in affecto loco continetur, admotis exiccantibus, ac digerentibus medicamentis, vacuato. 4. Robur ac virtutem affectę parti & eã circumstantibus addito.

Capita curationis, rheumaticæ, id est, ex humorum influxu factæ phlegmones adhuc incipientis, & cum dolore non vsque adeo magno affligentis. Ex Gal. lib. 2. ad Glau.

55

Rursus 1. Vbi inflãmatio ex defluxione orta, grauiore cum dolore affligit, doloris vehementiã citra vllã noxã mitigato. 2. Ergo quę vehementer stringunt, autq̃ calefaciendo & humectando relaxant, ac robur resoluũt, ne admoueto. 3. Sedq̃ quod influit, mediocriter stringendo, repellũt, & quod iam affectã partem obsidet, vacuant, inflammato loco adhibeto. 4. Spongiam acerbo vino aut posca imbutam, vt fluenti humori via pręcludatur, applicato. 5. Si hęc profecerint, & nusquam adhuc pus appareat, mollientibus & iis quæ aduersus fluxiones temperantur emplastris, vtitor. 6. Ex iis autem, quæ exsiccare, & fluentem sanguinem repellere citra dolorẽ possint, tanquam optima deligito; quale est quod chalcitide constat, rosaceo resolutum. Deinde lanam puram ex vino acerbo madentem superponito. 7. Vbi vero pus in parte ipsa apparuerit, semel atque iterum supradictum cataplasma, aut potius quod ex hordei farina constat, admoueto. 8. Si puris, eiusque valde crassi copia, medicamenta superet, adeo vt nulla re solutionis spes habeatur, exitum ei quod digestioni non cessit, eo potissimũ loco, quod est editissimum, parato. 9. Post sectionem, nisi dolor vigeat, vulnus exiccato, ac citra dolorem detergito. 10. Si post sectionem dolor vrgeat, eum fomentis primum, deinde cataplasmate, mox humectante aliquo medicamento, aut saltem non siccante, mitigato. 11. Si vero pars adhuc inflammata sit cataplasma ex lenticula, quod vacuat & repellit, imponito. Et hæc de vera phlegmones curatione dicta sufficiant.

Capita curationis eiusdem phlegmones, quando cum grauiore dolore affligit.

OBSERVATIO VI.

Exempla aliquot phlegmones illegitime curatæ.

FRanciscus Teylingius, sororius meus cũ phlegmone erysipelato de vniuersam faciem apprehendente & nasum ad miraculum propemodum tumefaciente ac inflãte laboraret, ad eũ accedens, insolitum illum tumorem faciem fœdantem cõsiderans, cum eum simul etiam febrire animaduerterem, protinus ex capitali vena interna dicta sanguinis ℥ vi. extrahere feci: deinde iulebum & syrupum hunc ebibere iussi: ℞. syr. de succo end. syr. de succo acetosæ, syr. ros. ana ℥ ß. aquæ acetosæ, cicoreæ, fumiterræ ana ℥ i. misce & frigidum bibat & reiterabatur quotidie. Posuerat autem supra faciem

pãnos, lineos, lotos cũ sapone, & exiccatos & frigid os sæpe renouabat. hoc remedio vulgares vtũtur. sed cũ nõ proficeret, adhibitis ẽt refrigerantib. aquis, vt *solatri, lactuca, rosf.* & similib. (cũ nec illæ iuuarent) folia *hedera arborea* in aqua, q̃ tectis tegulatis cæruleis defluit cocta & humida supra nases & faciem posuimus. Hoc experimentum habuimus à Iohanne Heylegen tonsore ac chirurgo Alcmariano seniore, quod in seipso tum sua vxore sæpius ad guttam quoque rosaceam in facie expertus fuerat; & ego non solum in fororio meo, sed aliis quamplurimis. Interim & cucurbitulas scapulis quoque apposui cum scarificatione & quatto die eundem purgaui cum diacath. & electuario de succo rosf. vt hoc modo: ℞. *Diacathol.* ℥.i. *elect. de succo rosf.* ℨ.ii. *d. fol. in cichor.* ℥.iii. ß. *fyr. acetos. simp.* ℥. *misce.* capiebat in diluculo: & appositis illis foliis (quæ etiã ad ambusta valere scribit Dioscorides *lib. 2. cap. 172.*) iisque sæpius mutatis, curatus fuit. Quemadmodum & monachus ille, qui erysipelate phlegmonoso apud Frãciscanos Alcmariæ totam faciem deturpatã habebat. Sed apud Diuam Claram Delphis monialis quædam à sanguinis missione ex cephalica, deinde admotis quoque cucurbitulis & purgatione, à simili erysipelate phleg monosa Delphis in hyeme curata fuit anno 1561. & ante eam Iuuenis quidam sanguineus annorum 26. cereuisiarius Delphensis, tubra sem per facie, qui in Aggere longo commorabatur an no 1559. mense Martio: qui, cum in facie insolitum

57 tuborem, cum maximo tumore & inflatione, faciem totam fœdantem haberet, astantes eundem peste correptum putabant; febriebat hic, & dolebat capite, & angorem circa cor sentiebat. Cum erysipelas phlegmonosum esset, ex vena cephalica in homine robusto & sanguineo ℥ viii. *sanguinis* demere iubeo, mox iulebos infrigidantes frigide exhibeo, ac *folia hedera* faciei impono, *vt supra dictũ est*: & facta quoque purgatione, ex infuso *sena & rhab.* cum *decocto* communi, & syr. ex *insuf. rosf.* aliisque conuenientibus adhibitis, hic cum multorum admiratione sanatus est, & quamplurimi eodem modo cum eo. Rembrandus Astrius mathematicus Alcmarianus multos ab erysipelate phlegmonoso per mulierculas curatos testabatur sola applicatione foliorum *verbasci* vel *tapsi barbari*. id tamen ego nondum expertus sum, cum bene & feliciter semper mihi successerit applicatio *foliorum hedera*, post vniuersalia remedia adhibita. Eodem modo & folia *vngula caballina* cocta in aqua, & apposita egregie prosunt, vt expertus sum; quãquam in herpete magis conueniant, vt de muliere Delphensi herpete affecta alias diximus, nempe *libro 5. Obseruationum nostrarum de febr. Obser. 22.* Scribit autem Dioscorides *lib. 3 cap. 107 folia tussilaginis seu vngula caballina ex mello trita igni sacro, & omnibus inflammationibus illita medẽri.* Sed de herpete suo loco alias dictum fuerit. At in domicella Duyuenvordia in Haga. Comitis erysipelate phlegmonoso affecta, post vniuersalia remedia, scilicet sanguinis missionem, lenitiuum ex cassia & *electuario lenitiuo & diaprunolenitiuo*, communi consilio cum Hughone Haghensi medico, & chirurgo applicauimus post quartum diem (postquam mulieres succis herbarum infrigidantium, vt *solatri, semperuiui*, vt mihi videbatur, vsa esset) decoctum *foliorum malua* in decocto hordei, deinde folia ipsa cõtusa cum modica farina *hordei & muccilagine cydoniorum & oleo violaceo*, in hunc modum: ℞. *folior. malua virid. m. iii.* coquantur in decoctione *hordei*, deinde pistentur: adde *farina hordei* ℥ ß. *muccilag. cydon.* ℨ ii. *cum oleo viol. q. s.* fiat emplastrum: & optime habuit. Hæc tamen post aliquot dies recidiuans, & morbo vterino post paucos dies & febre correpta, postea interiit. Egregie confert erysipelati phlegmonoso sola crema seu pinguedo lactis loco affecto illita. 58

SCHOLIA.

Q*Vomodo curetur phlegmone exquisita, iam ante dictum est: sed si fuerit illegitima, iuxta mixtionis rationem ac modum commixta etiam fit curatio: nam sine ea fit à causa primitiua, siue antecedente, semper vbi corporis plenitudo adsit in principio dum materia est in fluxu, sicuti in phlegmone vera, conuenit phlebotomia ex parte opposita: & vbi iam transierunt tres vel quatuor dies, vel agritudo est in statu & materia iam fluxa est (vt dicebat Valescus cap. proprio) conuenit phlebotomia ex eadem parte. deinde purganda materia qua sanguini vel maße sanguinaria videtur mixta: & sicuti supra conuenit caßia fistula cum* thamarindis, & elect. de succo rosarum, *quia sanguis facile bilescit: ita quoque si bilis admisceatur, & sit phlegmon erysipelatodes, vel erysipelas phlegmonodes. Ideo recte dicebat cap.* proprio de phlegmone *Benedictus Fauentinus preceptor meus: Post sanguinis missionem euacuetur primo corpus medicina purificante sanguinem, non expectando eius digestionem, quando natura phlegmonis est talis, qua digestionem non expectat. Dabis igitur primo medicinam sequentem:* ℞. caßiæ nouiter tract. ℥ x. *rhab. electi* ℨ i. ß. spicæ grana x. *misce, & dissoluantur cum decoctione communi* florum & fructuum q. s. *& dabis patienti hora exhibitionis medicinarum in diluculo. Et cum intentio curationis phlegmonis sit sanguinem ipsum purificare, ideo est vsurpandum* thabarbarum *choleram euacuatiuum, & sanguinis mũdificatiuum: & ad eandem intentionem potes admiscere ipsi* caßiæ diaprunum solutiuum, *vel* elect. rosatũ, *Nicolai, qua solutiua etiam conueniunt in illegitima phlegmone, scilicet phlegmone erysipelatode, bile cum sanguine permixta, ita vt etiam de phlegmone illegitima verba facere videatur, vt sequentia ostendunt; sic deinde scribens:* Et si cognoueris per indicia quod phlegmone ex sanguine cum permixtione pituitæ vel atræ bilis, vt docuit nos Galenus in lib. de tumoribus præter naturam, vsurpabis caßiam vel turbith, vel electuarium de dactylis, vel indum, vel puluerem hieræ simplicis Gal. quoniam euellunt omnes superfluitates à toto corpore: vel pro atra bile vteris elleboro nigro, vel polypodio vel puluere senæ, vel confectione hamech. *Mundato itaque corpore, sic ex precedentib. phlebotomia, poteris aggredi audacter magis intentionem reuulsionis, & resolutionis, pro tempore morbi:* Purgatio. 59

morbi: & eo quidem tempore residuum materiæ remanentis digerere procurabis, & digestiua erunt appropriata materiæ peccanti; vt si materia fuerit sanguinea cholera admixta, syr. erunt digerentes choleram, qualis est hic sequens: ℞. syr. de succo end. syr. de succo acetosæ, (Digestio.) syr. ros. ana ℥. ß. aquar. end. acetosæ, cicoreæ ana ℥i. misce. Si vero fuerit admixtio phlegmatis cum sanguine digeratur materia cum oxymelite simplici, cum syr. de duab. rad. cum melle ros. colato, addendo aquar. fœniculi capil. Ven. & hyssopi q. s. Si vero permixtus fuerit humor melancholicus, non prætermittes syrupum Sabor regis, syr. de epithymo, de thymo, de lupulis, de fumoterræ & melle ros. cum aquis bugloss. borag. lupul. melissæ, fumiterræ & huiusmodi. idem intelligẽdum de topicis remediis. (Topica.) Nam eadem mixta esse debent: nam si sit phlegmon erysipelatodes, partim quæ conferunt phlegmoni, partim vero erysipelati apponenda sunt: non tamen debent esse adeo frigida repercussiua vt in erysipelate, quoniam vehementia ista repellentia frigiditate sua præternaturali materiam nimis quam oportet intro repellendo, partem externam quidem leuare videntur, sed internam ac omnia viscera lædunt. Sint igitur hic pleraque lenia repercussiua, quæ in phlegmone dicta sunt;

60 vt est succus portulacæ, end. cucurbitæ, virgæ pastoris, succus solatri & succus psyllii spongia in aqua frigida & aceto infusa, egregie teste Valesco, valet in phlegmone, vel ex herbis dictis confecta emplastra. cæterum si ea quæ ad phlegmonem & erysipelata scribuntur inter se misceantur probe curationem inuenies. ita quoque si phlegmon cum œdemate exstat, vel cum scirrho, ex vtrisque mixtis curatio probe resultabit: quamobrem si tu noueris hos tumores simplices curare, facile & compositos curabis. Nam & exemplum erysipelatis phlegmonosi faciem fœdantis habes egregium apud Amatum Centur. 4. Curat. 8. de quodam iuuene valde forti & potente, ad quem ipse accedens, & insolitum illum ruborem cum maximo tumore faciem fœdante considerans, & febrem & angorem anxietatemque, ℥ viii. ex vena externa capitali dicta exerahere fecit, & hunc syrup. ebibere: ℞. syr. nenupharini, de succo acetosæ, rosati simplicis ana ℥ß. aquar. nenuph. lactucæ, portul. ana ℥i. misce; & frigidum bibit, & singulis diebus sequentibus reiterabat, tenuique victu præscripto, & vt abstemius viueret, ac de aluo respondentia curam haberet, supra locum infectum hæc primo imposuit: ℞. succi lactucæ, vmbilici Ven. ana part. æqua. portulacæ, partis vnius medium. misce & eo pannus lineus imbutus supra locum affectum imponebatur, ac sæpe renouabatur. Sunt autem erysipelati conuenientia refrigerantia lib. 14. method. à Galeno hæc citata: solanum, semperuiuum, portulaca, vmbilicus Ven. psyllium, altercum, lactuca, intybum, palustris lenticula. quibus & addere possumus violariam, folia cucurbitæ, melonis, melongenæ tam vulgaris quam spinosæ. Verum enimuero erysipelas phlegmonosum non tantam exposcit pro sui curatione frigiditatem, quantam purum erysipelas, & eo magis faciem occupans. periculum namque minatur si ab externis partibus ad internas transmutetur: quod Hippocrates lib. 6. Aphor. monuit, quum dicit: Erysipelas si ab externis partibus ad internas transmutetur, malum: ab interioribus vero foras, bonum: ideo diligenter animaduertendum cum foras emineat in membro ignobili, ne ad nobile & internum refrigerantibus & propellentibus medicamentis intempestiue applicitis retrocedere faciant. At quarto die illi bolum ex electario è psyllio cõposito & catholico, rhabarb. adiecto & portiuncula diaphœniconis tum saccharo concinnato 61 deglutiendum exhibuit, & inde melius habere cœpit: tũc vero cum faciei inflammatio mitior reddita esset, ad emplastrum compositum ex farina hordei sem. lini, fœnugræci adiecto ibisco & chamomillæ puluisculo, cum oleo rosaceo & chamomillino deuenit, & tãdem breui sanitatem adeptus est. Sed de his postea latius; nunc ad tumores reliquos, qui ex sanguine fiunt, ordine superius scripto veniamus.

OBSERVATIO VII.

De phygethlo sub alis apparente.

VXor Petri Teylingii cognati vxoris meæ in Anticastro habitans, cũ febricula laboraret, phygethlo seu inflammatione suborta sub axillis, ipsa suspicabatur pestem esse: nos vero detracto sanguine ex vena brachii eiusdem, cataplasma ex atriplice, malua & radice althææ cum butyro & farina frumenti apposuimus; ruptoque abscessu paulo post ipsa conualuit.

SCHOLIA.

PHygethlon phlegmone est (inquit Fernelius) in adenum locis emergens, maxime vero in ceruice, in alis aut inguinibus: Latinis Panus appellatur. (Phygethlō. Panus.) Sed & qui in inguine nascitur, peculiari nomine bubon nuncupatur. Apud Celsum lib. v. phygethlon tumor est non altus, sed latus in quo quidem pustulæ simile est. (Causa.) Similibus ex caussis, inquit Fernelius, oritque similis ac phlegmone nascitur, iisdemque signis innotescit. Fere autem fit & post febres, aut post dolores partis alicuius, quæ fluxionem proritauit in adenes. Fit maxime aut in vertice, inquit Celsus, aut in alis, aut in inguinibus: panem ad similitudinem figuræ nostri vocant. Est autem phygethlon, vt etiam Leonus annotauit, inflammatio glandularum in inguinibus & alis: qui deinde affectus induratus chœras, id est, struma vocatur. Galenus 2. ad Glauc. cap. 1. dicit quod phygethlon est inflammatio partium laxarum, quas 62 adenas, id est, glandulas appellant. Itaque hæc calida passio quandoque partem post partem apprehendens, totum concalefacit corpus, & febrem excitat. (Signa. Gal. cap. 2. de morb. caus.) Sed vt addit Celsus, dolor distensioque vehemens est, & maior quam pro magnitudine tumoris, interdum etiam febricula idque tarde maturescit, neque magnopere in pus conuertitur. Sed cum omnes hi, inquit, nihil nisi minuti abscessus sint, generale nomen trahit latius vitium ad suppurationem spectans. idque fere fit aut post febres aut post dolores partis alicuius; maximeque eos, qui ventrem infestarunt. Sæpiusque oculis expositum est, siquidem latius aliquid intumescit ad similitudinem eius quod phyma vocat propositus: (vnde & à phymate differre videtur, vt postea dicemus: nam & ipse diuersis in locis de iis egit) rubetque cum calore & paulo post etiam cum duritie: magisque innocenter indolescit, & sitim vigiliamque exprimit. Interdum tamen nihil horum in cute deprehendi potest, maximeque vbi altius pus mouetur. Sed cum

Prognostica. *fiet vigiliaque, sentiuntur intus aliqua punctiones: & quod de subito durum non est, melius est: & quamuis non rubet, color is tamen aliter mutari est. Quæ signa pure oriente nascuntur. Tumor ruborque multo ante incipiunt. Sed si locus mollis est, auertendus is materiæ aditus est per cataplasmata, quæ simul & reprimunt & refrigerant, qualia erysipelati conueniunt. Si iam durior est, ad ea ueniendum,* *Curatio.* *quæ* digerant & resoluant: *qualis est* ficus arida contusa *aut* fœx mista cum cerato quod ex adipe suilla coctum sit: *aut* cucumeris radix, *cui ex farina duæ partes adiectæ sint, ante ex mulso decocta, licet etiam miscere æquis portionibus* ammoniacum galbanum propolin, viscum; *pondusque adiicere myrrhæ dimidio minus, quam in prioribus singulis erit. Si non discutiatur, necesse est, vt maturescat: idque quo celerius fiat, imponenda est* farina hordeacea, *& aqua cocta recte miscetur. Sed hæc & maioribus abscessibus recte fiunt. Duriora itaque mollienda* malua contrita, *vel* fœnugræci linique semine ex passo cocto: *& aperto abscessu pus purgandum cum* lenticula, *ex* melle *&* vino cocto. *Curatur itaque phygethlon quemadmodum cæteræ inflammationes; in initio vtendum his quæ repellunt, refrigerant, astringuntque, vel spongiis ex posca impositis, vel lana* oleo crudo, *vinoque imbutis, vel* rosaceo, *vel*
63 melino. *vel* lentiscino, *vel* myrteo, *vel* cerato humido ex oleo & pura cera. ex aqua frigida subacto accurateque *madefacto. inde imponenda quæ digerunt. At si corpus vniuersum succis æqualiter redundet, prius ipsum vacuari conuenit: vbi iam inanitum est. vlcere, in quo id prouenerit, cura haberi debet. Cum tumor ad suppurationem spectauerit, non prompto diuidendus est sectione, sed medicamentis, quæ cerati speciem referunt, discutere nitemur; cuiusmodi est ex perna compositum:* ℞. pernæ *Paul. lib. 7.* suillæ veteris pinguis *gutta* ammoniaci, casei veteres vaccini, seui taurini, apochymatis, q̃ est nauis rasura, ana lib. ß. medull. ceruinæ ℥ iiii. hyssopi cerati ℥ i. ß. cyperini olei ℥ iii. vini op. vel q. s. *Si aũt per hoc & per aliud simile non discutitur, rumpere & aliorũ abscessuum modo illis mederi aggredienur. In his qui ob febres aut omnino ob humorum abundantiam procreantur, caueri debent repellentia, ne materies penitus detrusa cursum repetat. Sed ab his quæ discutiunt statim curationem incipere consilium est. Si autem nihil prohibet, nempe aut ætas aut virtus, sanguis prius è cubito demittetur; deinde loco fomenta inducentur, ex decocto chamæmeli aut anethi, aut eius generis alicuius. Phygethlis incipientibus,* *Galen. de simpl. med. lib. 6.* *gliscentibus, emollibus, & velut feruentibus,* helxine *cataplasmatis ritu, itẽ* atriplex, *&* malua hortensis, *sunt commodiores: vigentibus autem & declinantibus ac indurescẽtibus* atriplex, *&* malua agrestis *maxima sunt accommodata.*

Observatio VIII.

De Phymate.

PVerulus cum phymate in ventre inferiori versus pubem corriperetur, id statim factum est acuminatum & augebatur. & ad suppurationem festinabat, & quoniam phyma est tumor acuminatus, qui statim augetur (*teste Galeno 2. ad Glauc. cap. 2.*) & ad suppurationem festinat, quod tuberculum ad similitudinem eorum quæ ex terra nascuntur appellant. Cæterum quoniam phymata 64
quædam sunt calida, & cum vehementia quadã exiliunt, vt in hoc puero: quædam frigida siccaque sunt: permulta alia inter hæc consistunt, (*vt dicebat Galenus de morb. vulg. comment. 1. text. 13.*) alia quidem exacte media illorum, quæ diximus: alia à medio in vtramque partem paulum inclinant. Nos hic de phymate calido, quod sub genere inflammationis continetur, hic intelligimus. Vide de phymate quod & passus est Amatus in femore, *curat. 29. Cent. prima.* Accipitur tamen aliquando phyma pro pano apud Paulum Æginetam, *vt Scholio sequenti latius dicemus.* Fernelius vero inquit: *Phyma quoque tumor adenum est, simplici phlegmone atque phygethlo aliquanto minor ac planior, minusque rubens ac dolens. Non enim è puro sanguine proficiscitur, sed ex eo cui pituita quiddam sit admistum, vt sit phlegmon œdematis particeps.* Sic etiam Celsus lib. 5. *Phyma vero nominatur tuberculum furunculo simile, sed rotundius & planius, sæpe etiam maius.* Nam furunculus, vt *postea dicemus,* oui dimidij magnitudinem raro explet, numquam excedit: phyma etiã latius patere consueuit, sed inflammatio doloreque sub eo minores sunt. Vbi euulsum est pus, eodem modo apparet ventriculus, seu concauitas; quod in furunculo non inuenitur: verum omnis corrupta caro in pus vertitur. Id autem in pueris & sæpius nascitur (*vt in hoc puerulo*) & facilius tollitur: in iuuenibus rarius oritur, & difficilius curatur. Vbi ætas indurauit, ne nascitur quidem, attamen in senioribus conspeximus, quin & Amato euenit. *Phyma,* inquit *Galeni est quod ego passus sum, quod* Itali Bugnon *à tumore appellant: & à Philotheo enarratione illius aphor. lib 3. sic incipientis: Quum vero iam magni adoleuerint.* vbi ita inquit: *Vocat autem ipsa phymata per metaphoram eorum quæ producuntur in terra, quoniam celeriter nascuntur & augentur. & ad suppurationem perducuntur:* quæ omnia à Galeno prius sunt dicta *lib. 2. art. curat. ad Glauc. cap. 1.* Cum itaque plerumque & phymata in pueris absque medicamentorum appositione & suppurentur & ad sanitatem perducantur, *diachylon cum gummis* applicari mandauimus; quemadmodum & alteri emplastrum de *mucilaginibus*: quibus facile ad suppurationem deuenerunt phymata, & curata sunt.

SCHOLIA.

AVthore Galeno, Bubo, phyma. & phygethlon, *glandularum affectus sunt: bubo quidem inflammatio: resoluitur tamen aliquando, vt hoc anno 1570. mẽse Aprili in puerpera illa quæ bubone in inguine capiebatur, absque magna tamen inflammatione, inunxi cum* oleo ros. viol. amygd. dulc. *&* chamomil. *& applicui* (*quia paupercula*) folia maluæ, viol. cũ flor. chamomil. adiecto butyro instar cataplasmatis, *& dolore sedato sine suppuratione facta est resolutio. Phyma aũt est glandula inflammatio ad suppurationem spectans. Aliorũ vero quorundam sententiam communiter vẽi, quæ à natura abhorrẽt, seu tumidi abscessus, quãcunque corporis parẽ obsidẽãt, Phymata appellãtur. Siquidem Hippocr. in hunc modum* *Paulus lib. 4. c. 22. de phymate bubo e & phygethlo.*

modum scribit: Quibus phymata vrinarium meatū exe[illegible]ur, hi abscessu in vomicam erumpente liberantur. At buboues qui ptolapsu aut aliis vlcerib. aut doloribus contrahuntur, periculo vacant: febribus autem superuenientes, qui plurima parte ex pestilētiali lue solent incidere, deterrimi sunt, siue femora, siue alas, aut ceruicem innaserint. *Verum priores initio, quemadmodum inflammatio qualibet, auxiliis repelluntur quæ refrigerant, astringuntq;* (vt &Scholio præcedente diximus) *vel spongiis posca imposita vel lanis oleo crudo vinoque imbutis, vel* rosaceo, *vel* melino *vel* lentiscino, *vel* myrtico, *deinde iis quæ digerunt vrendum. At si corpus vniuersum succis æquabiliter redundet, prius ipsum vacuari conuenit: vbi iam inanitum est, vlceris in quo id prouenerit, cura haberi debet,*

66 *sicuti in cap. de vlceribus explicabitur.* Glandula *si inflāmatione tenetur, lanis oleo quodam laxante irrigua rectè lenitur, totumque ipsis membrum inuoluitur. Cum tumor ad suppurationem spectauerit, non prompte diuidere, sed medicamentis, quæ cerati speciem referunt, digerere vtemur. Sed si non plene discutitur, vt alios abscessus rūpemus, & similiter illis medebimur. In iis autem quæ ob febres aut omnino humorum abundantiam procreantur, cauere debent repellentia, ne detrusa intus repant, sed quæ digerunt imponenda; & si nihil prohibet, etiam vena in adultis* (vt diximus Scholio præcedente) *secanda; & ea applicanda quæ ad parotidas scripsimus. egregie confert aster* Atticus he:ba, *quam & bubonion, quasi dicas* inguinariam, *ipsa de causa vocant, non solum illitus sed etiam alligatus, bubonibus auxiliari creditur. Phymata autem priuatim discutit* adianthon, *stillatur*, atriplex, parietaria, althææ radix vino incocta, ammoniacum cum melle mollitum inductumque, viscum quercinum cum resina ceratoque. *Rumpit autem abscessum* propolis, lupini amari ex aceto illiti, cucumeris syluestris radix, terebinthina excepta, capparis radix similiter, nitrum cum fermento aut ficis. *Cæterum tuberculum hoc* (vt etiam annotauit Amatus loco in Obs. præcedente citato.) *curatur* tritico manso & imposito; *non minus vua passa, quibus semina sunt exempta: Faciunt eodem modo ficus arida pingues, per se vel cocta cum semine* lini fœnugræco: *adiecto oleo ros. vel pinguedine* gallinaceorum vel anserina, *cum vitello oui & paulo salis, faciūt quoque pulticula parata ex fermento, subacta cum* oleo ros. vitello oui: *item pulticula ex* farina tritici cum butyro & croco parata *maxime valet*: sed pellis leporis recens *imposita phymæ curat, vel si sicca sputo madefacta fuerit non minus* papyrus sputo madefacta & imposita valet. *Plerumque vero* (vt alias diximus) *absque medicamentorum appositione phymata suppurantur & ad sanitatem perducuntur. At Amatus in suo phymate* anserina pinguedine *tantum vsus est & bene habuit.*

Glandula cum inflāmatione.

Quæ phymata discutiunt, ex Paulo.

Quæ rumpunt.

Curatio phymatis.

Observatio IX.

De furunculis, qui & dothienes appellantur.

NObilis quidam furunculos sæpe experiebatur in dorso: nam raro (*inquit rectè Fernelius*) fit vt hic solitarius erumpat, sed fere multis corpus scatet atque inquinatur. Quocirca vt phlegmone multitudinis, sic furunculus cacochymiæ soboles est. ideo etiam facta missione sanguinis ex medianu, insuper eundem egregie curauimus cū decocto *senæ. prunor. fumiterr. acetos. cum sero lactis.* sunt enim hæc tubercula acuta cum inflammatione & dolore, ouum columbinum magnitudine non excedentia: (Vulgares nostri *Bloetvinnen* appellant:) nam phymate minora sunt, sed acutiora, rubentia, ac dolore grauiore. furunculus itaq; phlegmones veram speciem exhibet, sed eius exiguæ. & quæ vix infra cutem descendat, atque subiectæ carnis minimum comprehendat. Suppurat furunculus perinde atque phlegmone, hincque à simplici carbunculo discernitur. Fit autem non quemadmodum phlegmone è probo sanguine qui in particulam vi quadam irruat: sed è crasso & vitioso, non perinde tamen atque in carbunculo exusto, quem à reliquo puriore natura secernens tanquam infestum & inutilem in corporis summa propellit. Quocirca (vti diximus) vt phlegmone multitudinis, sic furunculus cacochymiæ soboles est: raroque fit vt hic solitarius erumpat, sed fere multis corpus scatet atque inquinatur. Cæterum à sanguinis missione & purgatione *solo pane nigro frumentaceo* cum *butyro manso* & valde pingui apposito facile ad suppurationem perueniebant, vel *solo diachylo* apposito: vel vt alias expertus sum, *beta vel caulibus butyro illitis* appositis erumpebant, & facile curabantur. Interim tamen huic nobili vt à vino abstineret, mandauimus. & sæpius reiteratis purgationibus cum syr. *ex infus. ros. de fumoterræ* nō amplius suppullularunt: consuluimus deinde vt quotannis semper in Vere ad præcautionem sanguinem mitteret: quod ita profuit, vt similibus furunculis deinceps nunquam laborauerit. Sed & hoc cataplasma ad furunculos expertum est & alia apostemata ex adustione sanguinis: ℞. *fol. mal. acetosa ana m. i. ficuum ping. num vi. vuar. pass amotis acinis* ℥i. *sem. lini p. ii.* bulliant. pistentur in mortario; addendo *fermenti acris* ℥i. ß. *axungia porci recentis sine sale q. s.* fiat cataplasma.

SCHOLIA.

D*Othienes & Furunculi idem sunt apud Galenum* 2. Methodi cap. 2. & 5. de compos. medic. *secūdum loca* cap. 7. *Generantur per vniuersum corpus, duplices existentes: aliqui quidem, vt ita dixerim, varosi, duri & ægre concoctiles: aliqui vero inflammati, in quibus aliquando etiam febres consistunt, & tumor in magnitudinem excrescit & in pus transmutatur, vnde curatio ipsorum vt plurimum eadem quæ inflammationis existit.* *Furūculus vero* (apud Celsum lib. 5.) *tuberculum est acutum cum inflatione, & dolore, maximeque vbi iam in pus vertitur. Qui vbi adapertus est, & exit, apparet pars carnis in pus versa, pars corrupta subalbida, subrubra, quem ventriculum quidam furunculi nominant. In eo nullum periculum est, etiam si nulla curatio adhibeatur. Maturescit enim per se, atque erumpit. Sed dolor efficit, vt potior medicina sit, quæ maturius liberet. Proprium eius medicamentum galbanum est: si ne id quidem in promptu est, vel resina vel fermentum. Expresso pure nulla vl erius curatio necessaria est. Furunculus vero apud Paulum tumor est abscessus præseferens, qui ex crassis humoribus carnosis, plerumque partibus concipitur, mihi*

Dothienes Furunculi.

Celsus li. 5.

Paul lib. 4. cap. 23 de furunculo qui Dotothien appellatur.

quidem, cum in sola cute coiit: pernicax autem malignumque, vbi subter actis radicibus in superficiem erumpit. Dissipat autem furunculum ac concoquit triticum commansum,
69 sum, & impositũ: mastiche Ægyptia, vuæ passæ, quibus acini sunt exempti, cum sale trita ac illita hunc discutiunt aut rumpunt, vel sicci fici hydromelite incoctæ imponuntur, vel resina ficis mista inducitur, vel ipsa ficus cum fuerint pingues dissecta, vel fermentum cũ nitro, vel lini semen cum melle, vel alterci folia trita cum butyro. Composita vero hæc proficiunt: nempe quod ex fermento, quod polline farrinaceo constat, & quod priuatim à furũculo Græcè dicitur dothienicon; Fomenta autem adhibentur ex spongiis mollibus continue calenti aqua intinctis, deinde sic medicamẽta inijciuntur.

OBSERVATIO X.

De terminthe tuberculo.

TVberculum quidam habuit in nate, cui in supremo vlcere bulla atra erat: nos iudicauimus terminthen esse: ideo brassicam cum melle tritã apponi iussimus, quæ etiam Aetius lib. 14. cap. 26. ad epinyctidas valere scribit: atque hoc tuberculo dissecto pus inuenitur. Hinc & Oribasio species phymatis est, & Aetio species puni, cum sic scribat lib. 14. c. 63. Terminthus pani species est, adiacetque supremo vlceri bulla atra qua disrupta, quod subiacet hyposyrmati simile apparet: hoc autem dissecto pus inuenitur. Curatio quam ad epinyctidas diximus, huic quoque accommodabitur. Hæc Aetius.

SCHOLIA.

TErminthus tuberculi species est: incumbit autem ipsi pustula nigra superne ac inferne: qua rupta inferne desquamato similis apparet: hoc autem dissecto pus inuenitur. Apud Fernelium terminthus eiusdem generis pustula cum epinyctide est, ex feruido præassatoque sanguine prorumpens. Epinyctidi par quidem est magnitudine, sed cui pustula incumbit nigra ac rotunda, quæ ardore — *Terminthus.*
70 in squamam abit. Paulus vero l. 4. c. 24. terebinthum appellat, ita inquiens: Oribasius terebinthum sane phymatis speciem esse asserit, super quam pustula nigra emineat: hac rupta id quod subiacet desquamato simile apparet. vbi scalpello diuiseris, pus deprehenditur. Dioscorides autem Alexandreus literis mãdauit terebinthos cutis esse excrescentias rotundas, nigro virides, terebinthi fructum referentes; atque aliis phymatum tumoribus similiter curari censet: auxilia ex supra comprehensis huc transferenda. Sed & curant talem affectum calx cum oleo ad mellis compagem subacta, & imposita, & laser cum aqua: desiccat enim absque mordacitate. Item brassicæ vel solani vel hyoscyami folia cum melle imposita, & vua passa cum ruta egregie medetur.

OBSERVATIO IX.

De carbunculo benigniore in nate apparente.

CVm aliquando cũ chirurgo ad ægrum desflecteremus, qui carbunculum attamen benigniorem parte dextra natis habebat, quamuis eo tempore pestis non grassabatur, attamen quia videbatur febricitare, & vrina tincta erat, sanguinẽ ex vena basilica detrahere iussimus: si fuisset pestis, & carbunculus malignus, potius ex cr[illegible]te & loco magis è directo & vicino detraxissemus. deinde dedimus serum caprinum cum foliis senæ, epithymo & rhab. ac thamarindis & apponi mandauimus emplastrum ex arnoglossa ab Auic. & aliis conscriptum: & in circuitu defensiuum ex bolo arm. vero aceto & aqua rosar. Postea ad maturationem accepimus emplastrum ex malua, ficubus, vuis passis, farina hordei, cum butyro, & rad. Althea. & post ruptum apostema pro mundificatiuo vsi sumus vnguento ex melle, farina hordei & succo apii. Deinde illud Auicen. exiccans vsque in finem, descriptum etiam cap. de carbunculo apud Valescum: ℞. cerusæ ℥v. litharg. ℥ii. scoria argenti ℥iii. ß. drag. ℥i. fiat pul. & cum cera alba in mortario, & oleo ros. q. s. vel sit ceræ quantitas ℥i. olei ros. ℥vi. fiat vng. At carbunculi illi magis sæui in facie illius infantis fabri argentarii Delphensis apparentes, maxime in ipsis genis, nullo modo curari potuerũt, morte ipsa paulopost subsequente, vti prædiximus.

SCHOLIA.

CArbo, qui & carbũculus, Græcis ἄνθραξ dicitur: nam magnas inflammationes, carbunculus, & gangræna & sphacelus cõcomitari solent: de his igitur nobis hic agendũ est, sed prius de carbunculo. Est igitur carbunculus ex influente sanguine nigro crassoque ac fæculento eodemque feruente atque impense calido, & est tumor vlcerosus: vel carbũculus est vlcus cũ inflãmatione. Sed errant recentiores, qui anthracẽ & carbunculũ diuersa esse mala putant, vt copiose lib. 2. Paradox. cap. 18. Fuchsius demonstrauit. Arabum placita sectantes Prunam & ignem Persicum nominant hoc vitium. Duplicem tamen etiam doctissimi quique carbunculum constituunt: nam carbunculorum (vt & Fernelius annotauit) alius simplex qui è solo ardore simplicique putredine nascitur; alius malignus, qui his etiam iungit venenatam qualitatem: talis in pestilentia grassatur, de quo plura diximus lib. 6. Obs. & Curationum medicinalium, cum de peste scriberemus, maxime Obser. 10. de peste cum anthrace seu carbunculo. Chirurgi huius ætatis peculiari nomine anthracem vocant, & à carbunculo sola malignitate & venenositate differre volunt: cum tamen ἄνθραξ Græcis sit idem, quod carbo vel carbunculus Latinis. Proinde superuacaneum est rerum causas, signa & curationem (vt etiam dicebat Tagautius cap. proprio) quod fere omnes chirurgi faciunt, distinguere, & in diuersis capitibus de iis pertractare. Carbo itaque, vt dictum est, ex influente sanguine nigro crasso ac feculento, eodemque feruente atque impense calido nascitur. Cui si tenues quædã humiditates admixta fuerint, pustula quadã ambustis consimiles, per summa cutis excitantur, appellaturq; tũ hæc inflammatio, carbunculus cũ pustula. quod vitiũ sane frequentissime incidit. Interim tamen (licet raro) & citra pustulã, pustulasue incipit: verũ omnib. crustosũ vlcus fit. Dixi aũt, citra pustulã, pustulasue, quoniã vna dũtaxat aliquãdo pustula maiuscula cũ hoc morbo exoritur, qua rupta, vlcus cum crusta gignitur. Sæpe vero non vna tantum pustula erumpit, sed multæ exiles, veluti milii semina, crebra in particula residentes: quibus

Carbo Carbunculus Anthrax.

Gal. de cõposit. med. per genera l. 5. c. 11.

Carbunculorum alius simplex alius maligñus.

Carbunculi generatio & descriptio.

Carbunculus duplex: alius cũ pustula, alius sine pustula.

Nota carbunculi 2.

praru-

præruptis, similiter crustaceum vlcus prouenit, quale ferramenta candentia excitant, vt latius reperies vbi de peste cum anthrace seu carbunculo scripsimus, præcipue Obseruatione 12. & Scholio eiusdem, & Obser. 24. & 25. 29. Carbunculus itaque quamcunque partem corporis inuaserit, eam mox exurit, pustulasque circum se ardentissimas acerrimasque ciet, eandemque ardoris vi crusta vel nigra vel cinerea obducitur. Hinc partes vicinæ longo sæpe tractu consentiunt, caloris doloris que participes: valida quoque febris assersitur. Inflammata pars nunquam suppurat, sed feruore exusta corrupta carnis lobum eandem excutit, quo excidente vlcus tamen sordidumque manet, hocque vno maxime (vt dicebat Fernelius) à cæteris seiungitur tuberculis. His & reliqua signa adiungito, quæ loco citato scripsimus: nam omnino hic denuo repetere non opus est. Carbunculus minus lethalis est quando primum rubens, deinde citrinus apparet, & quando in aliis locis quam emunctoriis, sed circa principem partem magis venenosa subito recurrens hominem interficit. Reliqua prognostica his adiicies ex loco iam citato: nam antrax carbunculus omnis licet sit morbus acutus, periculosus & contagione inficiens, omnium tamen pessimus in emunctoriis & prope membra principalia. Si circa stomachum siue œsophagum fauces ue incidat carbunculus, subito (vt ait Celsus) spiritum sæpe elidit. Minus lethalis Auicenna qui primum rubet, vt diximus, deinde citrinus apparet. Qui vero liuescit aut nigricat, neminem fere non iugulat, nullus tamen ex sua natura non periculosissimus censetur. Quanquam & plurima de curatione diximus, ab incisa vena incipienda, vt Galenus præcepit 14. meth. & 2. ad Glauc. ad animi defectionem vsque & vena semper partem affectam è directo respiciens, atque pro eius situ nunc interior, interim etiam media, & ea quæ in malleolis est, secatur. Mox supra locum affectum scarificatio recte accommodatur, plagis ob crustæ crassitiem altioribus. Sunt alii qui præcipiant ipsos scarificatus in crustaceo vlcere duntaxat esse faciendos. Ipsas vero incisiones aqua salsa calente statim perfundunt, ne in illis sanguis coeat, concrescatue, sed foras egrediatur. Interdum etiam erodens medicamentum imponunt, cuiusmodi est arsenicum, quod inter cætera primatum obtinet. Quidam vero loco scarificato sanguisugas admouent. Cæterum laboranti particulæ (tametsi quod ad inflammationem spectat, refrigerantia desideret) valide repellentia haud quaquam admoueri debent. Nec enim huiusmodi fluxionem propter humoris crassitiem, atque etiam malitiam auertere poteris. Et si quando id feceris, aliud quippiam (vt Gal. ait) quod in alto sit corpore offendes. Atque nec affatim affluere is humor, ipso Galeno autore, permittendus est. Inquirenda igitur remedia sunt, quæ cum modice reprimendo, etiā digerere seu dissipare possint. Tale profecto est cataplasma quod ex plantagine conficitur, eum quod ex lente hic cocta constat. Sed his admiscenda nobis erit mica panis, qui furno sit coctus. Esto autem panis (ex Galeni consilio) nec omnino à furfure purus, nec nimium eius habens. Eiusmodi autem cataplasma recentioribus appellatur emplastrum de arnoglossa, cuius forma apud eos est talis, ℞. arnoglossi, lentium, panis furnacei ana par. aq. coquantur in aqua. His gallas addit Auic. Alii, ex Paulo & Galeno, ex foliis plantag. coctis, lente cocta, pane clibanite, oleo rosa. conficiunt. Sed quia hoc in loco de pane clibanite facta est mentio, non ab re fortasse erit recensere genera quatuor panis, quæ erant in vsu apud antiquos, & hoc ex Galeni sententia primo de alimentis, cap. 2. Erat igitur panis clibanitis, valde laudatus, quoniam summa coctus erat diligentia, ita vt in omni sui parte crustam referret, dictus à clibano, hoc est à furno testaceo: huiusmodi testu nostra tempestate tartas coquere solemus. Secunda panis species vocabatur ἰπνίτης, ab ἰπνῷ, id est furno, vel fornace furnaria maiori & sine comparatione capaciori quam clibanum: itaque corrige Gal. in supra allegato loco, qui in mutatione huius furni legit minori: tu vero scribas maiori. Tertia panis species coquebatur super cratem, vel supra cineres. Quarta species panis erat panis infermentatus sub cineribus, & subcinericii vocabantur, & erant praui nutrimenti. Panes etiā diuersa sortiebantur nomina à compositionis diuersitate: nam appellabant πιτυρίας panes ex furfure cōfectos; 74
αὐτοπύρους autem ex tota farina: quos etiam συγκομιστοὺς dicunt. Erat panis σεμιδαλίτης, id est, similaceus, panis σιλιγνίτης, id est, siligineus: panis ἄζυμος, id est, infermentatus. Ad rem igitur vt veniamus: quando non est copia panis clibanitis, buccellatus appellatus, possumus eius loco accipere crustam panis αὐτοπύρων maioris furno cocti. Sed quo digressi sumus reuertamur. Auic. autem ad eandem intentionem probat cataplasma quod cōstat duobus malis granatis coctis in aceto aut aqua acetosæ. Et hæc quidem tam parti ipsi laboranti, tum circūiacentibus imponunt. Huic sententiæ accedit & Paulus Aegineta, ita inquiens: Vt radicitus carbunculos diuellas, dirimasq; ab adiacentium commercio, malū punicum acidum minutatim cōcisum in aceto coques: vbi autem intabuerit, in læuorem deteres, lineoque illitum induces, cū siccescit, aceto humectabis. Quidam tamen hoc medicamentum nimium repellere volunt, periculumq; esse ne sanguis infectus intro repellatur, seuioraq; inferat symptomata: quare & infra scriptum magis probant. ℞. malum punicum acidū, malum punicum dulce, hordei m. i. folior. plant. m. ii. coquantur in posca, donec rumpatur hordeum, & cōtundantur: postea accipe pulpā mali cydonii sub prunis cocti, vel alterius mali acidi, & fiat emplastrum. Item nucis auellanæ veteris vel etiam non veteris medulla carbunculos maturat, rumpitque. Alii nucleos iuglandis viridis idem posse contusos cum carnibus cydoniorum vel aliorum malorum acidorum, cōtendunt. Optimum autem etiam fuerit perpetuo circumiacentibus ipsis partibus vng. ex bol. arm. rosaceo vel myrtaceo oleo & aceto confectum inducere: ne scilicet intro, quis iam fluxit humor recurrat. Sunt qui virus ipsū & malignum humorem in pestilenti carbunculo, suctu cucurbitulis & medicamentis attrahentibus ad locum carbunc obsessum euocant vel alliciunt. Quod sane & faciendum consuluerim, si artus & minoris notæ partes, anthrax occupet, & pigre moueatur fluxio. Si vero valide atque affatim irruat, modice reprimentibus (vt modo ex Galeno dictum est) infrenandus vtcunque est fluxionis impetus ne scilicet ingens nimis dolor ex fluxione tam violenter irruente laborante particula excitetur, atque ita malum exasperetur. At quando imminet timor gangrænæ, sunt quidam imponunt emplastra ex farina orobi: aduertendo, quod orobus, Moco Italis dictus, non est bonus: sed accipiatur orobus Creticensis, vel farina lupino-

Paul. lib. 4. cap. 25.

Indicia.

Curatio.

Venæ sectio

Scarificatio

Aqua salsa perfusio.

Arsenicum

Sanguisuga.

Li. 14. Therap.

Cataplasma ex arnoglosso.

Quatuor genera panis apud antiquos in vsu

Cataplasma ex malo punico.

Medulla nucis auellanæ carbunculos maturat & rumpit

Auxilia attrahentia virus.

lupinorum, *vel* farina lolii, *&* oxymel, & posca. *Si autem videant quod per impositionem horum medicamentorum tumor cedat, variant cum infrascripto:* ℞. folia cupressi viridia, passul. sine nucleis, farinæ hordei, caric. ana ℥ ii. folior. rutæ m. i. nucis iuglandis ℥ ii. *contundantur, & fiat emplast. & imponatur circumquaque locum tumentem.*

Quod supra vlcus crustosum imponendum.

Super ipsum vero vlcus crustosum, vbi præcipue membrum putrefit, valens aliquod medicamentum & quod vehementer exiccet, nō autem quod concoquat & pus moueat (quando ita putredinem particula foueru) imponendum est. Cuiusmodi est antronis, Musa, Pasionis vel Polyida: diluique id vino aliquo dulci vel sapa ad sordium crassitudinem debebit. Cataplasma etiam, vt paulo ante diximus, *quod ex orobi farina & oxymelito constat Galeno, recte apponitur vbi vlcus malignum & cum putredine fuerit.*

Vide Gal. lib. 5. de cō pos. medic. per genera & 2 Paul lib 7.

In communi autem vsu est vng. *vulgo* Aegyptiacum *nominatum.*

Vng Aegyptiacum.

Quod si hæc parū proficiant, ad acriora & quæ ignis vires habeant deueniendum erit, cuius generis sunt radix dracūculi, vel aristolochiæ ex aceto trita & imposita, calx, arsenicum, sandaracha, *& alia huiusmodi quæ non aliter quam ignis adurūt.*

Adurentia medicamenta.

Hæc proficiunt satis si protinus à vita corruptam partem resoluant. quo facto quicquid corruptum est & emortuum, protinus auellere & radicitus exstirpare oportet. Cum autem sub ipsis erodentibus medicamentis sequatur crusta, vndique à viua carne diducta, vulnus quidem, quod ex eis excitatur, vt cætera adusta curandum est.

Quādo ad vstionem properandum.

Cæterum cum extremis morbis (vt inquit Hip. *exquisite extrema remedia optima sint, cogimur aliquando* (victis scilicet malo medicamentis) *malignum carbunculum, cauterio vt vocant actuali, hoc est, candente ferro exstirpare. Finis autem adurendi est, dum ex omni parte sensus doloris est,* vt recte Celsus admonuit. *Post hæc crusta vlceribus inducta auxiliis ad id accommodis resoluenda est, vt hoc emplastro, vel alio simili:* ℞. farinæ hordei, frumenti ana ℥ iii. decoct. maluae. viol. rad. althææ ana q. s. butyri recentis, axung. suillæ liquefactæ ana ℥ ii. fiat empl. *cui à bullitione remoto addantur* duo ouorum lutea post *crusta ablationem locus mundetur & detergatur tali medicamento.* ℞. terebinthinæ ℥ iii. syr. rof. solut. ℥ i. mellis rof. ℥ v. bulliant simul q. s. *& ab igne ablatis addatur* oui luteum. farinæ hordei, farinæ frumenti ana ℥ vi. *misc. Purus iam factus locus implentib. medicamentis curari debet. Vbi vero iam penitus fuerit impletus, ea quæ cicatricem inducunt adhibere tempestiuum erit. Quod si adustionem laborans pati recusauerit, aliquis ex humili plebe adhibendus est, qui carbonem ipsum mordicus apprehensum radicitus euellat. Quales olim erant Psylli in Italia nominati, qui vulnera ex morsu serpentum illata innocue exugebant.*

Psylli.

Porro auulso sic vel quomodocunque absumpto carbunculo, sinus, cessante iā inflammatione, primum vt diximus detergeri, deinde iam purus factus implentib. medicamentis, quæ Græci synulotica *vocant, illinendus: deinde impletus cicatrice obducendus, quorum materiam ex* lib. 6. Tagautii *inuenies. Cæterum si nō admodum sæuiat malum, nobisque aliquas dederit inducias, maturatur & aperitur Auicenna, admotis* ficubus, fermento & sale adinuicem mixtis. *Vbi autem bis vel ter appositum fuerit huiusmodi cataplasma, locus omnino niger & dehiscens apparere solet. Atque tunc mundificatiuo ex* apio *locus detergendus erit. Medicamen quoque ex vitellis ouorum & sale confectum, si sæpius admoueatur, maturat & aperit carbunculum,* vt scribit Theodoricus.

Maturatiuum Auicennæ.

Mūdificatiuū ex apio.

Ad eundem finem in communi vsu est hodie medicamentum quod melle, sale, triticea farina & ouorum luteis constat. *Cōsolida maior (quod Græce* symphyton *appellant) inter duos lapides contrita, diuino quodam* (vt referunt) *miraculo anthracē sanat, & ex toto intra diem vnum interimit.*

Consolida maior.

Reliqua antem quæ crustas in vlceribus resoluunt, vide in iis quæ de peste & anthrace *diximus ac scripsimus, idque præcipue* sexto libro nostrarum Obseru. de febribus. *Quidam repurgato vlcere illud hoc vng. glutinant* ℞. olei rof. ℥ ii. cerussæ, plumbi vsti, litharg. ana ℈. ß. rof. rub. ℈ ii. rad symphyti maioris, balaust. bol. ar. ana. ℈ ß. sem. portul. gran. ii. ceræ candidæ q. s. fiat vng *Sed quoniam in eiusmodi maligno morbo sæua symptomata euenire solent, erit prudentis medici omnibus resistere: frequentiora accidentia sunt calor ingens: appetitus prostratus, cordis tremor, delirium. Quibus insta's* aceto, aq. rof. & aliquo epithemate cordi imposito, *hoc modo:* ℞. aq. melissæ, rof. buglos. ana ℥ iiii. vini maluatici ℥ ii. pul. meliss. rof. ana ℥ i. corall. rub. speciee. diatrionsant. ana ℥ ii. *fiat epithema secundum artem: pluribus vicibus varietur & imponatur. Si impatientes sint, & epithemata abhorreant, inungantur hoc vng.* ℞. olei rof. vng. rof. Mes. ant ℥ i. aceti rof. aquæ rof. ana ℥ ii. ceræ albæ ℥ ß. misce: *& bulliant ad consumptionem aceti & aqua. adde* pul. sant. alb. coral. rub. speciee. trionsant. ana ℥ ß *misce, & linteolo illinito apponatur. Si delirium adest, refrigerantibus vtemur. Si nausea ratione humoris calidi in ventriculo fit, vomitum proritabimus cum* ℥ ii. vel iiii. *ad summum huius aqua:* ℞. putamina viridis nucis iuglaodis lib. x. *contunde, infunde in aceto per 4 dies: deinde alembico aqua extrahatur. Vel detur* sye. rof. solut. vel cassia. *Si nimium adsit vomitus, cohibeatur cum* sye. cydon. vino cydon. vel diacyd. *Si cordis tremor, vtere* elect. diatrionsant. diar. cum pul. vnionum & smaragd. *reliqua inuenies quæ de peste scripsimus ad longum. Cæterum de Anthrace etiam maligno seu carbunculo hæc exempla adhuc adiiciemus.*

Quomodo symptomatis succurrendum.

IV.

Observatio XII.

In qua ponuntur exempla aliquot carbunculi malignorum pestiferi seu anthracis, etiamq. bubonis.

HEynricus, iuuenis 23. annorum, pictor, qui commorabatur apud insignem illum pictorem Boklandium dictum in Aggere longo Delphis, anno 1567. ipso 29. die Martii cum febre corriperetur cum vomitu ac nausea, ad eum vocatus fui sub noctem, & animaduertens duas pustulas admodū paruas sed subrubescentes & purpureas, statim suspicionem de peste ac carbonculo venenoso & anthrace habebā, quamuis solummodo morbillorum iostar iam prius erumperent. augebat suspicionem quod circa vicinos pauperes pestis esset: sed post vnum diem magis hæc manifesta euadebant, cum hic fateretur se cum cane magno cuiusdā vicini, qui in ædib. familiaris erat, lusisse, qui inuentus est habere in collo bubonem pestiferū admo-

admodum magnum. Cæterum prima illa vocatio-
ne, morbo iã prius inuadente, licet leuis suspicio
esset, venam secui in talo in pede dextro è regio-
ne femoris in quo duæ illæ pustulæ apparebãt, tũ
quia etiã in eodem inguine dextro nonnihil du-
lebat, vt etiam de bubone pestifero suspicionem
conciperem. Detracto itaq; sanguine ex talo satis
copiose illico, vt & sequẽtem syrupũ caperet iussi
℞. syr. de limonib. ʒ i. *syr. de acetositate citri* ʒ ß. *aq. sca-
biosæ, acetosæ, borag. ana* ʒ i. misce. Trigesimo die Mar-
tii mane cum redirem, carbunculi duo seu anthra-
ces in femore ad quadrantis magnitudinem appa-
rebant, & bubo pestilens etiã in inguine emerge-
bat. tunc quia ventrẽ non deponebat, hæc subse-
quentia administrari mandauimus: *℞ folior. senæ* ʒ
iii. agarici femin. rhabarb. selecti ana ʒ ß. *sem. anisi* ℈ *i.
squinanthi, zinzib. ana* ℈ ß. *bulliãt in aqua scabiosæ, car-
dui benedicti, borag. bugl. ana* ℥ *i.* & fortiss. expressio-
ni adde *syr. ex infus. rosar. de limonib. ana* ℥ ß. misce, de-
tur vnica vice, & optime aluum deposuit. Eodem
die etiam accitus est Cornelius Enicius confrater
meus: & tunc præscripsimus vt etiã sæpissime su-
meret ex *syr. sequenti: ℞. Syrupi de limonib.* ℥ *iii. sy. viol.
borag. bugl. ana* ℥ *i. misc.* Deinde vt & hæc adhibe ẽ-
tur: *℞ boli arm. veri* ʒ *i. rad. tormentillæ, foliorum dictã-
ni Cretici ana* ʒ ß. fiat puluis, & diuidatur in tres
partes: *℞ aquæ scabiosæ* ℥ *ix. aceti rosar.* ℥ *ii.* misce pro
tribus dosibus, cum puluere. Supra carbunculos
venenosos qui in femore apparebant apponi mã-
dauimus *fermentum cum cantharidibus, & vitriolo,* vt
per 24. horas remaneret. Deinde altero die, qui e-
rat vltimus dies Martii, tantum puluerem *vitrioli*
chirurgus apposuit: ad quẽ etiam æger die præce-
79 dente, cum Bloklandius pestem esse intelligeret,
translatus est. sed nec ipse chirurgus ille ægrotantẽ
diutius in ædib. suis retinere volebat. Die itaq; 30.
Martii Petrus Frederici chirurgus, qui in vico Iaco-
bi Gerardi dicto cõmorabatur, ægrũ in ædib. suis
recepit, & tunc apposita sunt anthraci attrahẽtia.
Postero die hoc est vltimo die Martii, *vitriolũ* tãtũ
chirurgus apposuit & supra ipsum *digestiuũ*, & vlti-
mo *diachylon*. At buboni inguinis appositũ est em-
plastrũ de *mucilaginib.* q maxime extollebat Eri-
cius, quanquã id mihi & chirurgo vix sufficiẽs esse
existimabatur: quamobrem eodẽ die vltimo Mar-
tii redeuntes à meridie, cum hoc non satis ad rem
facere videretur, cõmuni cõsilio *cæpe assatum subci-
nerib. cum capite liliorum alborum* & *theriaca* instar ca-
taplasmatis cõmixtum appositũ fuit buboni in-
guinis. Altero die, qui erat primus dies Aprilis, ea-
dem adhibita sunt, adiectis tamen *farina sem. lini.
fænugræci, maluæ bismaluæ,* & *rad. althææ,* prius coctis
cum s. q. *oleorum* sequentium cataplasma appositũ
est. Hæc erant olea quæ immiscebantur: *℞. olei tri-
ni* ℥ *iiii. olei lini, de meliloto, lilior. chamomill. ana* ℥ *iii.
misc.* Interim istis dieb. quoq; semel capiebat pul-
uerem cum aquis suprascriptis. & ex mixtura syrup.
suprascript. sæpissime. Secunda die Aprilis valde
*Panis Mar-
tius.* debilis erat: quare sequẽtem panem Martium illi
exhiberi mandauimus: qui ita præparabatur: *℞.
pulparum caponis, alarum & totius caponis q. s. amygd.
dul. excortic.* in duplici pondere ad præcedentia, cũ
aqua rosacea & *sacch. ros.* fiat *Massa pan*is seu *panis Mar-
tius* secundum artem. A meridie ter per se aluum
reddidit. Sed quia inflammationem palati linguæ
ac gutturis incurrebat, aphthas metuebamus: qua-
re ne illæ suppullularent, gargarisma sequens præ-
scripsimus: *℞. aquar. plantag. solatri ana lib. ß. syr. gra-
nat.* ℥ *ii. oxymellis simplicis* ℥ *i. misc.* pro gargarismate. 80
Tertio die Aprilis, relicto *vitriolo*, supra anthraces
in femore *præcipitatum* positum est, deinde *buty-
rum,* & postea *diachylon*, vt prius. At buboni in in-
guine emplastrum illud ex cæpe cum reliquis illis
iam dictis adhuc apponebatur. Quarto autem die
Aprilis, id est septimo die ab initio morbi, excidit
eschara ab vtroque anthrace qui in femore erant,
& ampliata sunt foramina vltra medium stiuerũ
nummum. Vt autem carbunculis tunc digestiuũ
apponeret chirurgus, iussimus. interim *boli arm. ve-
ri* ʒ *ii.* partiebamur in 6 partes, & de tribus horis in
tres horas partem vnam cum *syr. de limonibus* exhi-
buimus. Mane, cum aluum non deponeret, sup-
positorio sequenti bis aluum deiecit: *℞. pul tro-
chis. alhandal.* ʒ *i. pul. hiera picra* ℈ *i. cum sale & melle,*
fiat suppos. Subinde & hac mixtura vtebatur: *℞.
syr. ex infus. rosar.* ℥ *iiii. syr. de limonibus* ℥ *iii.* misce. et-
iam his die præcedente vsus fuerat, nempe tertio
die Aprilis. At quarto die Aprilis cum bolum
cum *syr. de limonibus* exhiberemus, postea per se in-
cidit in fluxum ventris, qui illi durauit etiam no-
cte sequente, & duos vermes deiecit. delirabat, &
antequam nox veniret pro deplorato ab omnib.
habebatur, & putabatur mori, imo & iounctus vl-
tima inunctione, quamquam ipse delirans nihil
sciret. Quinto die Aprilis, id est octauo die ab ini-
tio morbi, melius habere cœpit, & duo carbuncu-
li in femore optime pus eiiciebant, vt valde spera-
remus. Sed postea bubo paulatim delituit. tandẽ,
& tertio carbunculo quamuis exiguo, cum pustu-
la exigua, in eodem femore prope illos duos an-
thraces exorto, & post aliquot dies etiam in ma-
nu (licet & valde minutus & hic existeret:) istis in-
quam à nouo suppullulatis, etiam supradicta at-
tractiua applicuimus, mox & *butyrum* & *diachylon*:
postea etiam decidente eschara tandem & digesti-
uum. Sexto die Aprilis, omnia meliora: mente 81
constabat, & optime morbum ferebat, & denuo
suppositorio iniecto bene aluum reddebat: Septi-
mo Aprilis die, qui erat 10 ab initio morbi, noctẽ
præcedentẽ male tulit, valde tussiebat. & sputa in
pectore retinebantur quapropter vt à bolo absti-
neret cũ *syr.* supradictis imperauimus interim pe-
ctus inungi fecimus cum *vng. resumptiuo:* & vt *dia-
tragacantho frigido* in tabulis sæpissime vteretur,
mandauimus. Carbunculis autem digestiuũ mo-
re solito imponebatur, eidem *melle rosaceo* nũc ad-
iecto. Octauo die Aprilis adhuc valde tussiebat,
quare pro tussi præscripsimus hæc subsequentia:
℞. conser. viol. borag. ana ℥ *v. loch de pino* ℥ *i. cum syr.
capill. Ven. q. s.* fiat loch: & erat hic vndecimus dies
ab initio morbi. Eo autem tempore omnes carbũ-
culi optimum pus reddebant. Nono die *Aprilis*,
qui erat dies 12 ab initio morbi, omnia meliora
præterquã q tussi adhuc afficeretur. quare illi e: ã
vinum

vinum inhibuimus, propter tussim, quod tamen antea concesseramus. Decimo Aprilis die glandem denuo iniecimus, & iterũ *diatrag. frig & subinde sacch. viol.* exhibuimus: postea vt & *sacch. candido* subinde ad libitum vteretur, præcepimus. Vndecimo die Aprilis, qui erat 14. ab initio morbi, cum tantum semel aluum deposuisset ex glande præcedente, & stercora duriora essent, vt iterum purgaretur hoc modo, mandauimus: ℞. *folior. senæ* ℥ *iii rhabi. selecti* ʒ *i. squinan.* ℈ *i.* infunde per noctem in ℥. *v decoct. pectoral.* ob tussim & fortissimæ express. adde *syr. ex infus. ros.* ℥ *i.* misce pro vna dosi. quater egregie aluum deposuit, & cœpit quotidie melius habere. Duodecimo die Aprilis, cum tussis non sedaretur, vt hoc ecligmate sequenti sæpissime vteretur, mandauimus: ℞. *diatrag. frig.* ℥ *i. conserv. viol. borag ana* ʒ *vi. cum syr. de liquir.* fiat loch.

82 Decimo tertio Aprilis, cum in ventre dolorem pateretur, vermes esse adhuc existimabat ideo vt semine contra vermes *zacchara incrustato* vteretur, præcepimus. at vermes non reddit, dolore paulatim euanescente. Eo tempore cataplasmare, quod soliti eramus apponere buboni in inguine, iã delitescenti illi solum diachylon cum gummis apponi iussimus. 15. & 16. Aprilis iam curatus videbatur: quamquã 17. die Aprilis in inguine, circa testẽ, vbi bubo delituisse videbatur apparuit quasi paruus carbũculus seu antrax: quare apposuimus *diachylon commune cum gummis*, deinde & *digestiuum*: postea etiam exiguum quid puris erupit. At decimo octauo Aprilis, ne duo isti carbunculi in femore maiores aliquantulum, licet optime pus redderent, quemadmodum & tertius in femore, licet exiguus, & quartus ille minutus in manu, optime pus quoque redderent, ne isti duo (*inquam*) maiores sabiro consolidarentur, mandauimus chirurgo, vt puluerem præcipitatum imponeret, vt formina diutius permanentia aperta, virulentiam effunderent: interim apposito & digestiuo. At post vnum atque alterum diem reliquimus *puluerem præcipitatum*. & 21. Aprilis carbunculo qui in manu erat nihil appositum est præter *diachylon commune*: & tandem etiam alii carbunculi iam dicti, relicto plane digestiuo, solo adhibite *diachylo*, postea ad sanitatem peruenere, adhibitis iis quæ cicatricem inducerent. Verum cum iam curatus videretur hic noster æger, neque eum amplius inuiseremus, bubo ille qui delituerat in inguine, denuo suppullulans in abscessum permutabatur, qui tandem ruptus excreto pure, & bene deterso, deinde per chirurgum adhibita incarnatione & consolidatione curatus est. Erat autem hæc pestis sæuissima adeo, vt etiam vxorem eiusdem chirurgi, quantumuis grauidam in vltimo mense partus inuaserit, anthrace in dorso suppullante. quod cum chirur-
83 gus mihi cum animi dolore narraret, hæc subsequentia præscripsimus: ℞. *aquar. scabiosa, acetosa ana* ℥ *i. syr. de limonibus* ℥ *i. boli arm. veri* ℈ *i.* misce. retinuit quidem: sed & caro corripiebatur, delirabat, & anthrax videbatur delitescere, vt chirurgus putaret eam morituram. mandauimus vt continuo syrupum *de limonibus* exhiberet postea & hoc apozema purgans dedimus: ℞. *rad. tormentillæ, foliorũ dictamni veri Cretici, scordii veri, rad. zedoaria ana* ʒ *i. colutea* ʒ *iii. rhabarb. selecti* ʒ *i. cinamomi* ℈ *iiß.* coquãtur in *aqua scabiosæ pro* ℥ *iiii.* fortiss. expressioni addendo *syr. ex infus. ros.* ℥ *i.* misce. ter optime aluum excreuit: & post purgationem die sequenti iterum antrax apparuit. *Bolum arm. cum syr. de limonibus* iterum dedimus. deinde commoda, vt superius diximus, adhibita sunt remedia anthraci per chirurgum: & ipsa intra septem dies conualuit. Sed & Aleydæ Iodoci, vxori Bokelli Alberti Delphensis zythepsæ, in cuius cupis malleus fabri pro insigni erat, pestilenti febre ac bubone in inguine corre- Sudatoriũ.
ptæ, dedimus nostrum sudatorium, descriptum *li. vi. Schol. Obs. 16. de peste & pestilentibus feb.* deinde ex talo è directo sanguinem misimus: & cum bubo à muliere tractaretur, cum chirurgum non admitteret, vesicatorium apponi iussimus: at postea factus est abscessus: deinde & optime curata est. Sed antequam euaderet, cum aphthas in ore haberet, & cum ego illas repurgarem, ilico ingenti dolore in inguine correptus, ac febri, domum rediens, cũ omnia signa pestis haberem, eadem nocte *syr. de limonibus* cum aqua *scabiosa, acetosa, & aceto, & bol. ar.* Puluis.
cum meo puluere accepi: & vestibus in lecto bene coopertus adeo sudaui vt madore fere diffluerem: & ita ille dolor euanuit in inguine, & optime, laus superis, curatus fui: quamquam post diem vnum aut alterum febre lenta correptus fuerim, 84
non tamen pestilensiali, quæ mihi ad sex deinde septimanas fere adhæsit.

SCHOLIA.

De *carbunculo beniguiore actum est* Obser. præcedente, *at in hac de sano pestilentiali & contagioso egimus, cuius causam naturalem & eius signa tum etiam prognostica ad longum diximus Scholio* Obs. 13. lib. 6. cum *de peste & anthrace seu carbunculo diceremus. Pauci autem absque euidenti Dei optimi auxilio ab ipso euadunt. Cæterum quomodo pestis curetur, si anthracem vel bubonem habeat, satis luculenter diximus in* 6. illo lib. iam citato. *Sed hic breuiter quædam addemus, quod aeris ratio sit habenda: nam eius attractio-* Curatio.
ne (vt lib. de theriaca ad Pisonem cap. 16. scribit Galenus) *contagione homines afficiuntur: vnde Hippocrates admirandus aerem igne exiccabat & corrigebat*; vt latius loco citato prosequuti sumus: *nos eius exemplo fumigiis odoriferis ibidem descriptis aerem corrigemus. Alii interius vetant ne infirmi facies aut aqua aut a-* Victus ratio.
ceto abluatur, ne materia intus constipetur. alii vt etiam odorifera narib. apponantur commendant, ad præcautionem: & ita poma odorifera olfaciunt, (quorum formulas è libris De peste requiras) *& alia flagrantia cum spongia aceto intincta. in æstate frigidiora, in hyeme calidiora odoramenta admittunt. quod ad victus rationem attinet, cum sit summa virium imbecillitas, attenuante non vtimur, sed quæ facile concoquuntur exhibemus, & ea quæ plurimum nutriunt, vt sunt* pullorum contusa, succo limonum, aranciorum, punicorum respersa. *Gal.* bolum arm. cum vino tenui *exhibet. alii* vinum dilutum *concedunt pro potu. Sunt qui* aquam *admodum* frigidam *probant, vt Aetius, sed male. nam cũ*

virte

vires debiles sunt, & calor naturalis exiguus, imminet periculum ne is extinguatur. Sed de his latius diximus Obs. 23. & Scholio eiusdem, lib. 6. nostrarum Obs. *Somnus autem moderatus esto, qui non ex horarum numero, sed temperamenti ratione æstimari debet: talis enim coctionem adiuuat, spiritusq́;, & vires restaurat.* Diurnus somnus *vituperatur, nisi quis ob assuetudinē non possit eum absque noxa dimittere, aliquid enim consuetudini condonandum est: immoderatus vero & statim à cibo, corpus eneruat, ingenii autem obtundit, grauitatem quandam & malam concoctionem progignit: estq́; in causa quod sopitis membris hæc lues longius serpat & depascatur.* Exercitio *non vtendum nisi mediocri, & in loco temperato, atque aere prius per medicamenta ac suffimēta purificato & emendato: cauendum igitur illud genus exercitii, quod crebram aeris inspirationem requirit, vt* sunt choreæ, cursus concitatiores, & saltationes. *Tristitia, ira grauiores curæ, odium, timor, & quicquid est cogitationum seueriorum, fugienda omnia: gaudio & hilaritate mediocribus vtendum. Vbi ad ægrum hac lue laborantem ingressus fuerit medicus, lenita aluo cura à venæ sectione auspicanda: modo vires, ætas, tempus & cætera à Galeno requisita consentiant. Vena eo latere incidi debet in quo pestileus bubo vel antrax extiterit. Si post aures aut circa mentum aut aliis faciei partibus, ex humerali vena vel cephalica eiusdem lateris sanguis mittendus, si sub alis, basilica seu iecoraria, vel media, si non apparuerit, si in inguine, ex malleolo eiusdem lateris. si nullus compareat bubo aut antrax in parte exteriori, ex eo loco vbi maior dolor & grauitas sentitur: qui quidem partium dolor indicabit venam, à qua ipsa sit facienda euacuatio. Supra thoracem partibus magis grauatis & afflictis, ab humerali: iis vero qua infra collum magis molestatis, ab interiori seu media: inferioribus autem laborantibus, poplitis aut malleoli vena incidenda. & vbi virtus valida fuerit, aliaque non impediant, copiose mittendus sanguis erit. Quod si propter ætatem aut aliis de causis non liceat, cucurbitulæ collo, humeris, dorso aut cruribus affigantur. Quod si inter prandendum siue cœnandum, iam ventriculo referto, aliquem inuaserit pestis ilico veniendum est. Corpore tandem vacuato, & ventriculo, mox medicamentum aliquod quod venenis aduersetur, quale elect.* Iohannis de Vigo, *vel pul.* noster contra pestem ad sudandum, *tum alios pul. quos explicauimus, & alia antidota contra pestem* lib. iam citato. *Vel antidotum descriptum* cap. proprio apud Leonum de sanguinibus *dictum. eiusmodi, vel puluere aliquo tali sumpto, æger in lectum calefactum, mollibus linteis instructum, stragulisque probe tectum reclinetur, vbi quatuor aut quinque horas pro virium ratione sudet. Sudor deinde purissimis linteis abstergatur. Hinc e lecto, si velit & possit, surgat, aerem extraneum vitet. Interpositis duabus aut tribus horis à sudore, cibari & nutriri potest iusculentis, & cibis iam supradictis. Tandem vni est studendum est* (vt iam plus quam satis diximus lib. nostro iam citato) *vt humores venenati ad locum, vnde carbunculi emerserint, appositis cucurbitulis aut medicamentis vim trahendi obtinentibus alliciantur: qualia multa* in lib. nostro iam citato de peste *posuimus. quale & hoc est:* ℞. ficuum ping. num. vi. vuar. pass. ʒ ß. salis fossilis ʒ ii. nigellæ ℥ i. *cum oleo* chamomill. *fiat emplastrum. vel quod ex* cepā tosta, theriaca Andromachi, adie-ctis eutæ & saluiæ succis fit, *quæ buboni quoque possunt apponi. & anthrax fortioribus quoque curari potest, vt* iam exemplo præcedente ostendimus. *Deinde hæc suppuratoria, vt* ℞. diachyl. simpl ℥ i. ß am moniaci, galban. *ana* ʒ i. contusis *appone. Vel* ℞. farinæ fœnugræci, lini. florum chamomill. ana ℥. rad. althææ, lilior. alboe. ana ℥ i. ß. ficuum num. vi. folior. dictamni ʒ iii. rad. phu ʒ ii. sem. sinapis ʒ i. ß. fimi columbini ℥ ß. olei chamomill. liliacei ana ℥ i. ß *redigantur in cataplasma: quo viti or. facta mutatione. locus vbi adest carbunculus, ferro aperiatur, vel cauterio adurātur. Quidam statim cauterium actuale etiam apponunt, vt* diximus lib. nostro citato de peste, *quod tamen Valescus videtur non probare, quia ignem igni addunt: & ideo ponit maturatiua, quæ dicta sunt cap.* præcedente de carbunculo, *vel emplastrum de ficubus: alii tamen tam diu expectare nolunt, ne æger statim moriatur: & ideo adhibitis iam illis attrahentibus dictis seu suppuratoriis, ferro aperiunt, vel cauterio aduruunt, hoc est igne vel medicamento adurente. Vulnus postea abstergatur & cicatrice obducatur vt cætera vulnera. Apostemate rupto, vel quouis modo aperto mundificatiuum ex melle & farina & succo apii imponit Valescus, & deinde apponit alia emplastra, vt* diachylon. *Alii quoque, si post rupturam non cessat malitia apponunt scabiosam tritam, & ipsam dant in potu cum vino vel aqua. Interim dum hæc fiunt, per interius quoque dantur ea quæ materiam præparando, veneno resistunt, vt* ℞. syr acetosi, de succo citri, endiuiæ ana ʒ ß. aquæ end. acetosæ. bugloss. ana ℥ i. *misce. detur per quatuor dies omni mane. Aluus quoque medicina hac lentatur.* ℞. mannæ electæ, diapruni lenitiui ana ℥ i. cum aq. end. acetos. *viol.* fiat potus. *A medicamentis laboriose soluentibus & electiue ducentibus humores fortiter, abstinendum. Sed clysteribus, & lenientibus, cum excrementa educere opus est, insistendum. Si vires imbecilla fuerint, partes roborandæ principes, vt* ℞. sacch. violati, ros. buglossati ana ℥ i. ß bol. arm. præpar. ʒ i. corall. rub. ℈ i. cort. cit. ʒ i. ß. cum syr. de limonibus *fiat antidotus liquida. Epithemata, sacculi & vnguenta alia libro nostro citato iam inuenies, vt non opus sit eadem hic repetere. At ecthymata, quæ etiam referuntur ad pustulas è sanguine, etiamsi pestilentiæ conditionem sequantur, ex sanguinis quoque feruore prodeunt, & extuberant, neque manifesta est pituitæ permistio. Tempore concoquuntur & albescunt, eorum materia in pus iam conuersa, quæ tandem vt in squammas secessit. Sed quoniam de his diximus* lib. 6. Obseruationum & Curationum medicinalium, *de pustularum variis generibus in peste, & cum de variolis & morbillis loqueremur, non opus est rursum de iis mentionem hic facere, aut curationem adducere, cum ea ipsa petenda sit ex locis iam citatis, quare sermone absoluto de carbunculo seu anthrace, ad Gangranam & Sphacelum & similes affectus transeamus.*

OBSERVATIO XIII.

De gangrana ad sphacelum tendente.

DOminus Guilhelmo Brasserus, septuagenarius fere, sacerdos Agathanus Delphensis, cuius

cum longo tempore post contusionem leuem inflammatione pedis sinistri afficeretur, & à chirurgo tractaretur, etiam secundo tandem aduentāte chirurgo, gangræna à medio pedis vltra talum eorreptus est. Solent enim, *vt antea diximus*, magna sæ-
88 pe vitia phlegmonis aliis tumorib. succedere quorum non aliud gangræna peius. Est enim incipiens partis corruptio, siue (*vt alii vocant*) mortificatio, nondum tāmen integre facta. In gangræna itaque pars nondum mortua est, nec sensu priuata, sed emoritur, atque ad extinctionem tendit. Eius mali tanta vis est, vt nisi ocyssime succurramus, facile pars laborans mortis habitū repræsentet: hoc est, promptissime vitæ, sensus & motus extinctionem contrahat. Vbi vero membrum ipsum languens perfecte & in totum emortuum sensuque ac vita destitutum fuerit, tum hoc malum nō amplius gangræna, sed *sphacelos* Græcis, Latinis *Sideratio*, recentioribus *Esthiomenon* vocatur. Differunt etiam alia ratione *gangræna* & *sideratio*, quod scilicet *gangræna* carnosis tantum partibus & vasis *sideratio* vero ossibus etiam innascatur. Sic ego Bononiæ vidi in Hospitali mortis os vndique nigrum in tibia, vt sphacelo affectum serra auferri deberet: sed chirurgus tunc expertissimus os abradebat, & cum album fieret, vlcus cacoethæ, quo æger diu laborauerat, osse tandem sphacelum habente, ita abraso à nigritie & mortificatione, sine ossis ablatione, cum omnium medicorum præsentium admiratione curauit. Cæterum absolutam hāc laborantis partis corruptionem, sensus penitus auferētem, vulgus *ignem Sancti Antonii* appellat. Fit autem Gangræna & sideratio, quando vel parti vitalis denegatur facultas, vel quando in magnis inflāmationibus natiuus calor perit & extinguitur, per inde atque exigua flamma à maximo igne: vel à contusione, *vt latius Scholio sequenti dicemus*. Cognoscuntur iis notis: color floridus, qui in phlegmonibus adfuerat, in ipsis extinguitur: deinde dolor & pulsus recedunt, non finito adhuc affectu, verum sensu iam emortuo. Vnde membrum mox nigrum conspicitur (*vt hic*) molle quoque & putridum, fœtoremq; expirans, cadauerosum ef-
89 ficitur. Hæc cum in seniore conspicerem, amissionem membri metuebam: nam chirurgi de morte vel saltem membri amissione cogitabant. Curationem tamen tentandam pronunciauimus. Missionem sanguinis, in sene peragere nō audebam, ideo facta scarificatione satis profunda, vel potius vt Chirurgi faciebant cum rasorio cutim vniuersam secando cum subiecta substātia profunde sanguinem bene emanare mandauimus. Pro affectus magnitudine fiebant illæ sectiones & incisuræ, idque frequenter, quibus peractis prima vice, cum sanguis non valde emanaret, postea profundius facta est sectio, sanguineque effuso linamenta carpta & infusa in aqua vitæ apposuere chirurgi, ita paulatim carnem putridam abscindentes, cum circa labia eschara fieret. interim partem sanam cum repulsorio medicamento ex *bolo* & aliis defendebant, & loca vicina, ne latius mortificatio serperet. ipsi vero vtebantur post incisionem *aqua vita*, abluendo, sed alii *aqua salsa* abluere iubent, *vt sequenti Scholio dicemus*. Ego autem, cū febricitaret æger noster, dedi syrupos conuenientes, & conuenienter hominem purgaui, & cœpit melius habere. postea chirurgi medicamentum facientes ad putria vlcera imponebant ex *farina fabar. ex aceto*, *vel oxymelite*: deinde cum separaretur etiam digestiua sua prius imbuta aqua vitæ, apponebant. Postea solis digestiuis vtentes, tandem per incisiones progressi sunt, & natura ipsa praua materia magis separari cœpit: & sic sanā partē inungebant *vng. popul.* deinde magis subinde mundificabant cū *Aegyptiaco vng.* si opus esset: paulo post leniori. Ad separationem etiam escharæ cataplasmata superinducebantur ex *malua*, aliisq; emollientibus: & postremo cum optime purum vlcus existeret, & gangræna tota ablata esset præter spem, cum timor esset quod serra auferri deberet, pes curatus est: ita tamē vt postea in sene vlcus annuū maneret, nec cō- 90
solidari potuerit, licet nūc optime adhuc viuat & degat: quamquam circa talum vlcus exiguum manens ad mediam stuueri nummi magnitudinem maneat: sed pstat eiusmodi vlcera annua in senib. permanere aperta, q̃ vt in totū cōsolidētur, totius corporis effluuie tāquā saburra eo cōsueta fluere.

SCHOLIA.

Gangræna quid.

G*Angræna* (teste Gal.) *est corporis mutatio à naturali suisq; habitu in alienum, atque extinctio tum vlceratione, vel sine: aut, gangrænæ sunt ea quæ ex magnitudine inflammationu fiunt mortificationes, quæ nondū tamen integre factæ sunt & iam confirmatæ. Eius mali tanta vis est ac tyrannis, vt nisi celerrime succurras, facile affecta pars mortis habitum repræsentet, hoc est promptissime, vita, sensus & motus extinctionem contrahat. Vbi vero membrum sic vitiatum & languens, in totum sensu fuerit destitutum, ac omnino emortuum, ita vt percussura, vel sectum vel adustum non sentiat ea quæ patitur, affectum hunc non iam amplius gangrænam, sed* sphacelon *Græci nominant, Latini vero* siderationem, *recentiores Græci* esthiomenon *appellant: quod nomen etiam ad gangrænam extendunt. Auicenna autem esthiomenon vocauit*, quando ad partes continuas transit corruptio, *quo nomine in re alia vtuntur Græci. Quidam affectum hunc modo* herpetæ esthiomeno, *modo* cancrū vlceratū, *improprie tamē, nominant. Alii, vt diximus,* ignē Sancti Antonii *vocāt. Idē autē hoc* q sphacelus *est, aliis* sydoratio, *ab Auicenna* Aschachilus *vocatur. Vulgus* Gallicū *appellat, teste Tagantio,* ignē Sācti Antonii, *alias* Sācti Martialis. *Assidit autē sideratio etiam ossib.* (vt admonimus Obser. præcedēte) *cū caro ipsis circumdata ac circumfusa tetros gignens ichoras, id est, deprauatā saniē* (vt sæpe in nosocomiis conspeximus Bononiæ) *generās, hos tetro viru ea imbuerit, ac fœtidissima putrilagine consumpserit, vt iā bn queq; cōspexi-* 90
mus in duob. mortuis ex abscessu tectoris, qui iā sua virulētia ossa costarum infecerant, vt combusta viderentur, & vix dum attacta frangerentur. Cū itaque membrū ita ex toto, vita, sensu motuq; priuatum apparuerit, cōfestim ad viuum vsq;, quā proxime sanæ parti, erit resecādum. Itaq; differt sphacelus à gangræna, quod ille ossibus etiam (vt dictū) *innascatur, nedum carni & vasis, hæc vero ossibus*

Gangræna pessimus symptoma.

Sphacelus, sideratio, esthiomenos.

Ignis Sācti Antonii Aschachilos.

Ignis Sācti Martialis.

Ossium sideratio.

non adueniat: vna tamen species sphaceli est, sed proprium
Causa efficientes.
nomen & singulare praeter commune sortita. Causae efficientes huiusmodi esse solent, vel corruptio ipsius temperaturae in parte affecta, vel ablatio ipsorum spirituum. Multis modis temperatura corrumpi potest: nempe per contusionem, nam partes contusae tumorem contrahunt: inde sequitur corruptio: vel propter ambiens valde frigidum, in quo qui versantur, plerunque tanta afficiuntur frigiditate, vt extrema eorum partes insensatae reddantur, & vitali spiritu destitutae corrumpantur: vt accidit istis diebus in asperrima hyeme, maniaco cuidam rustico in pago Riesvvick, cui prae frigore digiti pedum corrupti gangraena & sphacelo affecti deciderunt. Medici quoque inexperti talem affectum causare possunt, applicantes medicamenta nimis frigida & opiata; quae quandoque ita stupefaciunt ipsa membra, vt sensu etiam priuentur: idem fit per medicamenta calida caustica & erodentia. Similiter & pustulae à materia venenosa, ictus animalis venenosi, nimia siccitas, vt in marasmode, corrumpunt partium temperaturam. Denique temperatura corrumpitur per inflammationem & nimiam caliditatem, cum videlicet ora vasorum & foramina omnia cutis naturali perspiratione, ob maximas inflammationes, priuantur: nam quae sic laborant corpora, facile mortificantur. Secunda causa est ablatio ipsorum spirituum: quandoque enim aduenit, vt vitales spiritus intercipiantur vel laqueo vel aliqua obstructione: hinc paulatim pars à spiritibus destituta corrumpitur: & sic fit Gangraena, vt vidimus in illo maniaco Delphis, qui sibi membrum virile laqueo constrinxerat, vt mortificationem incurrerit cum maxima nigredine, ita vt vix chirurgus eum tandem sanare potuerit. Tertia causa est quando destillat à capite aliqua materia, & in membro obstruit meatus, à qua quidem obstructione ipsi spiritus suffocantur, vnde sequitur ipsius partis mortificatio, tam propter hanc quam propter aliam quamuis obstructionem in membro factam. Vnde & Fernelius ita scribit: Oritur autem quum pars affecta vitali calore ac spiritu destituitur: aut quia
92 à corde per arterias influere prohibetur, arctiore vinculo, contusione, vel obstructione: aut quia insitus partis calor praefocatur & extinguitur, idq; vel humorum copia, vt in magnis inflammationibus, vel ingenti obstructione quae perspirationem prohibet, vel penetrabili frigore, vel venenata atque maligna qualitate. Hinc recte & Tagautius dicebat: Accidit autem trifariam eiusmodi membrorum mortificatio, seu vita in membris extinctio ac destructio.
Mortificationis causae tres.
Vno modo, quando membrum non amplius potest
1. recipere vitam, sibi à corde per arterias transmissam; propter dissolutionem mixtionis atq; harmoniae ipsius laborantis membri. Dissoluitur autem ac deperit mixtio atq; harmonia partis, vel ob nimiam frigiditatem, vt aliquando contingit per hyemem validam atq; asperam: vel ab immoderata vel inconsulte ac temere molita inflammationum refrigeratione: aut ab excedenti ac supra modum vehementi caliditate, & venenositate inflammationum, ac
Quae membri mixtionem dissoluant.
2. malignarum (vt vocant) pustularum. Altero modo gangraenam & sphacelum fieri contingit, quando vita in membro recepta praefocatur atq; extinguitur, vt nonnunquam euenit in magnis inflammationibus, quae ita interdum venas, arterias & poros cutis obturant, constipantq; vt spiritus ibidem, prohibita in totum effluuii vaporosi transpiratione, & aeris externi attractione, strangulentur suffocenturque. Tertio modo, hae mortificationes & vitae extinctiones fiunt in membris, quando prohibetur transitus atque influxus vitalis spiritus à corde ad membrum aliquod, 3
idq; vel propter vehementem ligaturam, vel contusionem aliquam in viis ac meatibus ipsis, per quos deffertur spiritus factam. In summa, gangraena & sideratio, quam Graeci necrosim & sphacelum vocant, nostris corporibus accidunt, vel denegata parti vitali facultate, vel natiuo corporis calore ac temperie pereunte. Primum itaq; coloris flos perit & extinguitur: quum q; iam sphacelus est, pars liuet aut nigrescit, tumida, mollis, ac prorsus cadauerosa. nec arteriarum pulsus est, sed nec sensus vllus, vt etiam sine sensu doloris alte scalpellum adigi possit. At haec signa apud Leonum & antea apud Tagautium, & Galenu primu, in opusculo de tumoribus praeter naturam, haec sunt. Pri- 1.
Signa gangraenae & sphaceli.
mum quidem illud coloris floridum, quod phlegmonis, id est, inflammationibus adfuerat, in ipsis extinguitur. Deinde dolor & pulsus seu pulsatio, hoc est, arteriarum motus ipsi aegro sensibilis recedunt, non finita adhuc dispositione, verum sensu iam emoriente. & ita secundum signum su- 93 2.
mitur ratione defectus ipsorum symptomatum: cum adhuc adsit tumor, & non dolor nec sensus. Vnde membrum mox nigrum conspicitur, molle quoque & putridum, foetoremq; expirans cadauerosum efficitur. Tertium signum ex foetore itaque est, & nigrore partis: quo fit vt cum premitur digitis, facile cedat in profundum, nec postea reuertatur aut resiliat: imo apparet cutis à carne seiuncta. ideo dicebat Leonus: Quartum signum erit, si apposito digito comprimendo remaneat fouea, neque recurrat cutis, vt in oedemate. Quintum signum habebis, si cutim scarificando nullus in principio scarificationis dolor percipiatur, vt si deinde altius penetraueris: quod si scarificando perueneris vsque ad periostion, & ad ossa ipsa sine infirmi sensu, tunc procul dubio sphacelus erit. Vltimum signum fit, quod pellicula decidit, & effloresit, non secus ac si ex aqua feruenti extraheretur, dummodo abscessus non adsit. Haec autem partis affectae mortificatio, quam Graeci Gangraenam appellant, tanta est (inquit Paulus lib. 4.) ferocitatis, vt nisi quis rupta omni mora praesentissimas cultris suppetias, laborans particula facile emoriatur, & vicinas sedes inuadat, ac hominem ipsum iugulet. At si (vt refert Celsus lib. 5.) nondum plane tenet, sed adhuc incipit, eam curare non difficillimum est, vtique in corpore iuuenili, & magis etiam si musculi integri sunt; si nerui vel laesi non sunt, vel leuiter affecti sunt. Vbi vero penitus insedit hoc malum, & iam in sphacelum abiit, insanabile est, plurimiq; sub frigido sudore moriuntur. Prognostica itaque bona esse non possunt, quando periculum imminet ne pars post partem corrumpatur, & sequatur mors. In sphacelo semper amissio membri pronuncianda. Si gangraena in aetate iuuenili, in parte carnosa contingat, & medici sint diligentes & prudentes, sanitas promitti potest. Si oriatur in intestinis, mors aderit: hic quoque vidi in hepate esse, & defectu corporibus mortem fuisse sequutam: & semel ex vulnere in femore intempestiue occluso, & demum gangraenam, sphacelum subsequutum, & postea mortem. Si in vtero sit, praedicemus magnum fore periculum non tamen semper mortem. quoniam multae mulieres sanae redditae sunt. At in capite pueri seu cerebro cum sphacelus oboriretur, vt in Obs. 11. lib. 10. Cur. medic. recensuimus, 94
Prognostica seu indicia.
post incisionem mortis occasionem inuenimus, quam antea

Curatio. *praediximus. Sed nunc loquimur de iis quae exterius appareant. Quod ad curationem attinet, hi victũ humectantem & refrigerantem conuenire volunt, ac rationem cordis habendam esse: & ideo quae putredini resistunt assumenda: & propterea potius refrigerantia & exiccantia quasi conueniat & potissimum ea quae putredini resistunt, vt sunt omnia acetosa & condita cum succo citri, limonum, arantiorum. De somno, volunt quoq; vt ipse infirmus parum dormiat: nam si hic morbus in vigilantibus per vnum crescit digitum, in dormientibus per quatuor augetur digitos: & hoc, quoniam calor naturalis retrahit se ad interna, destituens partes externas, in quibus ipse morbus habet postea liberam debacchandi facultatem. Insuper in somno vapor putridus ad cerebrum ascendit, causatq; furorem: à qua nulla speratur salus.* *Corrupti sanguinis vacuatio.* *Cum sanguinis copia gangraenam generet, eius curandi ratio statim auspicanda est à copiosa corrupti sanguinis, qui in membra laborante compingitur, vacuatione. Sed interim negligi non debent, quae ad* diaeteticam, pharmaceuticam, venae sectionem (*si necessaria fuerit*) *& cordis tutelam pertinere videbuntur, pro quibus consulendus erit chirurgo peritus aliquis medicus, qui omnia probe, & vt res exigit norit instituere. At nostri tonsores nimium temerarii talia contemnunt: & sic aegros suos facilime in perniciem praecipitant.* *Venae sectio.* *Curã itaq; aggredimur à sectione venae, & praecipue si talis affectus fuerit ratione materiae sanguineae, obseruatis obseruandis, videlicet quod vires, aetas & caetera conueniant. Sed insurgit dubium,* an hoc fieri debeat, cum neq; Gal. neq; Paulus de sanguinis missione in tali affectu mentionem fecerit. *Dicimus* Galenum praecipere curam in gangraena, vt in carbunculo: sed in carbunculo admonet sectionem venae: *ergo* & in gangraena. *Si autem hic morbus à frigiditate habuerit originem, vel propter ambiens nimis frigidum, vel propter medicamenta stupefacientia, tunc vena non est secanda:* *Purgatio.* *neque etiam si fuerit à siccitate. Eadem ratio diuersitatis obseruanda in exhibendo purgante: nam si fiat à materia calida erysipelatosa, huiusmodi pharmaca conuenire poterunt, vt* diacatholicon: confectio *quoque* hamech,
95 *si sit crassus melancholicus: vel* electuarium de psyllio: *Gangraena ex frigore.* *quibus senam & epithymum admiscere possumus. In loco affecto si putredo fiat ratione ingentis frigoris, tunc non statim* (vt quidam faciunt) *ad medicamenta neque ad membri amputationem deuenies: sed prius applicabimus aliquod calorificum medicamentum, quale est quod recipit* rad. rapi domestici, radic. raphani domestici *Si ex obstructione.* ana q. s. pul. sem. sinapis ℥ j. pul. garyophyl. ʒ ij. olei sem. lini, olei veteris iuglandis ana q. s. misce. *quod maximo imponitur successu. Si autem gangraena ista, quae partem aliquam corporis nostri incipit obsidere,* *Si ob vasa magna incisa, vel siccitatem.* *fuerit ratione obstructionis, deuenire debemus ad ea quae aperiunt. Si fuerit ob vasa magna incisa, vel propter siccitatem, tunc nulla salus speranda. Si fuerit ab ictu veneno-* *Si ab ictu venenoso.* *so, recurre ad ea quae venenis aduersantur. At quoniam vt plurimum gangraena fit ob magnas inflammationes, vel* *Si gangraena ob magnas inflammationes fiat.* *erysipelas, opportuna erit euacuatio sanguinis, qui in membro patiente compactus fit. Sic etiam dicit Tagautius cap. proprio:* Fit autem larga illa sanguinis ita impacti (cuius occasione fiunt mortificationes) ex parte *Gal. 2. ad Glauc. cap. 9.* affecta emissio, vel vena incisa, si quae amplior ac turgens circa eandem partem conspicitur, vel cute vniuersa partis affectae, vna cum subiecta substantia, excisa, vel pluribus & aliis scarificationibus diuisa: nam istis scarificationibus profundis sanguinem recte manare permittunt, quod satis sit. *Alii ad eundem finem sanguisugas admouent, & venas minores proximas aperiunt. Verum profundae illae ac frequentes sectiones aut scarificationes, multo sunt ad eius mali curationem efficaciores. Caeterum pro affectus magnitudine, vel maximae sectiones fiunt, aut scarificationes, vel incisura* (*quas* scarificationes *appellamus*) *vtraque frequentes: illa, vbi putredinis vicinum malum est; haec, vbi tantum putrescere incipit. Quo enim vitium maius est, eo maiore remedio* (*vt cuique constat*) *indiget.* *Post scarificationem locus aqua salsa abluendus.* *Vbi autem abunde sanguinem ex aliis illis plagis emanare permiseris, locus* aqua salsa *abluendus erit, vt sanguis crassior, & qui alioqui ibidem concresceret foras egrediatur. Deinde medicamentum aliquod putridis consecratum, id est, quod putrefactionem prohibeat ac resoluat, induci parti debet, quale est* farina orobi aut lolij, (*quod Franci* 96
Medicamenta putridis consecrata. Iuraiam, *quod vini modo temulentiam concitet, appellant*) *aut si harum facultas non sit* fabacea farina, ex oxymelite *vel* syrupo acetoso. *Alii ex* farina orobi, lolij, fabarum, lupinorum ex aceto vel oxymelite vel lixiuio *conficiunt, & imponunt. Vtile etiam fuerit, locum scarificatum bis in die aceto calente, sed mulso praesertim, lauare. Hoc enim sua siccitate saniem & putrilaginem absumunt, eamque detergunt: frigiditate vero, quod nondum vitiatum ac corruptum est, à putredine vindicant. Vbi autem iam ipse veluti furor subsederit, ac male facta sese remiserit, vnguentum id quod vulgo* Aegyptiacum *appellatur, ex flore* aeris, alumine, melle aceto *ad aquas portiones mixtis & coctis compositum, superimponendum erit.* *Vnguentum Aegyptiacum.* *Hoc enim putrefactionem prohibet, ac resoluit: putrefactum quoque ac corruptum ab integro & sano adhuc dirimit & decidere cogit: deinque crustam inducendo, quod sanum est conseruat, ac tuetur. Quod si valentius atque efficacius medicamen velis apponere, salem praedictis adiice: aut si malum magis adhuc increuerit, aliquem ex trochiscis paulo ante memoratis, exquisitissime tritum aceto & vino dilutum, vt* Andronis *vel* Polyidae, *vel* Musae, *vel* Pasionis, *vel* *Trochisci caustici.* *vnum ex iis qui recentioribus dicuntur calidiores,* al daron, *& ex* asphodelo, *qui ob suam vim causticam corruptum à sano dirimunt. Probatur in ea re ante omnia* arsenicon, *quod vocant* sublimatum, *purum* *Arsenicum sublimatum.* *aut correctum, idque vel in puluere, vel ex vino dissolutum, &* linamento, *aut xylo, quod Galli* cotonem *appellant, exceptum, inter sanum & corruptum applicatum: hoc enim confestim malum sistit, & id quidem sine dolore. Quod si necessitas exigat, spatula vel specillo separandum est sanum à corrupto. In eiusmodi autem medicamentis adhibendis, vt res securius tractetur attentos sedulo nos esse oportet circa naturam corporis aegroti, sicuti recte nos Galenus lib. 2. ad Glauc. admonuit, inquiens:* Si corpus rusticum fuerit, & durum natura, vehementiora desiderat medicamenta; foemineum vero, & mollem carnem habens, imbecilliora. *Infantes quoque vel pueri & quicumque inter viros & balnea amant & in ocio degunt, mollia exigunt medicamina. Consideranda insuper est partium, quae male affecta sunt, non solum corporis totius natura, quando abscindis, aut circumcidis quod iam computruit. Quae-* 97
dam enim sunt, quae citissime ad putredinem veniunt, si negli-

negligenter curentur; aliæ vero tardiuscule: quædam item medicamentum vires ac beneficia tardius sentiunt, aliæ citius. Vbi igitur necessitas exigat, candenti ferro incidente sanum ab ægro separandum: si prima vstio non proficit, vtere secunda: quæ si fuerit inanis, tunc certus erit sphacelus; & ideo membrum totum recidendum, ne pars sincera trahatur. Sed antequam ad huiusmodi sectionem deueniatur, nō erit inconueniens proponere (vt etiam annotauit Lennos cap. proprio) quo pacto effici possit, vt membrum mortuum per se decidat. Dica igitur quòd quando sphacelus est in membro, quod finitur articulo vel internodiis, & corruptio peruenit vsque ad illud confinium; tunc super partem sanam imponere debemus aliquod medicamentum habens vim repellendi & resistendi. v. ℞. olei omphacini, rosſ. myrtini, vinl. succi solatri, succi scabiosæ ana ℥ ij. succi cōsolidæ minoris, aceti ana ℥ ß. bulliant; & post instam bullitionem adde bol. arm. sang. drac. io lacryma, santal. omnium pulu. maceris, squinanthi, cyperi ana ℥ j. addatur parum ceræ, & illinatur linteum, imponaturque super partem sanam. Hinc conuertimus nos ad operandum vt pars affecta per se decidat: quam incidimus pluribus incisuris, & explemus illas rimulas arsenico sublimato & lithargyrio sublimato: hæc enim arefaciunt, comburunt & exiccant: itaque in processu membrum arefactum per se decidet: sed interea ne fœtorum excitet odorem, solemus illud obuoluere linteolo infecto hoc medicamine, quod sparadrappum dicunt, confectum ex simplicibus vt conseruand: praditis: ℞ myrrhæ, aloës in puluere, acaciæ, corticum mali punici, pul. nucis muscatæ, santal. omniū, ligni aloes, pul. cumini, alum rochæ combusti ana q. s. Horum omnium pul. accipe ℥ j. ß. postea adiatur picis nigræ, resinæ colophoniæ ana ℥ ij. thuris, masticis, storacis liquidæ, seui hircini ana ℥ j. misceātur, & liquentur ad ignem, quo medicamine (vt dictum est) inuolue partem affectam, in confinio autem partis sanæ & corruptæ impone ea quæ ad separationem faciunt. Cum autem artus ceciderit, vtitur cicatricem inducentibus. Vbi tamen proserpit, & nulla spes salutis apparet, vt Obser. sequenti docebimus, & ostendemus, præstat abscindere. At si
98 membrum affectum tale esset, vt plurimum temporis opus exigeret ad eius consumptionem & decidentiam, ita vt æger ad illum fœtorem perferendum nequaquam perdurare posset, variisque affligeretur, ad separationem cum ferro deueniendum. Hinc rectè dicebat Tagautius, & ante eum Fuchsius loco proprio: Porro si nihilo magis malum his causticis medicamentis cōstiterit, vri id quod est inter integrum ac vitiatum locū, debet. Solent vero hæc auxilia omnia, nihil interdum proficere: atque tunc vnicum, tametsi (vt Celsus ait) miserum, auxilium est, membrum quod paulatim emoritur, abscindere: vt cætera pars corporis tuta sit. Nam quod computruit, veneni in modum sine contactu, quod adhuc sanum & integrum est, inficit & corrumpit. Si quando autem putrefactam huiusmodi atque emortuam partem absciderís, vel quod in membro quopiam computruit vsque ad sanum corpus conciderís, tam quæ velut quædam radix est, sana atque integra parti adiunctam, ob maiorem securitatem ex Galeni lib. 2. ad Glauc. consilio candenti ferro adurere conuenit. ita enim celeriter sanguinis profluuium compesces, & putredinem arcebis. Hic tamē aliqui contendunt, quod non debeat fieri abscissio in parte sana, sed in parte corrupta, vicina tamen dimidium digitum parti sanæ. cuius opinionis videtur fuisse Dominicus Leonus in Methodo sua, de curandis tumoribus cap. 11. de gangræna & sphacelo sic scribens: Si ob fœtorem nō possit perdurare æger, ad separationē cum ferro deueniēdum est, non quidem eo modo quo docet Celsus, nam æger nimis torqueretur, & negotium non ita bene succederet. Secabimus igitur ex Galeni sententia in parte corrupta, vicina tamen dimidium digiti parti sanæ; hunc tamen atque hoc adhibitis cōuenientibus ligaturis, ne nimium sanguinis effluat. Peritus itaq; chirurgus habeat nouaculam ignitam, qua circumcidat membrum affectū vsq; ad os postea quam citissime fieri potest, serra probe dentata secet os ipsum. Diximus nouaculam ignitam, ad hoc vt ora vasorū exurantur & à fluxu sanguinis prohibeantur: diximus in parte affecta secandum, vt æger minus cruciaretur: diximus sectionem faciēdam prope partem sanam, per spacium dimidij digiti, hac de causa, vt pars corrupta, quæ relicta erat, facilius per ferrum cādens ad huiusmodi vsum paratū, exuratur simul cum ipso osse, quamuis os vehementiorem adustionem requirat. Hæc Leonus. Alii tamen in parte sana id faciunt, 99
vt etiam postea, cum capita curationis gangrænæ & sphaceli ex Tagautio adferemus, rectè intelligi poterit. Sic ego vidi in muliere illa Delphensi fieri, facta duabus ligationibus fortibus in medio in loco sano, deinde circumcidendo vnica vice nouacula carnem ad os vsq; mox citissime serra dentata & acutissima os ipsum simul cum pede abferebat chirurgus; mox adhibitis restrictiuis fortibus, ex croco Martis, & aliis, sine adustione. At alii, vt diximus, adustionem adhibent candenti ferro, & sic sanguinis profluuium compescunt. Facta vero adustione, porri succo, vel (vt Paulus ait lib. 4.) sale cum porro vtendum est, vel aliquo ex iis quæ paulo ante diximus. Hæc enim siccant & stringunt putredinem, atque humorum affluxum prohibent. Alii facta adustione non solum ad crustæ conseruationem porri succum ex spongia conferre volunt, sed chalcanthum vstum, hoc modo: Accipe stuppam albumine oui madefactam, desuper chalcantho inspersam, & impone. Nostri chirurgi nunc vtuntur croco Martis. Conferunt & pastilli prædicti, scilicet Andronis & Polyidæ & Pasionis. Ad inflammationem prohibendam: ℞ aquam rosatam, oleum ros. acetum infusatum. misce: & impone super partem sanam: & etiam super partem vbi fuerit chalcanthum. Tandem cum tibi videbitur his remediis adhibitis cessare putredo, vt crustæ medicamentis adurentibus, vel ignito ferro inductæ citius decidant, cataplasmate vtendum est ex pane vel hordeacea farina, vel triticea, hydrelæo incocta: item medicamento, quod cephalicum vocāt, ex melle illito. Hæc enim detergendo, crustam à subiecta carne resoluunt. Sed quoniam multa sunt genera cephalicorum medicamentorum, proponam vnum ipsius Gal. 3 Meth. cap. 2. quod constat ex iride, aristolochia, eruo, thure & māna thuris: nonnulli addunt corticem panacis, vel cadmiam elotam. Eundem vsum præstabit medicamentum Macherionis, quod sic conficitur: ℞ opopanac. galbani, ærug. myrrhæ, iridis, guttæ ammoniaci, aristoloch. ana ℥ j. resinæ terebinth. ceræ, olei omphacini ana ℥ vii. dimidium olei cum ærugine ad lauorem conteritur;

Quando sectio adhibenda.

Quæ consideranda ante totius membri abscissionem.

Vstio quando adhibenda.

Si gangræna in sphacelum abierit.

Crustas à partibus exustis solvendas.

Paul. ex Gal. 3 de compos. medic. per genera cap 3.

tur; reliquum vero cum cera & terebinthina *coquitur.*
100 *Conficit etiam medicamentum quod* tetrapharmacum
dicitur praeterea & Macedonicum, *quae pus mouendo,*
ac emolliendo, crustas à subiectis corporibus diducunt: quem-
admodum & reliqua omnia, quae ad suppurationem per-
ducunt. Haec enim praeterquam quod emolliunt, pus sub
crusta conficiunt, quod eam resoluit, scilicet inter carnem
subiectam & crustam ipsam interiacens. Panis quoq; cum
aqua aut oxymelite intritus, crustam à sanis partibus citra ero-
sionem detergendo rumpit ac separat: Sic & iris ex sim-
plicibus, *vel* radix panacis aut aristolochiae, *aut a-*
Gal. 2 ad Glauc. cap. 9. cori cum melle. *In mollibus vero corporibus abunde fa-*
cit eruι farina cum melle aut thure. *Solet autem vul-*
Butyrum. *gus ad crustas resoluendas vti butyro aut alio quouis vn-*
ctuoso. Vbi crusta deciderit, locum aceto abluunt: postea
Emplastrum Guilhelmi à Saliceto. *sequens emplastrum admouent, quod ad Guilhelmum à*
Saliceto refertur. Recipit autem mellis selibram, vitel-
los ouorum crudos tres, aut quatuor numero, fa-
rinae hordei selibram: *haec miscentur in formam em-*
plastri. Post biduum vero vel triduum, vt melior fiat mun-
dificatio, huic emplastro addi possunt ℥x. myrrhae ele-
ctae. *In teneris autem corporibus, ad crustae separationem*
& sordium detersionem abunde sufficit Galeno (vt antea
quoq; diximus) orobi farina cum melle vel thu-
re. *Hinc peractis huiusmodi vlcera ad sanitatem perdu-*
cenda sunt medicamentis, quae carnem producunt, & cica-
tricem inducunt: synulotica & epulotica *Graeci vo-*
cant. Sed quoniam euenire potest, vt in secto membro os
emineat, operaepretium fuerit illud excidere, vt per secan-
dum partem contiguam adaequare possis. Pro exiccatio-
ne hoc erit medicamentum: ℞ picis colophoniae, te-
rebinthinae ana ℥ß. olei mastichini ℥j. peuceda-
ni, orobi opopanacis, euphorbij, pul. ireos & di-
ctamni albi ana ℈ß. cerae q.s. misce. *Hoc vnguento os*
obiectum exiccabitur; & citius cadet. Denique quoniam
in his, quibus membra amputata multa repletiones superue-
nire solent, & hinc postea dysenteria, sanguinis vo-
Capita curationis gangraenae & sphaceli. mitus, phthisis, *& multa alia incommoda*, vt testatur
Gal. lib. vltimo de articulis: *Ideo in confectio vero, vel*
autumni quotannis vena secanda: vel victus attenuandus.
Sed haec omnia iam dicta, in capita quaedam curationis
1. *gangraenae & sphaceli cum Tagautio redigamus. Vitia-*
101 *tum sanguinem in affecta parte impactum affatim vacua-*
2. *to. Post scarificationes aut sectiones, locum affectum aqua sal-*
3. *sa abluito. Deinde medicamentum putredini consecratum*
4. *inducito. Vbi malum iam se remiserit,* vnguentum Æ-
gypriacum *superimponito. Si malum iis remediis non*
cesserit, id quod inter vitiatum & integrum est ferro can-
5. *denti aduritο. Quod si haec omnia nihil profuerint, & iam*
gangraena in sphacelum degenerauerit, membrum quod sic
plane emortuum fuerit, vsque ad partem sanam, ita vt ni-
6. *hil prorsus putridi relinquatur, ocyssime abscindito. Vbi*
quod computruit resecueris, quo securius mali radicem
7. *euellas, ferramenta igne flagrantia adigito. Post exustio-*
nem porri succum, atque alia id genus, quae siccant, strin-
8. *gunt & fluxionem arcent, admoueto. Crustam vel medi-*
camentis adurentibus, vel igneo ferro inductam à subie-
ctis corporibus resoluere (solet enim inde sanguinis
9. profluuium sequi) *ne properato. Cum putredo cessaue-*
rit, ne amplius sanguinis profluuium reformidaueris, ea
10. *quae crustam detrahunt applicato. Vbi crusta exciderint,*
curationem reliquis vlceribus communem adhibeto. Qui
sequuntur Aphorismi, ad medicum pertinent. Victum *Aphorismi ad medicum pertinentes.*
tenuem & refrigerantem gangraena & sphacelo
laborantibus instituito, & repletionem caueto.
1. Fluxionem, sanguinis missione, si nihil obstiterit,
2. auertito; atque eadem plenitudinem (si adsue-
3. rit) vacuato. Medicamento quod catholicon ap-
pellatur, vel nigra cassiae fistularis medulla, ad haec
thamarindorum, lupuli ac fumariae decocto,
4. sanguinem depurato. Theriacam atque id ge-
nus alia, quae cor vitae fontem ac principium à
putridis & graueolentibus illis, à parte vitiata
sublatis effluuiis, tuentur, laboranti sumenda ex-
hibito.

OBSERVATIO XIV.

De esthiomeno Auicennae, siue sphacelo Graecorum, vel sideratione.

ZYTHEPSA, qui Delphis in insigni Lilij ha-
bitabat, cum clauum in digito pedis habe-
ret, vulgo dictum *een lijkdoorn vel exteroeger:* & cum
pedes lauasset, & clauum aliquo modo cum cul-
tello excidisset, vxor ex lecto cum descenderet, 102
pedem ex improuiso calcauit, & clauum ita laesit;
vt oborto insigni dolore, acciuerint tonsorem, ad
illum sedandum; nam ibidem inflammatio suc-
cesserat satis magna: quare chirurgus ille oleum
calidum nescio quod supra digitum pedis, in quo
erat clauus, illiniuit: sed nihilominus ex illo do-
lore & vehementi inflammatione digitus pedis
ad vlcerationem deuenit, & tandem totũ pedem
gangraena occupauit, subsequente esthiomeno, à
Barbaris ita dicto (*quo in Scholis latine*) adeo ve-
hementi vt paulatim pes integer sideratione affe-
ctus fuerit: ita vt postremo ego vna cum Ericio
collega meo, & Guilhelmo de Dalen chirurgo,
tum alio, accitus, malum eo deuenisse depræhen-
derim, vt vnanimi consensu facta consultatione
serra pedem corruptũ & sideratum auferri debe-
re pronunciaremus. Interea alij duo chirurgi acciti
sanitatẽ huic pollicebantur; et affirmantes *se eum*
plane curaturos sine ablatione seu incisione vllius membri.
Miser itaq; aeger, illis fidens, aliquot menses con-
tinuos ab illis chirurgis ita male habitus fuit, vt
mirum fuerit quod putrefactione in pede ac toto
crure pessime olente nõ fuerit mortuus. Tandem
paulatim pes ille totus vsque ad calcaneum mor-
tificatus & corruptus, excidit circa iuncturam pe-
dis, non amplius procedente sideratione. Atq; ita
ad vltimum curatus fuit, sed cum tam atroci do-
lore & tam longo tempore perdurante, vt ipse sae-
pius optauerit vnico momento serra vel alio fer-
ro pedem sibi ablatum fuisse. At Iohannes de
Roen, in ponte Cespitario, in insigni Solis habi-
tans, cum leniter crus offendisset, cute derasa,
cum ipse nescio quae vulgaria remedia apposuis-
set, illis tamen nihil proficientibus, tandem to-
tum crus ac femur gangraena, deinde & sideratio-
ne infectum fuit: adeo vt quamuis me ac Her-
dium collegam & Hugonem medicum Haghe-
num, tum omnes chirurgos totius vrbis Delfensis
conuocasset, tamen nullis iuuantibus remediis 103
breui

breui vitam obierit. Brasserus autem, vir consularis, annos 87. natus, totum crus tumidum habens loogo tempore, ac femur ipsum, ex scurbutto malo tandem in totius cruris & femoris esthiomenon incidit, adeo vt totum femur ac crus ipsum sideratione affectum plane cadauerosum per partes excinderetur sine sensu, cum in sene tutum nō esset femur ipsom serra vel ferro auferre: ita vt tādem hic mortuus fuerit. Sed cum mortuus esset ob putrefactionem & crus cadauerosum pessime olens, hoc sparadrapo antequam sepeliretur, per chirurgos, ob fœtorem intolerandum, cum nemo apud cadauer versari posset, totum femur ac crus obuoluimus: ℞. *myrrha optima, aloes ana* ℥ ß. *styracis liquida* ℥ j. *santali rub.* ʒ ij. *colophonia* ℥ iij. *terebinthina* ℥ ij. *cera lib.* ß. *olei spica parum.* fiat sparadrapum, vt artis est.

SCHOLIA.

AVICENNA, vt etiam Scholio præcedente admonuimus, *esthiomenon vocauit, quando ad partes continuas transit corruptio; quo nomine iure alia vtuntur Græci, cum* herpeta esthiomenum *vocant, de quo malo suo loco dicturi sumus. Sed recentiores esthiomenon aliquando ad gangrænam extendunt: præcipue autem ad hunc affectum*, vt etiam antea diximus. *Vbi vero membrum sic vitiatum & languens, in totum sensu fuerit destitutum, ac omnino emortuum* (vt hic erat) *ita vt percussum vel sectum vel adustum non sentiat quæ patitur, affectum hunc non iam amplius gangrænam, sed sphacelon Græci nominant, Latini vero* siderationem, *vt diximus. Et ita proprie dicimus* membrum sideratum, *quum omnino emortuum, priuatumve sensu & motu est. quamuis etiam aliquando siderationem etiam sphacelismum in cerebro appellamus, qui morbus* (vt alias diximus de cerebri sphacelismo) *sæuissimus est, vtpote vlcus cerebrum, membrum principalissimū, depascens, quod semper lethale est. Aliquando & sideratio* apoplexiam
104 *significat: sic Cornarius* apoplexiam *vertit: quamuis melius fuisset (etiam Amato teste* Cent. 1. Curat. 9. *de sphacelismo, id est,* vlcere cerebrum depasceute) *si in sua versione morborum & ægritudinum nominibus vsus fuisset Græcis, quum notiora medicis, quam Latina ipsa, sint. In muliere quæ in calcaneo patiebatur esthiomenon iuxta Arabes, ita vt insensibilitas in carne appareret, inprimis facta sunt scarificationes cum rasorio secundum diuersas diametros profundas vsque ad carnem viuam. facta scarificatione tali lauabatur cum aceto vini & sale simul calefactis. Postea in loco ponebatur* vnguentum Ægyptiacum, *& ad labia. Postea superponebatur cataplasma cooperiens locum & partes vicinas, ex* farina fabarum, melle, aceto: *& in tibia ponebatur defensiuum ex* bolo arm. & albumine oui & aceto, *& fiebant visitationes ter in die; mane hora media sexta, hora prima post prandium, & vesperi hora nona: & semper factus fuit magnus processus mortificationis, qualibet visitatione. Quare semper fiebat scarificatio, vt supra, vsque ad carnem sanam, & postea loto cum aceto & sale calefactis: & in omni cauernositate ponebatur vitriolum Romanum vstum. Tangendo prius post lotionem omnia loca incisa & putrefacta cum tenta inuoluta cum bombace in aqua forti. postea imponebatur* vitriolum, *& deinde postea superponebatur* Ægyptiacum, *dein cataplasma ex farina: & sic fuit ad tres dies. Et processus putrefactio ad* cauillam syluestrem, *id est, malleolum pedis exteriorem, minus vno digito, & in parte domestica fuit processus paruus: tertio autem die cæpit consistere, & non amplius procedebat. Quarto die nulla amplius fiebat scarificatio: sed mane lauabatur aceto, & imponebatur* Ægyptiacum *& cataplasma,* vt supra. *Post prandium incepit apparere aliqua separatio eschara à carne viua. Et lauabatur tunc cum vino decoctionis acori: & procedebatur tunc cum digestionis ad remouendam escharam: ponendo loco* Ægyptiaci vng. populn. ℥ j. cum terebinthinæ, lotæ ʒ ß. & cum vitellis ouorum simul mixtis. *Et loco cataplasmatis ex farina sumebantur radices acori decocta in vino, & contundebantur, & cum oleo communi decoquebantur ad modum cataplasmatis; & fuit sic applicatum. Quinto die, pro sedatione doloris, & maioris putrefactione sine remotione eschara, fiebat loci fomentatia:* ℞. foliorum caulium, mercurialis, maluæ, viol. rad. althææ ana m. j *coquantur* 105
in aqua; & aqua expressa locus fouebatur, & ex fecibus cum axungia porci fiebat cataplasma loco rad. acori. *Et quia fuit inflammatio & dolor in cauilla seu malleolo silnestri aut externo, septimo die deponebatur defensiuum, & inungebatur* oleo chamomill. & ros. *Nono die eschara fuit quasi in totum ablata: & tunc pro digestiuo vlceru, loco* vng. popul. *positum fuit* mel rosatum, *& super hoc emplastrum citrinum, ex* cera, resina, butyro non salito. *Et dimissum fuit cataplasma, loco cuius madefiebat peplum quadruplicatum sequenti decocto, & superligabatur:* ℞. absinth. ros. saluiæ, flor. chamomill. ana m. j. *fiat decoct. in vino Pictauiensi. Postea vnguento addebatur myrrha & mastix. item præscribebantur pulueres incarnatiui:* ℞ myrrhæ, thuris, ireos, mastich, sang. draconis, aristoloch. rotundæ, centaurij, min. ana ʒ ij. *puluerisentur: &c. Si isto modo non curetur, & magis fiat corruptio cadauerosa, membrum serra, vt diximus, auferendum. Sed illud hic admonuisse vtile censeo, quod longa experientia obseruatum est à Theodoro chirurgo Nosocomii Delphensis, amico nostro familiari, idque in quatuor vel quinque quibus crura vel pedes serra auferebantur in Nosocomio ob esthiomenon, quod si prima deligatione post constrictionem sanguinis caro ossi iam serra ablato esset coæqualis, tales optime euasisse; alios vero quibus caro sursum attracta osse denudato, statim vel post paucos dies extinctos fuisse.*

OBSERVATIO XV.

De Aneurismate.

NAVTA quidam cum vulneratus esset in femore, vulnus nescio quibus remediis nō bene repurgatum intempestiuius consolidatum est, eodem vulnere nunquā saniem aut pus reddente. Vnde cum aneurisma videretur, tumor mollis quidam & spirituosus sanguine plenus apparebat cum pulsatione quadam. Sed postea magis augescente tumore, cum maximis doloribus & instantia vigiliarum, ita vt conuulsio subinde subseque- 106
retur (*sanguis enim ibi concretus & prohibitus naturam veneni induebat*) tandem adeo increuit tumor, vt abscessus crederetur. Cum autem malum indies

in peius vergeret, incisio facta est: sed nihil nisi sanguis corruptus & concretus in maximo tumore apparebat, pure non effluente, aut apparente: nec dolor sedatus est, etiam spasmo magis increscente; adeo vt intra paucas horas gangræna subsequeretur, vomitus quoque; & hinc sphacelus & mors.

SCHOLIA.

Quibus aneurisma differat à varice.

ANEVRISMA *licet magnam similitudinem habeat cum varicibus, de quibus abunde diximus* lib. 29 Obseruationum & Curationum medicinalium nostrarum; *differt tamen ab iisdem: nam in iis venæ sanguine crasso melancholico repletæ sunt ex dilatatione venarum. At Aneurisma* arteriæ dilatatio est, spirituoso plena sanguine. *Id interdum in externis partibus existit, in manibus, pedibus, circa iugulum atque pectus; hoc à varice distans, quod magna turgida ac sæpe molesta pulsatio inest, tum presso tumore, quasi intus est materia prompte subterfugit. Fit & nonnunquam in interioribus arteriis, maxime sub pectore, circa lienem & mesenterium, vbi vehemens sæpe pulsatio animaduertitur. Credi vix potest, quod nonnulli comminiscuntur*, per hos affectus ruptam apertamq; esse venam aut arteriam. *Si enim sanguis è vena aut arteria prosiliens non amplius illis contineretur, mox torrens putresceret, tumorque fieret generis diuersi. Potest tamen interdum aneurisma fieri ex vulnere*, vt mox dicemus, *in quo & sanguis copiosior spiritu est, qui in grumos coit, & tumorem extendit, qui ita quoque mollis non est, quemadmodum hic euenit: sed tunc ab afflicto vulnere male curato sanguis effluens ex arteria. & forte etiam vena, in venenii naturam conuersus & putrefactus talem tumorē & sæuissima postea accidentia intulit ac mortem: & quamquam prima vice tumor mollior videretur; vt in aneurismate etiam*
107 *sine vulnere apparere solet; postea tamen tumor durus ac multo maior, & ingens spacium occupauit, vt abscessus facturus existimaretur. Cæterum quia hic præcipuus noster*

Aneurisma quid.

sermo est de aneurismate, sciendum est quod aneurisma est dilatatio propria, seu relaxatio vasis ipsius arteriæ: *aut* dispersio spiritualis materiæ sub carne per dissultationem sese diffundentis, distribuentisque. *Vel* est tumor blandus tactu, digitisque cedens, ex sanguine & spiritu contractus. *Fit autem aneurisma quando arteria conuulneratur, & incumbens ei cutis cicatricem quidem contraxerit, ipsum autem arteriæ vulnus incuratum manet, dum nec coaluerit, nec carne fuerit obstructum.*

Paulus lib. 6 c. 30. Aetius lib. 15. cap. 10.

Causa.

Accidit sæpissime mulieribus in partu propter violentam spiritus detentionem: sed & in capite circa arteriarum locos, & in reliquo corpore, vbi arteriæ vulnerantur: sicut quando imperiti medici venam cubiti secantes, simul subiectam arteriam dissecant.

Signa.

Signa aneurismatis sunt tumor patuus, *aut* magnus, concolor, citra dolorem, ad tactum mollis, spongiosam laxitatem præ se ferens: & ita ad digitorum compressionem cedens, *vt propemodum euanescere videatur: verum amotis digitis citissime reuertens: id quod in mente aneurismate, & reliquis, qui sine vulnere fiant, præcipue videre datur. At vbi arteriæ vulnus præcessit, & deinde coalescente cute vasorum dilatatio accessit, tumor non similiter mollis occurrit: sanguis enim copiosior spiritu est, qui in grumos coit, & tumorem extendit. Quod ad curationem attinet & prognostica, sciendum deplorata esse aneurismata apud chirurgos, quæ gutturi aut capiti accidunt: simul enim cum aneurismatis sectione, abundantissima sanguinis eruptio contingit: cum qua etiam vitalis spiritus simul erumpit, vt homo sæpe in medicorum manibus deficiat.*

Prognostica.

Quomodo autem aneurismata per sectionem curentur, docent Paulus lib. 6. cap. 37. & Aetius lib. 15. cap. 10. *Quod itaque in cubiti cauitate sit aneurisma, hoc modo per chirurgiam aggredimur:* primum *arteriam superne ab ala ad cubitum per internam brachii partem dilatam signamus:* deinde *in eadem interna brachii parte simplicem sectionem, tribus aut quatuor digitis infra alam per longitudinem facimus, vbi maxime ad tactum arteria occurrit; atq; ea paulatim denudata, deinceps incumbentia corpuscula sensim excoriamus, ac separamus, & ipsam arteriam cæco vncino attractam* 108
duobus filis vinculis probe adstringimus, mediamque inter duo vincula dissecamus; & sectionem polline thuris explemus: postea vero tumorem in cubiti cauitato, sino flexura secure secamus, nihil amplius verentes sanguinis eruptionem: tunc grumis euacuatis, arteriam vnde sanguis prodiit perquirimus, & repertam vncino attractam sicut priorem constringimus ac dissecamus, rursusque thuris polline sectione expleta, puris generationem procuramus. Quæ adaperta arteria fiunt, inquit Paulus, *prolixiores apparent, & in alto constituuntur: digitisq; impressis ceu strepitus quidam exauditur, cum nullus sonus in iis qui ruptura feruntur accepti, percipiatur: illi vero rotundi magis sunt, & per summa oboriuntur. Quæ igitur alas, inguina & ceruicē infestant* (loca eximiæ magnitudinis) *aneurismata curare propter vasorum amplitudinem non tentabimus. Quæ vero summas partes, artus vel caput affligunt, hac ratione aggredi conuenit. Si quidem ex arteria dilatata tumor obuenerit, cutim linea recta in longum incidemus: deinde diductis oris, sicut in vasorum dissectione dictum est, excoriantur, & scalpellis quibus membrana auelluntur circumpurgata arteria nudabitur: acu traiecta duobus funiculis deligatur, puncta prius scalpello per medium: vbi cum ambiens membrana vncta fuerit, curatione pus maturante vtemur, vsque dum funiculi exciderint. At si ex ruptura arteriæ creatum sit aneurisma, totum id, quatenus fieri licet, cum cute digitis apprehendendum est: deinde acu duplex linum trahente, inferius eo quod exceptum est transuendum. Et post acus traiectum ansulam forfice præcidere oportet, atque sic duobus filis hic illic tumorem deligare, veluti in staphylomate comprehensum est. At si metus sit ne fila circumuoluantur, altera etiam transmittenda est acus per totum, quæ priorem premat, similiter duo fila ducens: amputata ansula ex quatuor ita tumorem deuinciemus, vel tumore per medium adaperto post excretionem cutem adimemus, tam quæ ligata est relinquentes, ac splenium ex œnelæo imponentes, remediis in linamenta illitis vtemur. Cæterum ad gutturis aneurismata emplastrum è cupresso commode adhibetur: miro enim modo discutit ac sanat:* ℞. cupressi folia virentia in vigore, minutissime trita: *quibus adde vinum, quod à vinaceis post primi vini collectionem exprimitur, efficitque solida strigmenti crassitudinem; ac lo-* 109
co affecto impone, neque soluas nisi de tertio in tertium diem. Hæc de tumoribus præter naturam qui ex sanguine fiunt in partibus exterioribus. At de aliis qui in internis partibus fiunt, vti est vua, gurgulionisque inflammatio,

Curatio.

Emplastrum è cupresso.

matio, anginæ, pleuritides, *& alia inflammationes ex sanguine, de his cum alias dixerimus in* libris nostrarum Obser. medicinalium, *non opus est denuo de iisdem sermonem repetere. At quia Epinyctis pustula etiam Fernelio à sanguine fieri dicitur: quamuis alii eam ad bilem referunt,* vt Leonus: *ideoque nos antequam de biliosis tumoribus agamus, huic libro de sanguineis tumoribus & tuberculis finem imponentes, quædam hic de Epinyctide dicturi sumus.*

OBSERVATIO XV.

De Epinyctidibus.

PVSTVLAM valde rubentem quidam habebat in dorso, quadamtenus liuescentem, ad fabæ magnitudinem, quæ noctu admodum affligebat, ita vt anthracem fere esse timeret. quam quum spectassem, *Epinyctidem* esse intellexi. Nam Epinyctis Celso pustula est pessima, subrubra, quadamtenus liuescens, quæ noctu potissimum affligit. Sponte exulceratur: ex eaque subcruenta sanies emanat. Vnde & speciem habere cognoscitur (*vt annotauit Fernelius*) carbunculi, causamque similem, sed quæ nullius pestilentiæ particeps, lenior existat: quemadmodum & eius pustula carbunculo minor. Sic etiam Paulus *lib. 4. cap. 9.* de iis scribit: *Epinyctides vlcuscula sunt, sua sponte erumpentia, pustularum specie, & subrubra: quibus apertis, cruenta sanies defluit: per diem non magnopere excruciat; per noctem vero grauis magis quam pro ratione vlceris, dolor torquet.* Itaque *liquor silphii* aqua solutus imponitur. nam citra rosionem desiccat: aut *cicuta* in læuorem detrita inducitur: aut *brassica cruda cum aqua*, quam nos imponere mandaui-
110 mus, aut *apium cum polenta* trita applicatur, aut *alteri folia cum melle* pertrita admouentur, aut *solanum per se* & cum *coriandro viridi*: aut *oliua folia* vtitor cum *aqua coctis*: aut *vuæ acinis* exemptis, leues, splenio illitas imponito: vel adianthum ex melle tritum. Vitari debet acrium, acidorum, & salsorum esus, fomenta, balneum & insolatus. Talia aut similia in nostro ægro adhibuimus: sed & eidem quoque *decoctum fumiterra cum sero lactis, foliis sena, & epithymo* commode exhibuimus, adiectis syr. ex *infus. rosa. de fumoterra, epithymo*, & similibus. Sed brassica cruda contusa sola hic satis fecisse ad curandum hunc affectum visa fuit.

SCHOLIA.

Celsus lib. 5. cap. vltimo.

EX *genere pustularum sunt etiam* Epinyctides: *quæ grauiter in eminentibus corporis partibus oriuntur: differunt tamen, quoniam inter cæteras pustulas Epinyctis est pessima. Ea colore vel sublinida vel subnigra, vel alba esse consueuit. Circa hanc autem vehemens inflammatio esse solet: & cum adaperta est, reperitur intus exulceratio mucosa. Color est humoris subpallidus: dolor ex ea supra magnitudinem eius est: neque enim faba maior apparet: a Græcis ἐπινυκτὶς nomen impositum, quoniam fere noctu oritur, & magis infestat: Ab Arabibus* (teste Manardo) essere vel saire, *ab ipso Plinio* pustula lucens *vocatur. In omni pustularum curatione* (inquit Celsus) *primum est multum ambulare, atque exerceri: si quid ista prohibet, gestari. Secundum est cibum minuere*

Signa.

Esserc vel saire: pustula lucens.

Curatio.

abstinere ab omnibus acribus, & extenuantibus: eadem nutrices facere oportet si lactens puer ita affectus est. Præter hæc, is qui iam robustus est, si pustulæ minutæ sunt, desudare in balneo debet: simulque super eas nitrum inspergere oportet, oleoque vinum miscere, & sic inungere. Quod si manus pustularum genus occupauerit, imponenda lenticula est, detractaque summa pellicula ad medicamenta leuia transeundum. Facit ad epinyctidas & phlyctænas hoc quod habet argenti spumæ, sulphuris ignem non experti parem portionem: *cum aceto applicatur. Bene facit tum his, tum calidis eruptionibus, & papulis feruentibus glyscentibus, capitis vlceribus, furunculis incipientibus, & adustis, medicamentum quod ex ouis præparatur:* ℞. ceræ tractæ ℥ vi. rosacei lib. j. ß. argenti spumæ, cerusæ ana ℥ ij. amyli ℥ iij. oua num. v. aquata: *confice secundum artem. Epinyctidi medentur* brassicæ, *vel* solani, *vel* hyoscyami, *vel* rhamni folia cum melle imposita, & plantago trita, *&* centaurium viride, & vua passa cum ruta, cucumeris satiui folia cum aqua. *Item calx cum oleo ad mellis compagem subacta, & imposita. Hæc de tumoribus præter naturam sanguineis dicta sufficiunt: quibus hunc primum librum finiamus.*

Ex Paulo. 111

Aetius.

Finis Libri Primi Obseruationum Chirurgicarum.

OBSERVATIONVM ET CVRATIONum Chirurgicarum, Liber Secundus. 112

DE TVMORIBVS PRAETER Naturam;

D. PETRO FORESTO Alcmariano, Auctore.

OBSERVATIO I.

De Erysipelate.

VIR ille qui in crure erysipelate satis legitimo laborabat, à Betto hoc modo Bononiæ curatus est. Dedit eidem pro purgatione sequens: ℞. *mucchari rosa.* ℥ ij. *aqua end.* ℥ ij. optime soluebat: applicabat *solanum, semperuiuam & portulacam*, trita: vel succos eorum, cum peciis. Sed & hoc pro arcano accepimus: si *sperma ranarum* in ipso Martio collectum in alembico destilletur: & ille liquor destillatus cum peciis lineis applicetur erysipelati, egregie prodesse. Benedictus præceptor meus in erysipelate, si tumor adesset, sanguinem emittebat è basilica: at si œdema in erysipelate adesset, sicut contingit hydropicis, quorum crura œdemate afficiuntur, à phlebotomia cauere iubebat, ne hydrops subsequeretur, & tandem causa perditionis ægrotanti foret. Si autem erysipelas esset absque tumore tantum cuti inhærens, à phlebotomia abstinebat. indicatur enim ex hoc cholerã potius peccare, sanguine quidem pauco permixto. Quod si sanguis nõ peccãs euacuetur,

tunc bono euacuato, malum detelinquetur: quo
fit vt adaucta materia cholerica vlceretur erysipe-
las, quod maxime cauendum in cura erysipela-
tis. Si igitur sine tumore est, hac medicina vten-
dum, cum non opus est ita digestione: ℞. *cassia
recenter tracta* ℥ j. *elect. succi rof.* ℥ j. ß. *cum aqu. end.*
fiat potio. Ab euacuatione statim alterandum
est. Quemadmodum & ego istis diebus in iuue-
ne bilioso in crure habente erysipelas satis pu-
rum, vsus sum: ℞. *syrup. rof. de succo end. de succo ace-
tos. ana* ℥ ß. *aqu. plantag. rof. ana* ℥ j. misce. nam &
styptica cum refrigerantibus conueniunt: impe-
raui igitur vt à vino, carnibus & ouis in totum ab-
stineret: itemq; à coitu, exercitio inflammante, à
rebus piperatis, alliis, cæpe, & similibus. Deinde
hæc apposui: ℞. *suc. plantag. solatri, semperuiui ana*
℥ vi. *aqua rof.* ℥ iij. misce. cum peciis infusis appo-
ne. Vnice cauendum ne succos addamus emol-
lientium sua humiditate, vt est *lactuca* aut *malua*:
quoniam sui emollitione timendum esset ne ery-
sipelas ad suppurationem verteretur, quæ est via
ad vlcus. Quapropter semper à principio stypti-
cis vti debemus: & hanc cautionem maxime ob-
seruare, quod cum dilutæ peciæ super membrum
erysipelatosum incipiant calefieri, statim eas a-
mouere oportet, ne ab illis reuerberata caliditate
ad membrum, concrescat erysipelas. Cauendum
quoque, ne calore membri attrahente ad se pe-
ciam illam, & eam exiccante, pecia illa adhæ-
reat erysipelati, quoniam in ipsius ablatione pos-
114 set erysipelas vlcerari, quod magnopere timen-
dum est. Præceptor meus valde *atramentum* com-
mendabat, si eo erysipelas intingeretur, ob fri-
gida & styptica ingredientia atramenti. vel inun-
gebat *peciam vnguento de cerusa*, & apponebat, vel
℞. *vng. de cerusa* ℥ vi. *succi plantag.* ℥ ij. *aqu. rof.* ℥ j.
misce, & eo extenso supra peciam, erysipelati ap-
ponatur. Vel hoc quod sequitur, valens in aug-
mento: ℞. *litharg. argenti* ℥ vi. *succi plantag.* ℥ iij.
ol. rof. ℥ ij. *aceti optimi* ℥ j. *misce.* & omnia in morta-
rio plumbeo bene ducantur, quousque fiat *vngu.
participans de colore plumbi.* de quo vnguent. exten-
so supra peciam ad quantitatem sufficientem ap-
pone, hæc quidem permutando mane & vesperi,
secundum quod oportet, donec certus fueris de
augmento & statu eiusdem. At cum declinare
cœperit, quod cognosces ex mutatione coloris ad
album colorem vel rubeum; tunc temporis siste
gradum ab applicatione frigidorum, quoniam il-
lis adducere potes patientem ad alterum duorum
inconuenientium, vel ad carnis mortificationẽ,
vbi appareret color ipsius rubeus obscurus, & sic
esset periculum ne cum infrigidantibus ipsis ery-
sipelas ad esthiomenum duceretur. tunc refrige-
rantibus relictis, apparente altero illorum colo-
rum, quemadmodum nuper etiam mihi vsu ve-
nit, mane & vesperi locum hoc fotu fouebamus:
℞. *flor. chamomill. meliloti fœnugraci ana m. ß. bulliant
in s. quant. aqua.* & facta quotidiana hac fomenta-
tione cum pecia madefacta in dicto liquore, ab-
luatur locus cum modico vini albi odoriferi cali-
di. hoc enim est quod prohibet futuram membri
mortificationẽ ex erysipelate, Si vero color mem-
bri cœperit albus apparere, caue ab infrigidanti-
bus, ne neruis tremorem inferant vel spasmum,
cum frigidum inimicum sit neruis.

SCHOLIA.

D*icturi nunc sumus de tumoribus biliosis: ad quos* 115
pertinent & illi tumores erysipelatosi, quos Herpe- *Biliosi tu-*
tas *vocant: quorum species sunt duplices,* miliares *scili- mores.*
cet, & exedentes, *quos Græci* ἐσθιομένους *appellant. V-
tramque speciem Auicennæ interpres* Formicas *vocauit:
sed eas cum verrucis illis, quas Græci* Myrmecias, *Latini*
Formicas *vocant, nominis similitudine deceptus, eo-
dem capite turpissime commiscuit. Eosdem herpetas Cel-
sus sub* ignis sacri *nomine videtur comprehendisse: Re-
centiores eos inter pustulas* (vt loquũtur) *cholericas ad-
numerant. A bile etiam proueniunt* phlyctænæ *à Græ-
cis vocatæ, de quibus agit Auicennas* cap. de vesicis &
inflammationibus. *item* hydroa, *Latinis* sudamina,
à Rhase albasaphum, ab Auicenna planta noctis *voca-
ta: vulgares* Fersadure *apud Italos vocant. De quibus
omnibus ordine agemus, initium sumentes ab ipso erysipe-
late. Tametsi pituita in generatione humorum, sangui-
nem consequatur, maiorque eius humoris portio sit in
corpore, secundum sanguinem, quam aliorum humorum:
quia tamen tumores præter naturam à bile procreati* (*qua*
apostemata cholerica *communiter vocant*) *in valde
multis conspirant cum sanguineis: consequens est post de-
terminationem phlegmones, & aliorum qui à sanguine
fiunt, tumorum præter naturam consistentium, de iis nunc
dicamus, qui à bile excitantur, & nomine communi E-*
rysipelata *vocantur Græcis, Latinis vero antiquioribus*
ignes sacri, *vt diximus. Est igitur erysipelas biliosæ flu- Erysipelas
xionis germen, circa cutim vtramque quam maxime con- quid.
sistens; & eam scilicet, quæ foris est, omnium partium
commune tegumentum, & membranosam illam ac te-
nuem qua singulis internarum est circumdata. Nonnum-
quam vero & aliquod quoq; subiectæ sibi carnis occupat,
sicuti & phlegmone* (*quæ fluxionis sanguineæ soboles est, in
carnosa corpora maxime incidens*) *etiam cutis ali-
quid apprehendit. Itaq; cum flaua bilis vere tenuis, vel
sanguis feruens & consistentia tenuis* (*qui recentioribus*
cholera *dicitur naturalis, Galeno vero* χολὴν ξανθὴν) *per
solam cutem diffusus fuerit, nihil inferiorem carnẽ mole-
stans: particulam tamen in tumorem aliquantum attol- Erysipelas
lens, cũ inflammatione & rubore in flauum clanguescente, exquisitũ.
ac protinus ad tactum euanescente, affectus hic priuatim* 116
ac proprie Galeno, verum *atq;* exquisitum erysipelas
nuncupatur. Hoc autem vnius rationis est, seu (vt dicũt)
vniforme, & absq; vlceratione incidit: Auicennas Spinã *Spina.*
*vocauit. Cum vero amara bilis succus crassior acriorq;
quam pro naturæ modo redditus fuerit, summam cuticulã*
(*quam* epidermida *Græci vocant*) *exulcerat, excoriatve:
atque aliquando cutis exulceratio spacio temporis ad pro-
fundum peruenit, ita vt inferiorem seu subiectam carnem
attingat. Nuncupaturq; tunc eiusmodi affectus etiam E- Erysipelas*
rysipelas: *sed cum vlceratione, quod* (Galeno autore) *cum vlce-
eiusdem generis est cum Herpete. Verum enimuero, si nec ratione.
plane biliosa nec sanguinea fluxio sit, sed ex ambabus mix- Erysipelas
ta, non iam tantum erysipelas, sed* dispositio permixta *non legiti-*
erysipelate atque inflammatione *nominatur Gale- mũ, & eius
no. Ab eo autem quod in mistura exuperat, nomen vitio species.
indetur*

Phlegmone erysipelatodes.

indetur. Etenim vbi sanguis praecellit, Phlegmone erysipelatosa dicetur: vbi vero flaua bilis praepollet, Erysipelas phlegmonosum appellabitur: verum vbi neutram vincit, & aequalia vtriusque apparuerint accidentia, tunc vtrimque id Phlegmones erysipelatosque medium vocabitur. Iam vero & aliarum mixtionum similis vtrique erit interpretatio: nempe si multa bilis pauco humori pituitoso aut atrabilario remisceatur, erysipelas oedematosum, vel scirrhosum dicetur. Erysipelas igitur non longe à phlegmone abest, quod ex bilioso succo, seu ex feruente & tenui sanguine nascitur. A phlegmone tamen differt, primum colore, qui rubens in phlegmone, pallidus flauusque in erysipelate conspicitur. Praeterea magnae phlegmones pulsatio est proprium symptoma, quippe quae alte magis in corpus demittitur: erysipelas vero in cute potius consistit quam alte descendit; tenuis namque substantiae est pallidae bilis humor: itaque facile ad ipsam cutim transfluit, carnosis raris corporibus transmissus. Causas autem propter quas erysipelas nascatur, altius repetendo ostendemus. Triplex est a venarum concoctione excrementum, vnum amara bilis, alterum nigra, tertium serosum. Biliosum quidem vesica, quae iecinori subest, expurgat: melancholicum lienes: serosum renes. Parum commode purgantur horum singula, vel ex debilitate propriorum instrumentorum cuiusque, vel vim quomodocunque obstructis. Cum autem haec duplices sint; alia per quas trahitur supernacuum, alia per quas emittitur, in vtrisque, saue separationis oberit angustia.

Erysipelas phlegmonodes.

Medium vitium.

Cap. 14. Method. c. 2.

Causa.

Galen. de sympt. causis 3. cap. 2.

117 aliquando horum nullum est in culpa, sed excrementi multitudo, cum immodica est, nec tota simul expurgari potens, vna cum sanguine per totum corpus defertur. Hanc immodicam excrementi vim, duplices causa pariunt, alteratrix facultas parum commode se habens, & ciborum vitium. Ac laedendae quidem virtutis, particularis intemperies est causa. Ciborum vitium cuique excremento respondet suum. Alij namque magis melancholica natura sunt, alij magis aquosa, alij magis biliosa. Sed & alteratricis potentiae intemperies, quae ad calidius sit versa, alias biliosum, alias melancholicum efficit excrementum. ad frigidius vero mutata, vel pituitosum vel aquosum facit excrementum & singula excrementa, propria symptomatis species comitatur: nam pituitoso excremento in toto corpore sparso succedit hydrops, leucophlegmatias dictus: cum vero in vna corporis particula insedit tumor, tunc ille oedema Graece dicitur. Si vero serosa excrementa redundant per vniuersum corpus, tum ascites vocatus hydrops succedit: si in aliqua parte, papularum prouentus. Nigram bilem in toto quidem corpore, elephantia, in vna quapiam particula, cancer comitatur. Amaram denique bilem, cum illa vniuersim in corpore redundat, regius vocatus morbus, cum vnam quampiam particulam obsidet, erysipelas, & vlcera serpentia insequuntur. Sed vt & haec ipsa manifestiora adhuc euadant, sciendum est, cum simpliciter bilem dicimus, vel biliosum humorem, more Galeni & aliorum medicorum, nos intelligere pallidam bilem, seu flauam & amaram, non autem acidam & nigram. Haec autem naturalis cholera, & certa, alijs nominatur, ex sanguine quidem tenui & feruente generationem obtinens. Atram vero bilem numquam absolute bilem nominamus, sed semper cum adiectione humoris, appellationis colorem adiungimus. Est igitur bilis, quae χολὴ

Bilis.

Graecis dicitur, vulgo autem Cholera, humor calidus & siccus, ex tenuiori & calidiori parte chyli, vel ex sanguine tenui & feruente, vt modo diximus, procreatus. Haec autem duplex est, iuxta neotericorum diuisionem naturalis scilicet, & non naturalis. Naturalis, est humor calidus & siccus potestate: substantia quidem tenuis, colore vero flauus, aut ruber, declinans ad quandam citrinitatem seu flauitiem: sapore vero exacte amarus, non autem acutus siue acris, vt quidam male affirmarunt. Non naturalis vero bilis dicitur, quae à praedicto humore vere bilioso degenerat, intra terminos tamen suae latitudinis continetur: quos si egrediatur, non tam bilis, sed alius humor reputabitur. Hoc autem (bilem, inquam, egredi limites suae latitudinis) contingit bifariam: vno modo (vt sic dicatur) per se & in se: altero modo, per admixtionem. Per se, & in se, adhuc dupliciter: vno modo, quando bilis illa naturalis, putrescit, & aduritur, & talis dicitur adusta per putrefactionem: altero modo, quando bilis non naturalis, vitellina dicta, igneo calore percoquitur in hepate, aut in ventriculo, aut in venis & efficitur porracea, quam etiam prasinam vocant, vel aeruginosa, quae extreme quidem malae sunt. Per admixtionem vero bilis efficitur non naturalis, seu praeter naturam, cum alius humor illi extrinsecus accedit. Et hoc quidem fit multifariam: Nempe si phlegma tenue & aquosum illi admisceatur, citrina seu crocea efficitur; si crassum & viscosum, vitellina: si vero melancholia adusta illi permisceatur, efficitur bilis adusta per admixtionem. Et sic, iuxta Auicennae placitum, sex sunt species bilis non naturalis: apud Haliabbatem vero quatuor duntaxat. Nullam enim prorsus mentionem fecit de duabus speciebus adustis. Galeno autem libro secundo de virtutibus naturalibus, nulla bilis praeter naturam esse dicitur, praeter vitellinam, quae ouorum vitellis, tum colore tum crassitudine est adsimilis. Siquidem porraceam & aeruginosam ex prauis ac corruptis humoribus, propter quorundam esculentorum aut olerum cruditatem, qualia sunt beta, caepa, brassica, saepenumero in ventriculo ait generari. Atque etiam interdum talibus nequaquam ingestis, ratione aegritudinis aut malae alicuius dispositionis in venis ipsis generatur. Ex his itaque colligitur, quatuor species seu differentias inflammationum (quae vulgus cholerica apostemata vocat) ex bile ipsa generari. Nempe ex bile vera, syncera & laudabili quam tenuem feruentemque sanguinem appellamus) procreatur ea species inflammationis, quae Galeno verum atque exquisitum erysipelas appellatur, libro secundo ad Glauconem quod tantum cutis solius passio est, Graecis autem ἄκρειβὴς ἐρυσίπελας. Ex bile vero non naturali, & aliis humoribus permixta, tres aliae nascuntur differentiae, videlicet erysipelas phlegmonodes, erysipelas oedematodes, & erysipelas scirrhodes. Ex bile autem quae praeter naturam ex adustione facta est, pro ratione tenuitatis aut crassitiei substantiae ipsius, generantur vel herpetes esthiomeni, id est, exedentes, (qui eiusdem generis sunt cum erysipelate, quae cum exulceratione incidunt) vel phagedaenae, (quae cum cute pariter subiectam carnem altius erodunt) & exulcerati cancri, aliaque eiusmodi erodentia, & cacoëthe, id est, maligna vlcera, quae pustulae corrosiuae recentioribus chirurgis

Bilis flaua duplex.

1. Naturalis.

118

2. Non naturalis.

Bilis duobus modis desciscit à sua natiua.

Vitellina ex mente.

Bilis porracea.

Aeruginosa

Crocea bilis.

Vitellina ex admixtione pituitae.

Auicenna.

Hali.

Porracea bilis quomodo gignatur.

Quatuor inflammationum differentiae ex flaua bile oriuntur.

119

Verum erysipelas.

Tria erysipelata illegitima.

Herpes exedens.

Phagedaena.

Cancri exulcerati.

Chirurgis dicuntur. Itaque tenuißimus quidem in huiusmodi humoribus, est is, qui exulceratum herpetem excitat: craßißimus, qui cancrum: proximum deinde locum occupat, quod ad craßitudinem attinet, qui phagedænas creat, vt libr. 14. Method. med. *Galenus annotauit. Causa veri erysipelatis, vti & phlegmones veræ, sunt tres,* prægressæ *quæ & primitiuæ dicuntur:* antecedentes, & coniunctæ. *Cæterum raro fit erysipelas à causa prægressa: frictiones tamen violentæ, insolatio & admotio medicamentorum attrahentium, ipsum nonnunquam excitant. Fernelius* libr. 7. cap. 2. de exter. affect. & pustulis à bile: Erysipelas, *inquit*, ardor est vehemens, per corporis summa diffusus. *Nec tumorem manifesto exuberat, nec partem attollit aut distendit, nec penetrat in subiectam carnem, sed late diffunditur, nulla collectione circumscriptum. Quamcumque partem prehendit, vehementer mordicat & vrit: color inest ex rubro flauescens, qui pressus subterfugit, moxque redit. Dolor nec pulsans nec admodum vehemens est. Quum fluxio excutitur, horror quidem, ac dein febris, hominem adoritur: ac sæpe eum in crura irruit, ab inguinis tumore initium ducit. Serpit id quidem herpetum more, atque priori derelicta sede, in vicinas partes sensim obrepit. Est autem duplex:* vnum, *quod* simplex erysipelas *Celso appellatur, solo rubore & ardore molestum.* Alterum, *quod eidem* Sacer ignis *& alius* ignis proserpens *vocatur, quod tunc vehementius est & calidius, cum acribus quibusdam topicis intempestiue aut sine iudicio adhibitis materia biliosa acrimonia irritatur: & tunc merito, inquam, hæc secunda species* Celso sacer
120 ignis *nuncupatur: estque* exulceratum erysipelas. *Huius duæ species sunt:* vna, *qua summa cutis sine altitudine exulceratur; in qua & crustulæ instar furfuris excitantur:* altera, *cuius exulceratio altius in cutem penetrat; è qua, ruptis pustulis, sanies exit. Simplicis erysipelatis origo est è feruente tenuique sanguine, qui* biliosus *appellatur. Exulcerati vero ex eo, cui bilis superuacua, eiusque incalescentis, nonnihil sit admistum. Is è venis tenuioribus propulsus, nequaquam in carne subsistit & hæret, sed tenuitate in cutem fertur & euolat, qua densior & compactior hunc retinet cohibetque. Quumq; tenuis sit humor, facile dispergitur, neq; in conspicuum tumorem se attollit. Genus hoc vniuersum exquisitum est erysipelas: quod vero* phlegmonodes *appellatur, tumentius quidem, sed minus feruidum existit, multoque minus* œdemarodes. *Barbari autem, vt Valesius,* erysipelas apostema cholericum *vocant, in superficie corporis generatum, quod pilis quasi adhæreat, & propriam paßionem cutis esse voluit. Vnde & Auicenna dicebat* fen. 3. 4 cap. proprio, *quod erysipelas non sit nisi in eo quod apparet de cute. & de causis veri erysipelatis agens* 2. primi cap. 5. *est cholera rubra pura, & istam vocat primo causam* (cap. de qualitate generationis humorum) *spumam. Galenus* 2 ad Glauc. cap. 13. *ex cholera subtili bulliente fieri asserit, vel sanguine tenui feruescente bilioso. Vnde & Lanfrancus dicebat:* Si sanguis tenuissimus in substantia & feruens in qualitate, currit ad aliquem locum, facit inflationem latam & rubeam, sparsam in membro in superficie, quæ vocatur erysipelas. *Sed hæc pauca etiam de signis adtexisse sufficit, de quibus Scholio sequenti latius.*

Causa veri erysipelatis.

Fernelius.

Simplicis erysipelatis origo.

Causa exulcerati erysipelatis.

Valesius.

Auicenna.

Observatio II.

De erysipelate puro.

VIr quidam Delphensis, cum legitimo satis erysipelate laboraret in crure, illi post exhibitum infusum *rhabarb. cum sero lactis, & syr. violaceo, terram cimoliam ex furno cum butyro*, instar pultis mixtam circa suram apposuimus: & statim erysipelas curatum est. Sed & hoc tempore, cum 121
hæc colligerem, Iodoca seu Iusta Teylingia, cognata mea, annorum 20. erysipelate legitimo in crure sinistro circa talum, sursum ad suras ascendente correpta est, 18. die Iunij, anno 1570. cum dolore. Legitimum fuisse erysipelas ex signis propriis facile collegi: Color enim aderat ex rubro flauescens, qui pressu digiti subterfugiebat, & mox redibat. Ad hoc curandum epoto hoc pharmaco, quinquies aluum deposuit: ℞. *folior. senæ* ʒ iij. *sem. anisi* ʒ ß. *infunde in* ℥ v. *decoct. communis, facta ebullitione leui & fortiß. express. add. syrup. ex infus. ros.* ℥ j. *misc.* Cruri autem apposuimus pultem ex *lacte* & *pane siligineo* contrito, & puluere *terra illius chimolia*, quæ exterius furnis circumducitur, estque *grisea*, & vocatur apud nostrates vulgari nomine *Cley*. cum ter quaterue hoc emplastri modo apposuissemus, dolor sedatus est, & rubedo euanuit, & ab erysipelate statim curata est. Venit & hic mihi in mentem illius Cyriaci Matthæi, qui in balistario Delpheosi anno 1569. ipso 12. die Octobr. erysipelate fere legitimo, quamuis ad phlegmonodem accederet, corripiebatur in collo, qui & ad humerum tendebat. Ad hunc cum accitus essem, & rubedo adesset, licet leuis, & quasi febris pestilentialis dolorem illum consequeretur, statim sanguinem detrahere iussi ex vena cephalica in brachio sinistro, nam sinistram partem colli, tum humerum sinistrum, tumor ille latus occupabat. deinde iulebum sequentem propino: ℞ *syrup. de limonibus* ℥ j. ß. *aqua cicorea, end. betonica ana* ℥ j. *misce.* Die autem sequenti hoc sequens decoctum præscripsi: ℞. *folior. senæ* ℥ ß. *rhab. selecti* ʒ j. ℥. infunde *in* ℥ ix. *decoct. communis*, per noctem. facta prius ebullitione & fortiss. express. add *syrup. de limonibus* ℥ j. ß. *syrup. viol.* ℥ ß. misce pro duabus dosibus. Sumpsit tantum vnam, & quinquies aluum deposuit. Deinde ex terra chimolia in parte externa furni collecta, & 122
cum butyro trita, instar pultis apposita curatus est: hoc enim arcano etiam plures alij ex erysipelate phlegmonoso curati sunt per me. Verum cum in hoc Cyriaco non purum omnino esset erysipelas, ideo quoque sanguinē probe detraxi, sed in præcedentibus, magis puro & legitimo erysipelate laborantibus, id non feci. At alij quoque nonnulli hoc sequenti experimento vsi sunt, tam ad erysipelas purum quam impurum & illegitimum, seu erysipelas phlegmonosum: quod constat ex *vitellis ouorum duris, & sale contritis.* Hoc enim modo Petrus Wittius ille Delphensis, qui postea hydrope obiit, cum in crure erysipelas phlegmonodes haberet, curatus est: & similiter vxor eius, ante illum eodem malo correpta, sanata est: tum

postea

postea alij quam plurimi per eandem vxorem
hoc solo remedio conualuere; vt ipsamet mihi
retulit.

SCHOLIA.

Signa. *SVa signa hæc passio habet: est enim multo* (vti dixi-
mus) *inflammatione calidior; magisque colorem*
Gal. 2. ad *flauum repræsentans: & si tetigeris, facile sanguis subter-*
Glauc. ca- *fugit, rursusque illabitur, exquisite tenuis, & aspectu*
put. 2. *rubidus: non tamen dolet hoc veluti inflammatio, neque*
vt aliqua inflammationis species pulsum aut compressio-
nem aut tensionem inuenies similem: sed quandoque val-
de parum infestat, ac tum præsertim quando per solam
cutim diffusum fuerit (vt in cognata mea) *nihil infe-*
riorem carnem molestans, & tale sæpius accidit. atque
hoc est exquisitũ erysipelas. Quod si autem bilis cum san-
guine mixta fuerit, erysipelas phlegmonosum *vo-*
catur, vt erat in Cyriaco. *nam postea cum videretur*
curatus, ita vt solus chirurgus illum tractaret, febre iam
omnino amota, nescio qua incuria post aliquot dies reci-
diuam passus est & factus est abscessus in collo; à quo ta-
men euasit. Cæterum cum de vero erysipelate nobis sermo
sit, hic primum de signis & indiciis eiusdem agamus. Signa
itaq; & indicia (vt & Tagautius annotauit) *vera at-*
123 *que exquisiti erysipelatis sumuntur ex collatione ipsius ad*
De signis *phlegmonem,* iuxta Galeni doctrinam 14. Method.
& indiciis medendi, & 2. ad Glaucon. *ex quo aperte colligitur*
veri ery- *verum ac legitimum erysipelas veluti quandam speciem*
sipelatis. *esse phlegmones, id est inflammationis generaliter acce-*
Nota erysi- *pta. Notæ igitur erysipelatis sunt,* color aspectu rubi-
pelatis. dus, in flauum elanguescens, qui (*rubor inquam*
1. Rubor fla- *flauescens*) ad tactum, hoc est, digitorum appres-
uescens, ad sum facile subterfugit, rursusque illabitur. Tu-
tactum sub- mor exiguus, in cute potius consistens, quam alte
terfugiens. descendens. Calor vehemens, febrem excitans
2. Tumor maiorem ea quæ ex phlegmone accẽditur, si qui-
paruus. dem calidius multo est erysipelas, quã phlegmo-
3. Calor ve- ne. Pulsatio (quæ magnę phlegmones proprium
hemens. est symptoma) non admodum fortis Dolor mor-
4. Pulsatio dicans & pungens, nullam (vt in phlegmone cõ-
exigua. tingit) inuehens tensionem, *& si qua sunt alia bi-*
5. Dolor pũ- *lis dominium significantia. ita quoque &* Neoterici, *vt*
ctorius. *Valescus, signa erysipelatis secundum Auicennam ponunt,*
quæ etiam ipse ex 2. ad Glauc. à Galeno *excepit.* cap 4.
quia adest calor & rubedo, tendens ad citrinitatem: & si
rubedo tangatur digitis, euanescit, & statim reuertitur,
eo quod materia sit subtilis: nec est tantus dolor sicut in
phlegmone, nec tanta eleuatio, imo vix transit tumorem
cutis. Est tamen ille dolor pungitiuus & mordicans, non
extendens sicut in phlegmone; nec est tanta inflatio seu
pulsatio sicut in phlegmone, nec tensio, nec profundatio;
imo mollis inuenitur, quando in sola cute expanditur hu-
mor, non lædens suppositam carnem; & cum ea adest ma-
Prognosti- *gna sitis & febris. Quod ad* præsagia *attinet, bona esse*
ca. *non possunt, quando erysipelas caput aut ceruicem occu-*
pat, nam imminet periculum, vt nisi efficax consequatur
auxilium, interim affectos strangulet. item si osse denu-
dato, circumstans caro erysipelate prehendatur, malum:
significat enim cõfluere sanguinem calidiorem, & flauam
bilem quæ adiacentes carnes sua acrimonia exedit & ab-
Hippoc. 7. *sumit. Pariter certum est,* erysipelas esse malignum,
aphor. 19. quando suppuratio, aut putredo ipsum consequi-
tur. *Quod erysipelas deleteũ sit in pulmonibus, in hepate,*
& huiusmodi visceribus, nec non in vtero grauida mu-
lieris, lethale. Erysipelas externum effusum verti intror-
sum, non est bonum; ab interioribus autem foras, bonum. 5. Aph. 43. 6. Aph. 25.
Errant igitur Medici, qui erysipelas extra in cute apparẽs, 124
intempestiue per frigida & reprimentia medicamenta ad
interiora, & partes principales propellunt, cum melius sit,
erysipelas, aliudq; quodcunq; malum, in externis esse cor-
poris quam in internis. Quod ad indicia erysipelatis quoq;
attinet: Primo dicit Auicenna, vt etiam citatur à Valesco
cap. proprio, quod ex caliditate erysipelatis com-
buritur cutis, & virulentia vesicat ipsam cutẽ, hoc
autem non fit in phlegmone, nec in vero erysipe-
late. *Secundo, dicit:* si accidat erysipelas à fractura Auicenna.
ossis sub cute, est malum. *Tertio idem Auicenna di-*
cit, quod interdum accidit erysipelas in facie, &
incipit à lepore nasi, *&* augmentatur apostema, &
expanditur in facie tota, *Quarto,* in erysipelate pu-
tredo aut sanies, malum. *Quinto.* vt plurimũ ery-
sipelas terminatur per euacuationem insensibilẽ:
& si non cito facit sanum, quæ ægritudo est mul-
tum acuta. *Ex quo loco Tagautius & sua indicia acce-* Indicia ex
pisse videtur, cum sic scribat Quod ad indicia pertinet, e- Tagautio.
rysipelas vt plurimum faciem prehendit: incipitq; maxi- 1.
me in ea nasi parte quæ vulgo lepus appellatur. Deinde mox
in faciem totam expanditur: gemina quidem occasione:
nempe ob faciei raritatem, & ipsius bilis tenuitatem. In
ossis autem excussione seu denudatione erysipelas superue- 4.
niens, malo est, vt scribit Hippoc. aphor. 19. libr. 7.
hoc est symptoma prauum est si osse nudato caro circum-
stans ab erysipelate occupari videatur. hoc autem, Gale-
no teste, *rarissime accidit, Rursus sequenti aphoris. scri-* In commen.
bitur ab eodem Hippocrate, Quod ab erysipelate pu- prædicti
tredo aut suppuratio, malum. *Hæc enim* (inquit aphor.
Galenus) *numquam erysipelatis superueniunt, nisi val-* 3.
de malignis. Verum ac legitimũ erysipelatis superueniunt,
nisi valde malignis. Verum ac legitimum erysipelas qua- 4.
tuor habet tempora, vti & alii præter naturam tumores.
Horũ autem signa ex præcedentibus sunt requirenda. Ex- 5.
quisitum erysipelas raro terminatur suppuratione, sed ma-
gna ex parte insensibili transpiratione seu resolutione. In 6.
erysipelate quædam interdum contingunt symptomata,
quæ nonnumquam magnitudine ipsius morbi causam ex-
superant, atq; ideo curandi rationem interpellant: hoc est,
curationis ordinem euariant, peruertuntque, vt etiam in 7.
præcedente libr. de phlegmone dictum est. *Ad* Erysipelas
hæc, erysipelas motum sequitur tertiana febris: nam ad eius sequitur
materiam quandam habet analogiam, vtriusque enim motum ter-
materia est humor biliosus. Cæterum erysipelas ab exterio- tiana fe-
ribus versis ad interiora non est bonum, ab interioribus au- bris.
tem ad exteriora, bonum, vt ab Hippoc. scriptum est 8. 125
aph. 25. lib. 6. *Erysipelata vero, quæ capiti oboriuntur,*
plus facessunt negotii, adeoq; (vt Paulus ait) *periculosa* 9.
esse solent, vt nisi efficax consequantur auxilium, inter-
dum affectos strangulent. Scribit etiam Hippocrates le- 10.
thale esse, si erysipelas sit in vtero mulieris pgnan-
tis. *Facto enim sic in vtero erysipelate, fœtus ex necessita-*
te moritur. Siquidem acutæ febres (vt Galenus ait in
Commentario) *sæpe eum* (*nempe fœtum in vtero ma-* Canones v-
tris) *citra inflammationem interimit. Cæterum ante cu-* niuersales
rationem particularem hic authores canones aliquot vni- ante cura-
uersales præponunt: & primus hic est positus à Galeno 14. tione parti-
Method. capit. secundo, quod vniuersalis materiæ culare præ-
mittinat.

purgatio

purgatio prius sit exequenda: nam si purgetur membrum, mox ad suam qualitatem reuertetur. *Secundus canon est*: cum erysipelas non tantũ quantitate, sed etiam qualitate bilis generet incensionẽ nimiam, ideo oportet magis infrigidare, quam in inflãmatione aut phlegmone. *Tertius*: refrigeratio tamen facta cum frigidis & repercussiuis non in omni loco fieri potest secure, neq; cholera rubra à membro ignobili ad nobile ꝓpelli debet aut deriuari, vt Galenus loco citato explicauit. *Quartus canon est eiusdẽ Galeni loco iam dicto*. Sicuti phlegmoni repercutientia non sunt imponenda, nisi prius purgato corpore toto: ita neq; erysipelati applicãda sunt. *Quintus*, & quemadmodum in phlegmone fit phlebotomia, ita in erysipelate conuenit pharmacum. *Sextus*: *ist. Galeni 6 Artis paruæ*: necesse est vt erysipelas non maturetur: sed refrigeretur. *Septimus ibidem*. nec nocet aqua frigida erysipelati, si purum sine alterius commixtione sit: sed eius potario est cura illius. *Octauus*: ista apostemata, id est, erysipelata, calidiora sunt, quia de cholera rubra facta: quare oportet in ipsis magnam refrigerationem facere. 13. art. par. *Nonus*: in puro erysipelate refrigerandum est membrum donec color apostematis mutetur: & mox vt colorem amittit, euadit vel quiescit. *Decimus*, *& est Auicennam 3 quarti cap. de cura erysipelatis*, & oportet vt in frigidatio eius in principio sit fortis stypticitatis, adeo vt forsitan augmentetur eius stypticitas super ipsius frigus: sed circa statum sit frigiditas ipsius vehemen-
126 tior stypticitate. *Vndecimus ibidem*: *& est quoq; Auicenna*: & caue ne denigretur membrum & fuscum fiat, & incipiat peruenire ad viam corruptionis: & tunc remoue infrigidationem & stypticitatẽ. Istis præhabitis facile innotescit particularis curatio ex Neotericis, qui barbarã sequuntur medicinã. *Vnde & Valescus cap. proprio dicebat*: Particularis curatio erysipelaris est, vt in principio fiat purgatio materiæ calidæ cholericæ seu biliosæ cum decoct. flor. viual: ũ & prun. in qua dissoluatur oxyphœnicon, cassia fistula, manna granata, vel rhab. vel elect. de succo rosſ vel myrob citr & fiat phlebotomia, si expedit: maxime si erysipelas est cũ tumore: *sed de hac Scholio sequenti latius*: & præscribatur à principio victus ratio quę febricitantibus conuenit, vt est auenatum, hordeatum, ius parui pulli cũ agresta, sumatur lactuca, portul. amygdal. Caueat à vino ex toto, vel sit valde lymphatum: præstatq; aquã hordei gustare. Deinde à purgatione in principio conferent repercutientia, vt herba solatri, succus sempeuiuæ portulaca, psyllium, iusquiamum, lactuca, lenticula, aqua arnoglossa, vt ait Haly. *recurre ad alia repercutientia dicta de phlegmone. Auicenna commendat &* aquam frigidam, *vt 7. canone dictum est. Potest & apponi* succus plantaginis, bursæ pastoris virgæ pastoris, cum aqua rosſ. *intinctique panni in eisdem frequenter mutati. Sed cum denigratur membrũ ab his abstinendum* iuxta canonẽ 11. *& ideo*, vt admonuit Guido *& dicit Haly*. lib. 3. 2. part. regal. dispos. *quod si apostema est compositum ex erysipelate & phlegmone, curetur cum compositis medicamentis, secundum dominium materiæ exuberantis. Postquam autem maximus ille calor cessauerit, ponenda sunt aliqua resolutiua, sicut est* aqua solatri, & decoct. camom. rosſ. *Sed & ex* farina hordei & fœnugræci cum decoct. camomil. *potest fieri emplastrum: nam cum aliquando accidit corruptio, & quasi mortificatio in apostemate ante maturationem vel resolutionem, & locus incipit fieri ventus vel niger & fuscus. & sensus diminuitur, & fit quasi corruptio & mortificatio eius, tunc scarificetur locus, & lauetur frequenter cum aqua salsa, & fiat emplastrum ex farina* hordei *vel* fabarum, *cum* melle & aceto. *At si erysipelas vlceretur, vel ex medici imprudentia vel malo patientis regimine vel ex malitia mate* 127
ria, quæ corrigi non potuit virtutibus medicinarum, et applicabis vng. sequens, quo præceptor meus Benedictus Fauentinus fœliciter vtebatur. procul dubio enim sanat erysipelas vlceratum: ℞ lithar g ℥ iij. vnguent. popul. cerusæ ablutæ, inf ig. Gal. ana ℥ ß. ol. rosſ. completi ℥ j. *misce. & omnia in mortario bene ducãtur, quo vsq; fiat vng. quod in vsu e continuabis vsq; ad consolidationem erysipelatis. Reliqua curatio etiam iuxta Græcos sequenti Scholio manifestior euadet. Interim hoc sequens exemplum apponamus.*

OBSERVATIO III.

De erysipelate in crure.

IVuenis biliosus cum in crure erysipelate afficeretur, infusum rhab. exhibuimus cum *manna cum decoct. prunorum in sero lactis*. & primo, quod ad topica, *aquam rosaceam* & *plantag.* tinctam cũ pannis lineis: postea & *succum plantaginis cum cimolia terra*: illud enim egregie iuuabat. Sed & hoc commodissime in erysipelate vsi sumus: ℞. *cerusæ & lithargyrii ana* ℥ ij. misce cum *succo solatri clarificato, & oleo rosato*: hoc enim erysipelata compescit, & herpetes miliares sanat: quemadmodum & hoc in statu & declinatione erysipelatis etiam puri conferre cognouimus: ℞ *farina lentium pul. rosſ. ana* ℥ iij. ß. *arnoglossæ m*. ij. bulliant, & incorporentur cum *oleo rosſ.* Sed & in puella in crure erysipelate laborante in declinatione decocto *florum chamomillæ, rosſ. plantag.* etiam adiecta malua (duritie quadã apparente) cum pannis lineis & intinctis ac sępius appositis commode vsus sum.

SCHOLIA.

CVm erysipelas, sicuti & phlegmone, de qua lib. præ- 128
cedente ante egimus affectus calidus sit, & ex humorum defluxione fiat. geminus etiam erit totius curationis ipsius scopus, nempe refrigeratio & vacuatio. At veluti vacuationis indicatio in phlegmone, refrigerationis indicationem vincebat, ita refrigerationis indicatio in erysipelate, magis vrget quam vacuationis. Illa enim quantitate, hoc vero qualitate magis premit & discruciat. Itaque erysipelas magis refrigerari & minus vacuari, inflammatio contra magis vacuari, & minus refrigerari debet. Quanquam vtriusque affectus curandi (vt inquit Galenus) *communis caput sit, infestantis scilicet humoris vacuatioq;. Ideo postquam refrigeratũ erysipelas fuerit, ad ea quæ digerunt seu discutiunt medicamenta conuertimur. Porro vt geminum hunc scopum vniuersalem, refrigerationem inquam & humoris infe-*
stantis

Particularis curatio erysipelatis, ex Neotericis.

Curationis erysipelatis scopi vniuersales duo.

stantis vacuationem, assequamur, quatuor aliis scopis particularibus, iuxta posterioris ætatis chirurgorum placita

Particulares curandi erysipelatis scopi quatuor.

est opus. Primus *scopus consistit in recta vitæ institutione atque observatione.* Secundus, *humoris ad partem affectam confluentis, quem antecedentem materiam appellant, auersionem concernit.* Tertius *in humoris, qui iam in partem ægram influxit (quem materiam coniunctam dicunt) vacuatione consistit.* Quartus *vero & postremus circa symptomatum correctionem, ac propulsionem, versatur.*

1. Primus scopus.

Primum scopum facile assequemur, si rerum omnium, quas non naturales vocant, administratio, ad humiditatem & frigiditatem (vt in febre tertiana) *spectauerit. Quandoquidem erysipelas ex flaua bile ortum habet, quæ temperatura est calida & sicca. Ergo aerem quoad fieri potest frigidiorem & humidiorem deligito, præparatoque.*

Aeris delectus. Ambientis præparatio.

Æstate igitur subterraneas domos frigidissimas, maxime perflatas, & ad Arcton versas, tibi deligito. Si loci eiusmodi occasio non datur, & calidior aer extiterit, ipsum sic præparato. Aquam frigidam ex vasis in vasa subinde transfundito. Pauimenta domus assidue aqua, quæ prorsus gelida sit, aspergito. Rosas & violas plurimas, vitium folia, & capreolos, salicis quoque ramulos & reliquos flores ac germina, quæ frigida humidaque facultatis sunt, humi spargito, ac in aerem proiicito. Turbam hominum conclaue laborantis ingredi prohibeto.

129 *Quod ad cibum pertinet, talis sit, qualis in febribus & similibus calidis expetitur, videlicet* refrigerans. *Pinguia, dulcia, acria, calidaque omnia vitato. Lactuca, cucurbita, portulaca, oxalide,* (quam acetosam *vocant*) *hordeato, oryza & aliis id genus, quæ sanguinem incrassant & refrigerant, lubens vescitor, à vino in totum abstineto. cremor ptisanæ aut aqua hordei tibi potus esto. Victus temperantiam seruato. Aluus tibi semper mollis esto: & lubrica quantum potest seruetur. Ab omni motu, præsertim vehementi atque immoderato, abstineto. Vigilia mala est: somnus bonus. A passionibus animi caueto, iram, contentionem atque omnem animi vehementiorem motum, aut perturbationem, tanquam aduersissima fugito. Nitida ac munda circa te omnia sunto. Venerem ne exerceto. Atque hæc de primo scopo dicta sufficiant.*

Cibus. Potus. Repletio. Inanitio. Motus. Vigilia. Somnus. Animi affectus. Venus.

2. Secundus scopus.

Secundum autem scopum *curationis erysipelatis consequemur, si succum in corpore delinquentem commoda vacuatione ademerimus. Ergo in vero ac legitimo erysipelate, non necessario, vt in phlegmone, sanguinem ex vena detrahemus: sed medicamento quod flauam bilem exigat* (cholagogon *Græci vocant*) *ventrem per inferiora expurgabimus, si saltem affectus magnus sit, & corpus bile abundare videatur. Itaque cum erysipelas febres accendat, & eas vehementiores quam phlegmone, medicamenta, quæ impense calida sunt, & scammonij* succum, *quod recentiores Græci* diagrydion *vocat, recipiunt:* (*cuiusmodi est, quod vulgo in officinis* electuarium de succo rosar. *appellatur*) *huic affectui minime idonea sunt.*

Nõ temere in erysipelate valde calido vtendum electuario de succo ros.

Ergo vel rhabarbarum offerendum est. vel potio quæ Rhasi aqua thamarindorum *dicitur. Recipit autem* pruna damascena 24. thamarind. recentium ℥ x. sacch. viol. quatt. semissem, *cui, vt efficacior reddatur, aliquid diluti rhabarbar. adiici potest.* Manna *hic quoque &* cassia & diaprun. lenit. *cum* aqua *solatri vel endiu. aut* aqua *casei commode datur. Quod si exigua sit affectio, ne hæc quidem cholagoga medicamenta necessaria erunt; sed abunde fuerit, tunc acri clystere vti,* vt Galeno visum est.

2. ad Glauc.

At in erysipelate phlegmonoso non abs re feceris (modo nihil obstiterit) si curationem à sanguinis missione auspicatus fuerit. Tale autem sæpius faciem apprehendit: vnde & Paulus protinus ab initio venam in cubito præsertim humeralem in eo incidi iubet: sin autem hæc non appareat, eam quæ se conspectui magis obiicit. 130

In erysipelate phlegmonoso compe[t]it phlebotomia.

Si quid vero sanguinis detractionem impediat, purgatione ex medicamento, quod bilis ducendæ dicatum est, vtendum præcipit. Non pugnat tamen Paulus cum Galeno, vt etiam refert Tagautius. *Nam cum Paulus secandam esse venam præcipit in erysipelate, quod capitis seu faciei oboritur, de phlegmone erysipelate intellexit, quod sæpissime faciem apprehendit: Galenus vero de legitimo erysipelate locutus est, in quo sanguinem non mittit. At in œdematoso aut scirrhoso erysipelate purgatione vtendum est, quæ mixtas habeat facultates, hoc est, partim bilem, partim vero pituitosum, aut melancholicum succum educat.*

Chirurgus in iis quæ phlebotomia & purgatione attinēt, nihil attentare debet, citra peritii alicuius medici consilium.

Atque in iis quidem omnibus consulendus est doctus aliquis ac prudens Medicus, à cuius consilio & decreto ne transuersum quidem vnguem discedere debet chirurgus. Sitque hoc satis semel monuisse, quod chirurgus nihil vnquam in iis, quæ ad purgationem & sanguinis missionem per phlebotomiam attinent, attentare debet, citra periti alicuius Medici consilium, nisi forsan si quando vrgeat necessitas, & vbi nullus præsto adest Medicus, quod & Tagautius diligenter obseruandum præcepit. Cæterum de hac controuersia etiam meminit Leonus in Methodo sua curand. tumorum præter naturam capit. 14. & proprio de erysipelate *in hunc modum. Curam ipse Celsus* libro 5. capit. 25. *& Paulus* libro 4. capit. 21. *exordiuntur à sanguinis missione & potissimum quando erysipelas consisterit circa ceruices aut caput (vt in Cyriaco nostro, de quo antea dictum est* Obseru. 2 huius libri, *euenit.*) *Galenus* libro 2. ad Glaucon. *de erysipelate in vniuersali loquens, dimittit sectionem venæ, imo dicit non esse necessariam. Has contrarietates conciliarem, dicendo quod Celsus & Paulus loquuntur de erysipelate periculoso & particulari, vbi angina & suffocatio timetur, propter fortassis cæterorum humorum redundantiam. At Galeni intentio est circa erysipelas vniuersale, quod vt plurimum aduenit: in quo humor potius qualitate quam quantitate peccat: & ideo sanguinis detractio minime necessaria: & præcipue cum per venæ sectionem non tantum humorem peccantem trahimus, sed promiscue omnes humores. quapropter cum in tali affectu ipsa bilis faciat negotium, nobis sat erit ventrem per inferiora purgare medicamento quod bilem trahat, in hunc modum:* ℞. cassiæ rec. extractæ, diaprunis non solutiui, mannæ electæ ana ℥ ß. rhabarb. elect. infus. ʒ j. syrup. viol. ℥ j. cum decoct. flor. & fructuum cordialium, *fiat breuis potio.* 131

Celsus. Paulus.

Purgatio.

Si affectio sit exigua, sufficiunt clysteria huic similia: ℞. maluæ, viol. folior. lactucæ, intybi vtriusque ana m. j. ß. mercurial. m. j. sem. cucurb. melon. portulacæ ana ʒ ij. flor. nymphææ p. j. hordei ℥ j. *coquantur in aqua suffic. ad tertias: cuius decocti libra vna admiscebis* medullæ cassiæ fistularis ℥ j. hieræ picræ ℥ ß. olei viol. ℥ ij. ol. nymphææ ℥ j. salis communis ʒ j. ß. *fiat clyster.*

Clyster.

Post totius corporis purgationē ad tertiam intentionem acce-

3 *dimus nempe reprimentia auxilia.* Tertiam *vero* in- *Tertia intentio.* tentionem *complent refrigerantia & reprimentia in principio fluxionis, exceptis casibus in capite vniuersali libro primo præcedente commemoratis. Transacto vero principio, & stata iam fluxione, quod membro inhæsit & impactum est, digerentibus seu euaporantibus medicamentis extrinsecus admotis, vacuandum est, per occultam scilicet sensui transpirationem. Omnium siquidem huiusmodi sic præter naturam consistentium, vacuatio duplex est,* Galen. 14. Therap. *Vna quidem repellentium ad alias* *Hic Guido deprauate citat Galenum.* partes: altera *foras digerentium, per eum qui sensum fugiat halitum. At quoniam erysipelas non quantitate modo affligit, sed etiam ex vehementi scilicet inflammatione qualitate ipsa cruciat, ampliorem refrigerationem, quam phlegmone requirit. Post totius igitur corporis* (vt paulo ante dictum est) *vacuationem, reprimentibus auxiliis vtemur afflictam particulam, seu ipsam quæ patitur cutem, vt decet, refrigerantes, præsertim cum sine manifesta aliqua occasione factum fuerit erysipelas. Est autem refrigerationis terminus, ipsa coloris mutatio. Etenim quod purum erysipelas est, statim cum hoc quiescit.* *Quatenus refrigerandum in erysipelate.* *Quod non purum est, sed iam quodammodo phlegmonodes si plusculum refrigeres, liuidam cutim præfert. Sin ne sic quidem quis desistat nigrescat: potissimum in senili corpore: sic vt quadam iterat frigeratorum, ne digerentibus quidem postea medicamentis ad perfectionem possint sanari: sed scirrhosus quidam tumor in particula derelinquatur. Ergo satius est* (*inquit Galenus* libro quarto Therapeuticon) *vbi laborantis particulæ altera-*
132 *tum colorem videris, à refrigerantibus retundentibusque* *Lib. 14. Therap.* *ad contraria*, id est, *dissipantia seu digerentia & exsiccantia, transire, priusquam vel liuida vel nigra prorsus fiat. Adhibenda semper cura est, vt quæ illinuntur, perliquida sint atque humida, eaque sæpius commutentur, ac per spongias frigido aliquo liquore imbutas, subindeque admotas sunt, abluantur: siquidem multus particulæ feruor celeriter in vaporem erumpens, hæc desiccat. Cæterum inter ea quæ refrigerandi atque repellendi facultatem obtinent, in hoc affectu conuenientem, laudat in primis Auicennas ex simplicibus,* perfusionem aquæ frigidæ. *Materia refrigerantia ex Galen.* *Galenus vero commendat* succum solani, semperuiui, portulacæ, psyllii, alterci, *id est*, hyoscyami, lactucæ, vmbilici Veneris (*quæ herbula Græcis* cotyledon *appellatur*) intybi, *id est*, cichorij, lenticulæ palustris, cucurbitæ, *atque alia id genus. Possemus & earundem herbarum liquoribus stillatitiis particulam* *Ceratum.* *afflictam irrorare. Ceratum quoque ex aqua admodum frigida, quod recipit* quadruplum rosacei ad ceram albam. *Sit autem* rosaceum ex oleo omphacino, *id est*, immaturo sine sale confecto: *quibus in pila emollitis aqua frigidæ superfunditur quantum potest recipi. Si vero aceti tenuis & pellucidi momentum admiscueris, præstantius atque efficacius medicamentum reddideris. Porro hæc omnia actu frigida sunt admouenda, & subinde mutanda, priusquam manifeste incaluerint aut arescant. Conueniunt & hæc infra scripta:* ℞ albumina ouorum nu. iij ol. ros. completi ℥ j vng. ros. Mes. succi plantag. vel solatri an. ℥ j infrigid. Gal. ℥ j ß. misc. *& super affectum locum reiteratis vicibus sæpius impone. Vel* ℞. folior. maluæ, viol. hordei decorticati ana m. j. *coquantur in s. q. aqua; & contundantur: quibus contusis adde* sem. cydonior. mucci lag. de psyllio ana ℥ j ß. oleum ros. viol. vnguent. popul. vngu. ros. ana ℥ j. misce. *& cum cera liquefacta in mortario plumbeo subagitentur, quoad & plumbi colorem & emplastri consistentiam acceperint. Vel* ℞. ros. ol. viol. ana ʒ vi. succi plantag. ℥ j albumen oui. misce, *& fiat linimentum. Mire prodest vng.* ros. Mes. *&* ceratum Ioannis de Vigo, *quod in omni huius affectus* *Ceratum Ioannis de Vigo.* *tempore impositum confert. itaque, ne quid desideretur, hic apponendum statui:* ℞. ole. ros. vnguent. ros. ol. 133 viol. santal. alb. ana ʒ ij. succi plantag. solatri ana ℥ j. ß. muccilag. psyllii, maluæ, violar. ana ℥ iij. *bulliant omnia vsque ad muccilaginum consumptionem. Postea addatur cera q. s. Conducit etiam plurimum ad rem præsentem, si pars erysipelate obsessa illinatur* cerusa sola, *vel* mixta cum aceto & lycio, *vel* terra cimolia, *aut* figulari, *cum* solano, *aut* argenti spuma, *cum* rosaceo: *item* acacia cum aceto. *Ad idem confert plurimum sequens compositio:* ℞ succi plantag. *Compositum medicamentum.* ℥ j. rosacei ℥ iij lithargyri nutriti ℥ j. cerusæ lotæ ʒ iij. lactis muliebris ℥ ß. *misceantur omnia simul in mortario plumbeo: & fiat linimentum. Teri debent primum* lithargyrium *&* cerusa: *deinde* oleum & succus *paulatim ac sensim affundi debent, donec exacte misceantur. Quod si ampliorem refrigerationem desideres, his & aliis prius enumeratis* (ex Pauli sententia) *admisceri potest* opii aliquid, *vel* cicutæ, *vel* mandragoræ. *Verum ab iis & similibus quæ stupefaciunt, abstinendum esse censeo cum Tagaultio & Leono, nisi maxima vrgeat necessitas. Cæterum vbi inflammatio ægrotantis membri iam desiit, ac feruor erysipelatis sese remisit,* Galenus 14. Meth. cap. 3. *humorem in particula receptum,* *Euacuatio coniunctæ materiæ per euaporantia.* *quam* coniunctam materiam *vocant, priusquam ex refrigeratione liuor appareat, discutit, hoc est, resoluit: imposito cataplasmate ex* hordei farina, *seu ex* cruda polenta, *ὠμὴν λύσιν Græci vocant, & aliis in canone curandæ phlegmones lib. præcedente dictis, his vel similibus resoluentibus. Quemadmodum enim signa erysipelatis sumebantur ex analogia signorum phlegmones, ita & curationis ipsius erysipelatis auxilia, ex analogia remediorum curationis phlegmonis sumenda sunt. Porro talia medicamenta, quæ dissoluendi, seu euaporandi facultatem obtinent, in hoc affectu conuenientem, plurima tum simplicia, tum composita referuntur à Paulo Ægineta* lib. 4. cap. 21 *item ab Aetio* lib. de re medica 14. *Satis autem fuerit nunc vnum ex multis recensere, quod omnium mihi præstantissimum visum est.* Althææ nouellæ foliorum pondo, *id est, libra assumitur, concoquuntur in* hydrelæo: *cocta vero probe teruntur, adiectoque* rosacei triente, *id est, vnciis quatuor,* argenti *Hydrelæum est mistura ex aqua & oleo, seu oleum aliatum.* spumæ *&* cerusæ singulorum vnciis duabus & semisse, *id est, dimidia: iterumque leuigantur cum succo* coriani *aut* semperuiui, *aut* solani: *deinde mucilaginis adiectis, vt emplastri formam induat illinitur. Quod* 134 *si forte liuor iam locum occuparit, incisa ante cute, cata-* *3. Liuor iam locum occuparit:* *plasma superponendum est, perfundendusque locus, plurimum quidem* (*vt* Galenus præcipit) aqua calida: *digerit enim & plagas abluit: sed &* aqua, *&* muria *interim conducet locum fouere, cum scilicet crassior est. Hæc enim crassitudinem incidunt ac detergunt.* Quarta in- 4 tentio *curationis erysipelatis, quæ est accidentium correctio, perficitur, vt in curatione phlegmones dictum est* *Quarta intentio.* libr. præcedente, *cum agebatur de redita materia*

& indu-

& induratione & corruptione. Item de dolore & ardore. Hæc enim ſymptomata etiam eryſipelati, vti & phlegmonæ, accidere ſolent. Porro optimum doloris ac vehementis ardoris mitigatorium auxilium fit ex foliis & radicibus hyoſcyami *inuolutis in ſtuppis, & coctis ſub prunis: deinde mixtis cum vng. quod* populeon *vulgo appellatur, vel cum axungia,* vt ſuperius dictum eſt in curatione phlegmones. *Si vero contingeret ipſum eryſipelas exulcerari, curetur adiutione* vng. albi & vng. de lithargyro, *quod eſt:* ℞. pul. lithargyrij ℥ ij. ceruſæ ℥ ß. olei roſ. ana q. ſ. *fiat* vng. decoctum ad ignem, *vel in mortario ſine decoctione componatur: quod ſi huic adderetur aliquid* ſcotiæ, *id eſt*, recrementi plumbi, *optimum ſane, atque efficaciſſimum foret remedium. Sed præſtat hic ex Tagautio, vt totam curationem eryſipelatis, breuibus quibuſdam ſententiis in modum epilogi complectamur, vt quæ diffuſius à nobis ſupradicta ſunt, memoria tenacius hæreant. In exquiſito eryſipelate, ſanguinem ne detrahito. Si bile corpus abundet, & affectus magnus ſit, ventrem medicamento cholagogo, per inferiora purgato. Quod ſi exiguus morbus ſit & corpus bile vacuum, à medicamento flauam bilem per aluum ducente, abſtineto, & acri clyſtere contentus eſto. Vniuerſo, vt oportet, corpore purgato, partem affectam per initia moderate reprimentibus medicamentis, & abunde refrigerantibus. vſque*

Doloris & ardoris mitigatoriũ.

Si eryſipelas exulceretur.

Septem de eryſipelate aphoriſmi, totã ipſius curationẽ ſummatim complectentes ex Galeno.

1. *ad coloris mutationem perfundito atque illinito. Vbi la-*
2. *borantis particulæ alteratum colorem videris, & feruorẽ*
3. *eryſipelatis iam remiſſum, ac inflammationem deſiiſſe, à*
4. *refrigerantibus, aſtringentibuſque, priuſquam vel liuida,*
5. *vel nigra prorſus particula fiat, ad contraria, hoc eſt, digerentia, ſeu diſcutientia & exiccantia tranſito. Quæ ex*
6. *vlceribus, aliiſque euidentibus cauſis fiunt eryſipelata, pri-*
135 *mum ſcarificato, deinde cataplaſma ex hordeacea farina*
impoſito. Si eryſipelas non exquiſitum fuerit, ſed phlegmonodes, præſertim vbi ſanguis in corpore exuberat, intrepide ſanguinem mittito. At nunc exemplum eryſipelatis phlegmonodis & quaſi œdematodis curati apponamus, vt doctrina hæc clarior euadat: nam præcepta ſine exemplis obſcura nimis & difficilia intellectu eſſe ſolent.

Observatio IV.

De eryſipelate phlegmonode & quaſi poſtea œdematode, in corpore admodum ſenili.

AVus pharmacopœi Arnoldi iunioris Delphenſis, octuagenarius, incidit in eryſipelas phlegmonodes, & crus dextrum à genu vſque ad calcaneum rubore infectum eſt. Ille vero impoſuerat per quatuor dies aquam plantaginis, ſolatri, in qua ſemina cydoniorum infuſa erant, cum alias laboraſſet ſimili affectu, & tali remedio in principio curatus eſſet. Ego autem ad hunc accitus 24. die Martij, (*Anno 1558.*) animaduerti non purum eryſipelas, ſed phlegmonodes eſſe, tendens omne quaſi ad eryſipelas œdematoſum. Crus licet rigidum videretur, compreſſum tamen digitis, foſſulam faciebat leuem, & mutabatur nunc color ad liuorem & nigritiem quandam. hinc non erat purum eryſipelas: ideoque ex eiuſmodi remediis citius infrigidatum. Terminus enim refrigerationis, *teſte Galeno lib. 14. Method.* in ipſo puro eryſipelate eſt ipſa caloris mutatio. Etenim quod exquiſitum & purum eryſipelas eſt, ſtatim cum hoc quieſcit. Quod enim non purum eſt, ſed iam quodammodo phlegmonodes, ſi pluſculum refrigeres, liuidam cutem præfert. Sin ne ſic quidem deſiſtat, nigricat, & colorem naturalem prorſus amittit: potiſſimum 136
in ſenili corpore, vt hic erat. Impoſuerat tamen pharmacopœus ex conſilio Chirurgi præſentis adhuc nutritum ex *oleo roſaceo, viol. vnguent. popul. oleo nenuphארino & lithArg.* commixtis in mortario plumbeo. Vnde adhuc magis crus induratum eſt, & pus ad nigritiem tendere cœpit. Contingit enim aliquando (*vt in præcedentibus diximus*) vt ſic quædam ita refrigeratorum, ac diſcutientibus quidem medicamentis ad perfectionem ſanentur, ſed ſcirrhoſus quidam tumor in particula relinquatur. Ergo ſatius eſt, vbi laborantis particulæ alteratum colorem videris, à refrigerantibus ad contraria tranſire, priuſquam vel liuida vel nigra prorſus fiat. Vbi itaque feruor ægrotantis particulæ iam deſiit, refrigerantibus admiſcenda ſunt diſcutientia medicamenta, idque priuſquam liueat, vt aquam ſolani cum chamæmeli: vel imponendum cataplaſma ex farina hordei & fœnugræci. Conſultum igitur fuit inter nos & pharmacopœum, qui etiam antea Chirurgus fuerat, vt *farina hordei* decoqueretur in *aqua chamomillæ, maluæ, althææ, ſolatri*, ad modum pultis, *exiguo butyro adiecto*. Nam & æger ipſe alia linimenta ac vnguenta abhorrebat, cum & ipſe diceret ex iis crus magis affectum fuiſſe, & ex linimento ſupra dicto malum peius euaſiſſe. Interim præſcripſi eidem iuleb ad alterandum calorem febrilem: nam cum febre vehementi eryſipelas eundem inuaſerat: ita vt is de peſte ſuſpicionem haberet: nondum enim conſopita erat hoc tempore peſtis illa famoſa Delphis, de qua in *libr. noſtris Obſeruation. & Curationum medicinalium egimus.* Tale autem iuleb erat quod præſcripſimus. ℞. *ſyrup. de cichor. cum rhabarb. oxyzach. ſimplicis, ſyrup. de endiu. ana* ℥ j. *aquæ fumiterræ, cichoreæ, endiu. ana* ℥ ij. miſce pro duabus vicibus, ſanguinem non detraximus, eo quod ſenex eſſet, & principium mali iam præterierat. Purgaui autem hoc modo, cum viderem & pituitam & melancholiam adeſſe ſimul cum bile: ℞. *radic. cortic. cichoreæ, endiuiæ, dentis Leonis, fœniculi ana* ℥ ß. 137
herbar. cichoreæ, dentis Leonis, fumiterræ, borag. bugloſſ. ſummitatum lupul. capill. Vener. ana m. 1. florum cordiac. p. j. ſemin. aniſi ʒ j. ß. *ſem. 4. frigid. maior. ana* ʒ j. *prun. damaſc. num. ix. iuiubar. ſebeſten ana num. v. vuar. paſſ. ab arill. mund. hord. mund. ana* ℥ j. *folliculi. ſenæ* ʒ vi. *epithymi, polypod. querc. ana* ʒ j. *agarici ligati in pecia rara* ʒ ß. fiat omnium decoctio in *ſero lactis ad* ℔ j. coletur: colaturæ adde *oxyzach. ſimplicis, ſyrup. de cichor. cum rhabarb. ana* ℥ j. *aromat. cum* ʒ j. *ſpecierum diarrhod. abb.* & clarificetur: & in dicta decoct. dependeat *puppa rhab. (electi ſcilicet)* ℈ ij. ß *ſpicagr.* vii. Habuit ex vno hauſtu ſedes tres, & poſtea cũ febris reliquit. At crus cum aliquo modo ad nigritiem tenderet, conſului ægro, vt & chirurgus vocaretur: & vo-

catus est eo tempore M. Iohannes Chirurgus, qui ad antiquum templum commorabatur. Communi igitur consilio, ad maiorem ipsius cruris emollitionem (nam durum erat) & ad resolutionem, appositum est decoctum *viol. maluæ, plantag. hederæ arboreæ in aqua althææ, maluæ, exigua solatri & plantaginis aqua addita*: idque per vnum atque alterum diem. At crus quidem mollius efficiebatur, & scirrhus ille quasi euanescebat, sed quotidie nigrius euadebat, ita vt ad suppurationem tendere videretur: & tunc etiam accitus est Cornelius Ericius, eius Medicus, qui eo tempore peregre profectus erat, & nunc redierat. Cum autem ad suppurationem vergere videretur, malum metuebamus, ex Hippocratis aphor. 20. lib. 7. *Ab erysipelate putredo aut suppuratio, malum.* adhuc peius. *eodem teste aphor. 19.* libri eiusdem: *In ossis exutione erysipelas, malum.* Galenus hoc interpretatur in Commento, *quod casu prauus sit, ossi nudato carnem circumstantem videri ab erysipelate apprehensam.*
128 Nihilominus tamen cum in nostro hoc ægro suppuratio adiuuanda & promouenda esset, procedebamus cum *violis, maluis, sem. maluæ, & sem. fœnugræci coctis in aqua simplici*: in eaque pecia linea demersa totum crus inuoluebatur & optime successit. sed in vno loco facta est quasi eschara: eaq; cum butyro illinita: & iam quasi amota, hoc digestiuo vsi sumus: ℞ *terebinth. nat. lota in aqua rof. ℥ ij. ol. rof. ℥ ß. vitellum vnius oui*: optima fiat commixtio. applicabantur cum filamentis. Deinde optime omnia successere, vt reliquum curationis chirurgo commiserimus, adeo vt breui vir senex conualuerit.

SCHOLIA.

Vide Gal. libr. 1. de simpl. med. facul. ca. 6. in quo ostendit aquam frigefacere, exceratis effectu quod ex ea conficitur.

Recte diximus in præcedentibus, quod erysipelas purum in corpore senili rarissime aut numquam fit. Cæterum remedium singulare in principio erysipelatis habes apud Gal. lib. 1. simp. medic. cap. 6. *ceratum humidum dictum ex aqua*, vt Scholio præcedente diximus, *id enim refrigerat, & eos, qui in febre vruntur, si hypochondriis superponatur: & omnem phlegmonem, similiter herpetes quoque & carbunculos. tum erysipelata & phygethla. ac breuiter omnes morbos calidos. Vide & eundem* lib. 10. Therap. cap. 9. *Cæterum tamen excellenter frigida non conueniunt in corpore senili, multoq; minus in erysipelate non vero, vt huic ægro nostro euenit: nam licet in erysipelate phlegmonoso semper in principio curationis intrepide venam secare debeamus*, vti Scholio præcedente abunde ostendimus, *dummodo ætas & cætera consentiant hic tamen in corpore adeo senili non conueniebat. Cæterum quomodo curatio mixta sit adhibenda in erysipelate illegitimo, id cum satis ex præcedentibus liquet, tum etiam ex* libr. 1. de tumoribus præter naturam Obseruat. 6. *in qua posuimus exempla phlegmonis illegitima & phlegmonis erysipelatodis: semper enim illi, quod exuperat, magis resistendum: eodemq; modo in omnibus aliis erysipelatis compositis procedendum. Nam vbi quoque œdemacodes est, multo minus refrigerandum,*
139 *sed magis resoluendum & exsiccandum. Vbi vero scirrhodes, magis emolliendum. Sed satis est nos exempla plura* in libro præcedente *posuisse, & his etiam hoc de corpore senili adiecisse. Nunc igitur ad illos tumores præter naturam accedamus, qui cum erysipelate societatem habent.*

OBSERVATIO V.

De Herpete esthiomeno.

NObilis Matrona 35. annorum, mulier valde obesa & crassa, ac prorsus plethorica & cacochymica, incidit in *herpetem esthiomenon*: Chirurgus vero qui eam tractabat, *formicam* more barbarorum & Auicennistarum appellabat. Herpetes enim (*vt latius in Scholio sequenti dicturi sumus*) qui ad erysipelata referuntur, duplices specie sunt, *miliares* scilicet & *exedentes*, quos *esthiomenos* Græci appellant. vtramque speciem Auicennæ interpres *Formicas* vocauit, sed eas cum verrucis illis, quas Græci *myrmecias* appellant, Latini *Formicas*, nominis similitudine deceptus, eodem capite turpissimo errore commiscuit. Cæterum hæc nobilis matrona per plures dies in pede isto exedente herpete affecta, per chirurgum, qui tunc accitus erat, curari non potuit, topicis adhibitis remediis: idque non sine causa, cum & Auicenna *quarto quarti tract. 3 cap. 9* dicat: *Horum malorum vlcerum curatio optima est mundificatio corporis, aut membri ipsius, si corpus fuerit mundum cum eo quod mundificat ipsum solum ex ventosis sanguisugis & epithematibus rectificantibus complexionem* Dixit Galenus 14. Therap. & ponitur à Rhase 13. Continentis: *Cum in formica* (intelligunt autem herpetes) *aliquis procedit in cura cum laxatione choleræ rubeæ, superponendo postea medicinas formicæ repercussiuas. sanabit formicam. Sed si ipse non purgauerit corpus: neq; inbibuerit, ne influat humor ad locum, cum reper-* 14
cussiuis, sed breuiter tendat ad solidationem, non curabitur, sed excoriabitur. & vlcerabitur locus alius proximus illi inseparabiliter, nisi euacuetur primum humor. Et idem dicit Auicenna: *Cum non incipis in ea cum euacuatione humorum secundum quod oportet, imo medicaris vlcus cum eo quod sanat ipsum vlcus, scilicet cum consolidatiuis, redit ex alio loco cum nocumento. Nam augetur & spargitur, & occupat alium locum, & non cessat facere corrosionem. Quia sanantia vlcus sunt exsiccantia, quæ apposita ante euacuationem & materiæ minorationem, non sunt potentia multam materiam exsiccare. sed fiunt causa retentionis eius in profundo & sparsionis eius ad partes circumstantes. Si ergo curetur ante euacuationem per exsiccantia. & si sanetur per ea; tamen postea redit cum maiori nocumento, vel in ipsa parte, vel in alia.* Ita euenit huic chirurgo, vt malum ita crus corroserit & ab herpete exedente in phagedænam, id est, vlcus depascens transmutatum fuerit. Est autem phagedæna species vlceris depascentis (quod vulgo *lupum* vocant:) nam & totam carnem vndiq; exedebat. & Chirurgi imperitia, qui per totam æstatem & maximam partem autumni cruri frustra topicis medicabatur, vt circa talum paulo altius totum crus ad os vsque depascendo serpserit, tandem per transuersum totum crus penetrans inter ipsa ossa perspicue vlcus depastum videretur. Ad hanc itaque matronam ipse tandem Kalendis Nouembris anno 1554. vocatus, cum malum adeo progres-

Phagedæna.

sum primus ex herpete in phagedænam adeo horribilem spectassem, plurimum metuebam cum vlcera illa, νόμαι Græcis dicta, quæ subiectam carnem vndique exedunt, vlcera omnia illa, quæ cacoëthe, hoc est, *mali moris* aut *maligna* vocan-
141 tur, diligenti curatione indigeant. Quare potionibus prius institutis hoc malum superare primo tutius videbitur, vt fere in lue Gallica fit; deinde ad topica demum deuenire decreui. Hanc igitur potionem præscripsi: ℞. *rasura ligni guaiaci cum cortice limata* ℥ ij. ß. *acetosæ, scabiosæ, fumiterræ, agrimoniæ ana m. j. solatri, borag. buglossa, endiuiæ, cicoreæ, dentis leonis, flori hypericonis, chamædryos, pentaphyllonis ana man. ß. absinthii Romani p. j. santal. omnium, ros. squinanthi, spodii, cortic. rad. thamarisci ana* ℥ j. *sem. anisi* ℥ j. ß. *folliculor. senæ* ℥ vi. *epithymi, polypod. querc. ana* ℥ j. *prun. damasc. num. vii. vuar. pass. ab acinis mundat.* ℥ ß. fiat omnium secundum ordinem decoctio in aquis *fumiterræ, lupulorum, scabiosæ, acetosæ ad lib. ij.* stent per noctem super infusionem: demum coletur cum forti express. cui addas *rhabarb. electi* ℥ j. *spicæ* ℈ ß. *ligatorum in pupula rara cum filo, syrup. de fumoterra, acetosi simplicis ana* ℥ j. ß. *bulliant leui ebullitione, & aromat. cum* ℈ ij. *specier. diarrhod. abb. &* ℈. j. ß. *cinamomi electi*, deinde albumine oui depuretur, & fiat potio clarificata diligenter secundum artem. Sed & pupulæ rhabarbari adiiciebatur ℈ j. *agar. trochisc.* Ex qua potione sumebat semel aut bis in die, exprimendo pupulam dictam secundum operationem medicamenti: & habuit omni die semper quatuor aut saltem tres secessus. Finita hac potione, intermisso vno atque altero die, dosim *follicul. senæ* auximus ad ℥ j. imponendo *epithymi polypodii ana* ℥ ij. tertia deinde vice reiteratæ potioni *folliculor. senæ* ℥ j. ß. *epithymi, polypodii querciniana* ℥ ij. quibus potionibus vlcus consolidari cœpit, etiam vtente chirurgo nunc opportunissime iisdem topicis remediis, quibus antea pessimo iudicio & importunissime vsus fuerat. Ex quo constat quantum valeat methodus vera curandi, & quantum distet Medicus
142 ratione vtens, & regulis prædecessorum institutus, ab eo qui nulla methodo vtitur. Cæterum cum hanc matronam præ manibus haberem, venit mihi in mentem Iacobus ille Verhoeuius affinis M. Iohannis Tiengij Medici Amstelrodamensis egregij, qui patiebatur formicam seu herpetem & vlcera ambulatiua in coxa fere per totam æstatem anni 1524. cui & hæc præscripta sunt ab eodem: ℞. *guaiaci rasuræ* ℥ iij. *acetosæ, scabiosæ, solatri, pentaphyllonis, agrimoniæ, fumiterræ ana m. j. borag. bugloss. florum hypericonis, chamæd. chamæpit. ana m. ß. corticum citri* ℥ ij. *squinanthi, spodii ana* ℥ ß. *ligni thamarisci* ℥ ij. fiat decoctio in aqua *acetosæ, lupul. fumiterræ pro* ℔. ij. & exprimatur. cui adde *syrup. de fumoterra, syrup. de acetositate citri, syrup. de epithymo, syrup. acetosi simplicis ana* ℥ j. misce. Deinde exhibuit has pilulas: ℞. *pilul. indarum, de fumoterra ana* ℥ j. *turbith electi, rhab. electi ana* ℥ ß. *agarici trochisc. epithymi ana* ℈ j. *zinz. spicæ, salis gemmæ ana* ℈ ß. *trochisc. de myrob. citrinis* ℥ j. cum *aqua passul.* fiant pillulæ, decem ex qualibet drachma: addendo *scammonii gra.* v. sumebat tres vel v. secundum tolerantiam solutionis cum *aqua lactis* post mediam noctem. Ad vlcera capiebat *rasura guaiaci* ℔ ℥. *centaurii maioris, hypericonis, auriculæ muris, acetosæ, arnoglossæ, agrimoniæ, folior. oliuæ ana m. j. alum.* ℥ j. fiebat decoctio in lixiuio sarmentorum vitis, addendo parum aceti, ne mordicationem faciat. Subtepida hac decoctione vlcera lauabantur & balneabantur. Deinde chirurgus vnguent. & emplastra solita apponebat. Postea pannus accipiebatur lineus, madefactus in dicta decoctione, & superponebatur emplastris, & circumligabatur deinde cum fasciis. Sed & Nicolus in vlceribus cauernosis, authoritate Albucasis, lixiuium tale componebat ex cineribus *lignorum ficus* vel *vitis*, vel *ilicis* aut *quercus*: & credo quod si fuerit ex *rosmarino*, esset optimum. Dixit 143
Galenus, & idem probatur à Nicolo cap. *de cura vlcerum ambulantium*, quod *auricula muris* egregie confert membris putrefactis, & prohibet putrefactionem, eo quod exsiccet sine punctione, per se tantum superposita, aut cum *vino*, admixto *melle & nitro* trito. Similiter dicit, quod *hypericon* exiccet omne vlcus: & ideo tritum impositumque vlceribus putrefactis, mollibus & inflatis, eadem sanat.

SCHOLIA.

TVmores illos præter naturam, qui cum supra comprehenso erysipelate societatem habent, atque ad ipsum quodammodo pertinere videntur; ex bile autem nō naturali, & secreta, id est, aliis humoribus minime permixta, generationem obtinent, recentiores tum medici, tum chirurgi, pustulas malas cholericas *appellant: Græci vero (vt Hippocrates, Galenus & Paulus)* Herpetes *vocant: quæ vox fere sonat*, malum quod serpit: ἕρπειν *idem quod* serpo, *vnde* ἑρπετὸν serpens *dicitur. Herpes tamen non absolute* malum quod serpit, *significat apud Medicos, sed certum morbi genus, de quo nunc agitur. Itaque malum quod serpit, latius patet quam* Herpes. *Nam & phagedæna* serpentia vlcera *dicuntur, & quamquam in hac nobili matrona ex herpete phagedænæ seu vlcera serpentia oborta sunt, nos non de illis vlceribus phagedænicis, quæ &* nomodes *dicuntur, sed de* herpete *agemus. Huiusmodi autem vniuersas pustulas Auicennas* formicas *appellauit: Galenus vero eas inter inflammationes adnumerauit: sed Celsus sub ignis sacri nomine has intellexisse videtur* lib. 5. cap. 24. *Fit igitur Herpes, quando flaua bilis, non naturalis, sola & secreta, id est, nullo alio illi admixto humore, in particulam aliquam confluit, atque ibidem consistit. quæ si consistentia sua crassior sit, acriorque, totam exulcerat cutem, vsque ad carnem suppositam, vocaturque tunc vitium huiusmodi Hippoc. & Græcis* ἕρπης ἐσθιόμενος, *Latinis vero* exedens *vel* depascens. *& 14. Therap. Galeno absoluto nomine* Herpes. *At hic affectus barbaris quibusdam, vt Valesco*, herpestiomenus, *qui voces Græcas corrumpunt, dicitur. est enim, vt idem refert, vlcus quod interpretatur*, seipsum comedens, *ex genere serpentum, quando non inuenit hominem vel animal quod mordeat, vulnerat seipsum, & ideo dicitur quasi* serpens edens seipsum. *Si*

Pustula mala & cholerica vulgo dicta. Herpetes.

Formica Auicennæ. Herpes. Ignis sacer. Herpetis species duæ.

1. Ἕρπης ἐσθιόμενος, id est, exedens vel depascens.

144

autem vlcerat suppositam carnem herpestiomenum *appellari volunt: si autem vlcerat cutem, simplici nomine* herpetem *vocari volunt. Hinc idem Valescus, sic inquit ex mente Galeni,* cholera rubea mittatur ad totum corpus, facit icteritiam. Si vero fuerit expulsa ad aliquod membrum, facit morbum; qui vocatur herpes, non profundando se in membro. Et si fuerit cholera grossa & corrupta, corrodit vel vlcerat cutem vsq; ad carnem suppositam inclusiue, & facit herpestiomenum, & si non sit ita acris, causat formicam miliarem: si est multo grossior, facit gangrænam. *Sed idem postea confundit herpetem esthiomenon cum vera gangræna id est, mortificatione, vt postea ex signis quæ ponit & curatione liquet, quam diximus* Scholio Obseruat. 13. libri præcedentis, *& siderationem & esthiomenon vocari, quæ etiam ab ipso cum Guidone* ignis Sancti Antonij *vel* Sancti Martialis *vocatur. Sed nos, omisso Valesco de vero Herpete esthiomeno agimus, scilicet* exedente & depascente, *differente tamen à gangræna, in qua & membri mortificatio & dissipatio fit. Si vero tenuior & minus acris, calidaque fuerit bilis, pustulas exiguas per summam cutem, id est, in sola superficie cutis (ham enim tantum veluti deurit) milij, hoc est, milij seminibus similes excitat: ob quam similitudinem effectus tunc Latinis* miliaris herpes *nominatur. Græcis vero quibusdam post Hippocratis ætatem κέγχριας, ob eandem rationem dictum est: κέγχρος enim Græcis,* milium *nobis dicitur. Atque has species,* Galeno authore lib 2. ad Glauconem, *generis sortitur appellationem, cum simpliciter & sine additione ille* herpes *vocetur. Alibi tamen herpetis nomine, Galenus* herpetem esthiomenon *id est,* exedentem, *intelligit: vt paulo post dicetur. Herpetem vero Fernelius* papulam *vocat.* Est autem ardor (*inquiens*) cutem serpentibus minimis pustulis exasperans ac rodens; Græcis Herpes appellatur. *Ea quidem duplex, vna simplex quæ* herpes *est* miliaris; *altera fera, quæ* herpes exedens *nuncupatur.* Papula fera *ruptis pustulis veram cutem exulcerat, rodit atq; depascit: serpit in latum atq; in altum; ex eaq; vlcuscula manent arida.* Papula

a. Herpes miliaris siue cechrias

Papula simplex.

Fera.

145 simplex *& minor summam cutem exasperat, & sub vna epidermide consistit, exiguas illas pustulas excitans, quæ minimum extant aut prominent, milio haud absimiles. Vtraque in vicinas partes quasi in orbem quoquo versum serpit, seque diffundit, ac plerunque medium sanescit, extremis longius procedentibus.* Papula exulcerata *erysipelati summe affinis est, vt idcirco nonnulli in genus idē confundant: hoc tamen discrimimis intercedit, quod erysipelas conspicua fluxione derepente emergit herpes vero seu papula sensim multoque tempore, nec conspicua fluxione efflorescit.* Herpetis pustulæ *aridæ sunt, è quibus ruptis nec sanies nec pus exit.* Erysipelatis pustulæ *sunt magnæ, exulceratæ & humidæ, quæ saniosum pus effundunt. Herpes pruritu, erysipelas dolore ac ardore torquet. Omnis papula diuturna est, prorsus febris expers; nec nisi tempore sanescit: Erysipelas vero fere cum febre est, praceps, & quod breui vel sponte soluitur. Vtriusque herpetis materia continensque causa, bilis est syncera, superuacua, eaque ardentissima, cuiusmodi prasina vel æruginosa, quæ sensim nulloq; fluxionis impetu è venis expurgata, tenuitate partes omnes præcipueque carnosas transgreditur, dum densiorem cutem attingat. At*

Quibus differat herpes exulceratus ab erysipelate.

vero crassior ea atq; glutinosior est, quam in erysipelate, ac proinde diutius atque tenacius in cute hæret ac subsistit. Quæ igitur glutinosior fuerit, simulq; acrior, in cute tota remoratur, pustulasque mouet, quibus ruptis exulcerata cute, papula fera emergit. Tenuior vero cutem etiam penetrat, coërceturq; in sola epidermide; quam si sudoris modo nequeat trāsire, erodit, & pustulis intercursantibus exedit. At herpes miliaris, *non protinus vlcus facit, vt alter qui exedens dicitur, sed, vt* dictum est, *admodū exiguas pustulas ad speciem milij excitat, quæ & ipsa interposito spatio, ac procedente tempore, cum disrumpuntur scilicet, in vlcus abeant. proinde non sine ratione Oribasio & quibusdam aliis, etiam ante Galeni tempora, visum est, in eiusmodi vitio, bili esse aliquid pituitæ tenuis admixtum, quæ pustulas illas minutulas procreat. Vnde & nonnullis pustulosus herpes dictus est.* Alter vero, qui esthiomenos *appellatur non ita pituita commixtus est, sed exacta bilis, ac nullo alio humore infecta, esse videtur: ideoq; cum erosione accidit, affecta cutis continuitatē prehendente, vnde & nomen illi impositum est. Esthiomenos enim idem est quod* erodens *vel* exedens. *Atque hic affectus* (vt & Tagautius ex Galeno annotauit) *eiusdem quidem generis est cum pustuloso atque exulcerato erysipelate: à quo tamen differt humoris ipsius biliosi,* (ex quo vitium vtrumq; habet) *tenuitate. Id quod testatur Galenus his verbis:* Est enim (*inquit*) admodū tenuis humor, qui herpetem excitat: adeo profecto, vt non solū omnes interiores partes, quæ vtique carnosæ substantia sunt, transeat, sed ēt cutim ipsam ad summam vsque cuticulam (epidermida Græci vocant) quam solam, propterea quod ab ea remoratur, tum erodit, tum exedit: quando si hāc quoq; sudoris vice transiret, haudquaquam vlcus excitaret. Quippe id vlcerum quæ ex mordente humore oriuntur, quę nimirum spontanea vocāt, commune est: quod humor qui ea facit, sistitur in exitu, ac tardat. *Hactenus Galenus: vbi nomine herpetis simpliciter & sine adiectione, intelligit* herpetē esthiomenon *vt ex ipso contextu signis & curatione, facile est deprehendere. Atq; ita illa in loco generis sortitur appellationem cum simpliciter & absolute* herpes *nominatur: quemadmodum & in illo libello* de tumoribus præter naturam, *vbi de eo sic idem Galenus ad verbum scribit:* Depascitur quidē & herpes, *vicinis, id est* ea quæ in circuitu sunt, erodens: verum solius cutis est exulceratio. *Caterū vtramq; herpetis speciē, id est tam miliarē quam exedentē sub nomine formicæ Barbari fere omnes neoterici comprehendunt. Quibus ea in re, vt & in multis aliis, errori occasionem primus præbuit Auicenna qui nominis similitudine deceptus, quoniam Græci* myrmecias, *id est, formicas genus quoddam verrucarum vocant, eodem capite capite verrucas illas cum herpetibus errore fœdissimo commiscuit. Guido tamen discrimen ponit inter* herpetem & formicam, *confunditque nomen formicæ modo cum verrucis (quas* myrmecias & acrochordonas *Græci vocant) modo cum herpete exedente: qui* (comedens, *inquam* herpes) *modo etiam illi* herpestes, *modo* herpes *absolute nominatur: putaturque eidem nihil aliud esse quam erysipelas pustulosum & vlceratum. Cum tamen ille* (vt ex Galen adductum est) *ab hoc differat humoris tenuitate. Tenuior enim est bilis, quæ herpetem creat, quam quæ vlceratum erysipelas. At*

Ex Paul. & Galeno.

Li. de tum. præt. nat. 146

Lib 14. method. med.

Humor biliosus qui herpetem citat, admodum tenuis est.

Herpes solius cutis est exulceratio

Auicenna myrmecias confundit cum herpetibus.

Guidonis error maximus.

hoc ery-

Herpetem esthiomenon & erysipelas vlceratum non omnino idem esse.

147 hoc erysipelas quod cum exulceratione incidit, non tantum cutem, sed cum ea etiam aliquid subiecta carnis occupat. Herpes vero, quo de hic agitur, solam cutem apprehendit, exulceratque. Itaque tametsi hæc eiusdem sint generis, (vt Galeno visum est) non tamen omnino sunt idem.

Morbilli ex herpetum sunt genere.

Variola.

Porro pustulas illas, quas Auicenna interpres, & imperita medicorum turba, morbilli appellantur, sub herpete comprehendisse videtur Hippocrates lib. 1. Epidemiorum. Fiunt autem morbilli eiusmodi à tenuiore materia, quam pustulæ illæ, quæ vulgo variolæ dicuntur. Hæ enim (vt voluit Auicennas) ex sanguine, illi vero ex bilis sanguinisque fiunt mixtione.

Papularum eruptiones, ecthymata, & exanthemata.

Si quis autem desiderat, quo nomine eiusmodi pustulæ apud antiquiores dictæ sint, diximus Latinis à Plinio vocari papularum & interdum pituitæ eruptiones: Græcis vero Hippocrati ecthymata lib. 3. Epidemiorum: Galeno autem exanthemata. Cæterum vtriusque herpetis nota, indicia & causa ex præcedentibus satis innotescunt.

Herpetis curatio tres habet scopos.

1. Primus scopus.

Superest igitur vt eorum curationem subiiciamus. In curandis herpetibus, sicut & in aliis eiusmodi spontaneis vlceribus, quæ ex mordenti & acri humore oriuntur, tres scopi communes sunt obseruandi. Primus est, vt humoris in partem affectam confluxio inhibeatur: secundus, vt quicquid in laborantem particulam confluxit, & eidem inhæsit, vacuetur: tertius, vt sanetur vlcus. Primum scopum assequimur, totum corpus medicamine, humorem (vnde vitium enascitur) educente, expurgando: mox repurgato corpore humorem insilientem reprimendo, regerendoque.

Herpes exedens medicamentum exigit cholagogon.

Ergo in herpete exedente, medicamento vtendum est, quod flauam bilem per aluum exigit. Hunc enim purus ac sincerus (vti diximus) bilis succus procreat succus. Proinde fit vt quantum ad totius corporis euacuationem attinet, mordentes herpetas similiter vt erysipelata curare oporteat. Itaque quoniam tenuis humor est, qui id vitium creat, abunde est Galeno, etiam aluum leniter soluisse, vel vrinas per ea quæ id modice efficiunt, citasse.

Herpes miliaris medicamentum desiderat quod bilem simul & pituitam educat.

In altero vero herpetum genere, quem à similitudine, quam habet cum milio, miliarem & cenchriam Græce appellari diximus, medicamento opus est, quod mixta sit facultatis, hoc est, quod bilem simul & pituitam educat. Quibusdam enim non sine ratione (vt Galenus ait) visum est in eiusmodi vitio bili esse aliquid pituitæ admixtum.

Reprimendi ratio, Lib. 14. Therap.

148 Porro vacuato, vt decet, eo qui in corpore redundat, ac vitium committit, humore: medicamentis vtendum est quæ influentem humorem reprimant regerantque. Tutior namque ac conuenientior tunc fuerit eorum vsus. Quandoquidem (inquit Galenus) si quis exiguum vitiosi humoris, post rite factam purgationem, adhuc in corpore remanens ad viscera & magnas venas retrudat; nullum profecto quod sensu percipiatur, malum committet.

Non esse reprimendum, si multus sit vitiosus succus.

Regerentium materia.

At si eius non leuis quantitas sit, in princeps aliquod membrum aliquãdo procumbit. Vbi scilicet prius natura viribus totum corpus expurgantis, non fit, vel per deiectionem, vel vrinas: vel cutim quæ totum corpus includit, vacuatum. Cæterum reprimunt quidem reguntque non solum ea quæ adstringunt: sed etiam quæ sine astrictione refrigerant. Cuiusmodi sunt lactuca, polygonion, ex stagnis lens, portulaca, seris, sempervivum, & id genus alia, quæ erysipelatibus valde erãt opportuna.

Quæ refrigerant pariter & humectant.

Non conueniunt herpetibus exedentibus.

Verum eiusmodi medicamenta, quæ scilicet præter id quod refrigerant, etiam humectare naturam apta sunt, herpetes præsertim depascentes, minime desiderant: sed sola ea admittunt refrigerantia, quæ etiam maxime possunt exiccare. Quæ enim refrigerandi atque vna exiccandi vim habent, sed mediocrem (cuiusmodi est solanum) non satis illis conueniunt.

Reprimentia herpetibus exedentibus commoda.

Apponere igitur ipsis oportet ex Galeni consilio, ab initio quidem, ex vite capreolos, & folia rubi, & rubi canini, & arnoglossi. post hæc vero & lenticulam his adiungere oportet, & aliquando mel, & farinam hordeaceam.

2. Hæc complent secundam intentionem.

Cataplasma malî punici.

Item cataplasma sine sempervivo, quod ad phlegmonas, quæ ex fluxione eveniunt, inscribitur. Repellit enim quod influit, atque id quod in parte affecta continetur, exiccat, & membra corroborat. Proin de transacto morbi principio efficax erit remedium. Itaque fiat eiusmodi cataplasma ex corticibus malorum punicorum in vino decoctis, & rhu siue rhoe id est, semine coriarii fruticis (quod posteriori medicinæ simach appellatur) & farina hordei. Cæterum hoc cataplasmate secundam intentionem, seu scopum curandi herpetis probe assequeris: quippe cum sufficienter digerere possit, quod iam in affectum locum confluxerit. Constat autem, quod in generatione vlceris exuperare debebunt quæ reprimendi facultatem habent: vbi vero non amplius confluit in ægrotantem particulam vitiosus humor, quæ digerunt. Quod ad tertium scopum attinet, qui vlcus 149

3. Vlcerum curatio in herpete, quæ sanandi sunt.

Vlcus omne exiccari desiderat. Lib. 2. ad Glauc.

sanandum proponit, summatim hæc te cognoscere oportet. Nempe quod omne vlcus siue sponte siue ex accidenti factum fuerit, exiccari desiderat medicamento, vt inquit Hippocrates, non aspero, hoc est, non mordente neque vehementer irritante, præter quam vbi malignum & cum putrilagine fuerit. Talia enim (inquit Galenus) acriora expetunt medicamina & quæ ignis vires habeant: quale est misy & chalcitis & arsenicum & calx & sandaracha, atque id genus alia, quæ non aliter quam ignis adurunt.

Loca exulcerata quibus inungenda.

Loca igitur exulcerata in herpete exedente, inungenda sunt pastillis seu trochiscis, in libris qui pharmaceutici dicuntur ad herpetas inscriptis: qui cum res exigit, vt illis vtamur, passo, vel vino aliquo dulci, vel si dulce non adfuerit, vino tenui & subaustero non minus veteri (hoc est, quod non aliquam in gustu ob antiquitatem contraxerit acritudinem) aut posca aquosa (quod oxycraton vocant) diluuntur.

Posca vel pusca.

Remedia ex Paulo sumpta.

Paulus hæc vtitur remediis ad herpetem, qui sub cute affligit. Retrimentum plumbi, ruta leuigato succo excipitur, aut ceratum myrteum vice rutæ. Aliud: lanæ veteris illotæ, circa tedam combustæ drachmæ duodecim & semissis, id est, dimidia, ceræ drachmæ vigintiquinque, retrimenti plumbi drachma, seui caprilli curati lotiq; ex aqua drachmæ viginquinque, myrtei vnciæ quinque.

Ad herpetas depascentes.

Ad herpetes vero acute seu acriter depascentes hoc remedium iubet admoueri: Corij mali punici dulcis drachmæ sex, argenti spumæ tantundem, lanæ illotæ, tedæ seu tedaceo ligno adhærẽtis & combustæ drachmæ tres, ceræ drachmæ duodecim; cerusæ drachmæ octo; thuris, aluminis scissi, singulorũ drachma, vino aut myrteo excipiantur.

Ad inueterata iam vlcera.

Iam vero in longum tempus protractis vlceribus, neque vino dulci, circuli parui, id est, trochisci, & huiusmodi alia medicamenta, quæ ad herpetas scribuntur, dilui debent; sed neque pusca adhuc aquosa, quin potius vino satis austero, præcipue vero nigro, vel (si id non adfuerit) albo. Medicamenta autem in hoc tempore, hoc est, inueteratis iam vlceribus ef-

ficacia & maxime accommoda sunt pastilli Musæ & Andronis & Polyidæ: quorum descriptiones apud Paulum & Aetium & Gal. inueniuntur, & in fine carbunculi posita sunt. Item trochisci qui Calidicon & aldaron *dicuntur Auicennæ & recentioribus, quorum descriptiones ex*
150 lib.6. apud Tagautium requirendæ. Herpetas vero, *qui tantum summam cutem exulcerant, vt sunt, quos* miliares *diximus. nullo horum medicamentorum superius commemoratorum* (si saltem Galeno credimus) *inungere oportet. Vehementia enim sunt ac valide exiccant: verum istis sufficiunt quæcunque vim* glaucij, *id est,* memithæ, *habent; eaque diluere oportet, maxime quidem aqua. Quod si hæc nihil profecerint, etiam acetum miscendum est. Quod si etiam solani succo intmixeris, aut aruoglossi, magis adhuc iuueris. Sed hæc quæ iam diximus de Herpete, exemplis sequentibus manifestiora euadent.*

Si pustulæ miliares in vlcus abeant, quid agendum. Lib. 2 ad Glauc.

Observatio VI.

De Herpete exedente, & de exulcerante.

IVVENIS quidam cum herpetem exedentem circa diaphragma haberet, huic decoctum sequens præscripsimus: ℞. *acetosæ, hepaticæ, herbæ lichenis dictæ, so'atri, viol. fumiterræ ana m. j. prun. damasc. num. xiij. epithymi* ʒ ij bulliant in sero lactis, in cuius decocto infunde per xij. horas *rhab. electi* ʒ j. *spicæ* ℈ ß colaturæ infunde *cassiæ rec. tractæ* ℥ ß. *pulpa thamarind.* ʒ vj. *syr. ex infus. ros* ℥ j *misce.* Pro cibo hordeatum dedi, & ius parui pulli alterutum cum *lactuca & agresta portulaca*; & vtebatur iisdem herbis: & loco potus sumebat aquam *hordei* seu *ptisanæ* communis. Et quia tendebar ad aliquam adustionem & malitiam, præscripsimus linimentum ex *lactuca portulaca, nenuphare, hepatica, solatro plantag. & rubo, hordei cortice, granat. & capreolis.* quæ etiam apposita ante vlcerationem conueniunt. etiam sola aqua madeos ex trunco vitis. At Engius præceptor meus Bononiæ in Hospitali mortis in puero habente formicam in dorso seu herpetem, commode vsus est sequentibus remediis: ℞. *maluauis. maluæ, matrum viol. ana q. s.* cum butyro fiebat cataplasma, & loco affecto applicabatur. deinde
151 inunctus est locus cum *vnguento cerusæ & paulo butyri* simul mixtis & locus cum aqua maluarũ Profluit in teuello. Vtendum tamen magis exsiccantibus & infrigidantibus. Vide Auicen. 4. *primi* XXI. *cap.* Sed cum fieret corrosio & vlcera ambulantia, ad magis exiccantia deuenimus, quale est *vng. de plumbo*; cuius descriptio ponitur in Antidotario M. Bartholomæi Montagnanæ. Valet, secũdum eum, in excoriationibus & inflammationibus membroium in vlceribus fraudulentis corrosiuis & ambulatiuis, & in antiquis gangrænis crurum & aliarum partium. sic autem componitur: ℞. *plumbi vsti* ℥ ij. *lithargyrii* ℥ j *cerusæ lotæ, aceti ana* ℥ ß. *ol. ros.* ℥ iij. *mellis ros* ℥ j. *vitellorum ouorum num. iij. myrrhæ* ʒ ß *ceræ q. s.* Sed & puella quædam 20. annorum Delphis anno 1558. per totum hypochõdrium herpete vlcerato laborabat, & paulatim per medium corpus serpebat: multi eam primo peste infectam putabant: alij hoc malum lingua vulgari *ommeloop* vocabant. Hæc autem multis muliercularum remediis tum empiricorum frustra vsa erat. adhibuerat autem & *aquam solatri, & solatrum ipsum,* tum infinita remedia, quibus nihil proficiebat: nos tandem vocati duas cucurbitas cum scarificatione & natibus & scapulis affigi iussimus, sanguine pauco *bilioso & melancholico* extracto: deinde per os exhibuimus decoctũ *senæ, & infusum Rhab.* & vsi sumus syrupis aptis, vt de *fumoterra, de cichorea cum rhab. lupulorum* & similibus: postea fouimus locum, ad sedandum etiam dolorem & mitigandum calorem, decocto *maluæ*, in quo semina cydoniorum *infusa* erant: sed cum nihil proficeremus, hoc linimento adhibito cœperũt vlcera saniem profundere, & paulo post ipsa cum admiratione conualuit, linimentum tale erat: ℞. *resinæ terebinthinæ lotæ cum aqua ros.* ℥ j. *ol. rosacei* ℥ ß. *ouorum lutea num* ij. *succi duorum malorum arangiorum dulcium*; commixtis omnibus fiebat li- 152
nimentum. Quod si vlcerario tum corrosio processisset, *trochis. Auic. Alandarum* distemperassem cum vino styptico, aut cum *aceto lymphato*, & obliuissem. cuius hæc est descriptio: ℞. *cap. granatorum* ʒ x. *alum. de pluma* ʒ iiij. *calamenthi* ʒ xij. *drag* ʒ ij. *myrrhæ* ʒ. iiij. *oliban* ʒ VIII *aristoloch.* ʒ xij. confice cum *aqua mellis*, & fac trochiscos. Alij addunt *gallas virides.* Valde sunt styptici & exiccantes: ideo valent in vlceribus & in omni casu, vbi est necessaria exiccatio & restrictio.

SCHOLIA.

QVID *sit herpes esthiomenos & exedens, iam Scholio præcedenti diximus. & ex iisdem iam dictis constat eiusdem causa. Fit enim, quando flaua bilis, non naturalis, sola & secreta, id est, nulli* (saltem sensus iudicio) *admixto humore, in particulam aliquam confluit, decumbitve, atque ibidem consistit: quæ si consistentia sua crassior sit, acriorque totam exulcerat cutem, vsque ad carnem suppositam. Signa autem patent ex Scholio etiam præcedente. Primo enim fit excoriatio, & paulatim serpit, postea autem magis vlcerat, ambulat & corrodit loca, quia cholera crassa, manens sub cute, pustulas* (*Barbari* Buthores *vocant*) *seu eleuationes crassiores efficit, magnum dolorem & puncturam ibidem inferens. Ad iudicia & prognostica hæc referuntur: si enim formica* (vt Barbari loquuntur) *id est, herpes, in tantum augeatur, vt circumeat totum corpus, homo moritur: quia multitudo* (inquit Valescus) *materia arguitur in corpore esse tam intra, quam extra, & mala intemperies fuè per totum corpus adæquata. Curatio huius licet ex præcedente Scholio satis sit manifesta. hic tamen, quod ad curationem herpetis esthiomeni attinet, oportet prius humorem peccantem expurgare, vt antecedens materia minuatur, non expectando digestionem, quia materia est furiosa & secunda regula est etiam ab Auicenna posita* cap. proprio, *quod in formica seu herpete exulcerato declinemus ab impositione rerum humectantium, si herpes faciat corrosionem & vlcerationem, quia humectatis non conuenit vlceribus. Inprimis itaque præscribemus victum, qui in tertiana febre aut erysipelate conuenit, nempe* humectantem & refrigerantem. *A vino in totum abstinebimus, eius loco* aquam hordei *aut* simplicem cum cinnamomo *dabimus: mox etiam in principio materiam expurga-*

Causa herpetis esthiomeni seu exedentis.

Signa.

Prognostica.

Curatio.

Victus ratio.

Purgatio.

Purgatio. purgabimus cum cassia, thamarind. epithymo in aqua calei dissoluto, aut rhab. in aqua end. per noctem temperato. *Vel, vt in erysipelate diximus, sequentis syr. materiam digeremus:* ℞ syr. de fumoterræ, lupulor. ana ℥ j. ß. decoct. fumiterræ, lupul. bug. ana ℥ ij. *misce pro duabus dosibus. Materia preparata & obediens facta, ita purgetur.* ℞. confect. hamech ʒ iij. cassiæ recenter extractæ, diacatholic. ana ʒ j. ß. cum aqua de fumoterræ vel end *fiat potus. Deinde*

Reprimentia. *ad reprimentia accedemus, quæ & refrigerent & exiccent: qualia sunt, vt diximus,* vitium capreoli, rubi canini cacumina, arnoglossum: lenticula palustris etiam

Ad exulceratum herpetem. cum melle & polenta. *Vel cataplasma ex* malicorio, sumach, in vino coctis, cum polenta, *idest*, hordei farina, permixtis. *Vbi vero exulceratus herpes est, Pauli medicamentum ex* plumbi recremento *vel* ex malo punico dulci, *præcedenti Scholio descriptum, apponemus: vel pastillos illos iam dictos, vt Polyida, Andronis, Musa, vbi iam affectus inueteratus est. Valet &* fel hirci, cum nitro & pipere, & nitrum cum vrina pueri linita. *Egregium quoque, teste Valesco, experimentum commendatur ad omnes herpetas, si spatium quod in circuitu est liniatur, & aliquid in loco affecto, cum vng. facto ex* bolo arm. & terra sigillata, *distemperata cum* aqua rosi. & aceto. *Nunc ad exempla herpetis miliaris curati transeamus.*

OBSERVATIO VII.

De herpete miliari.

Conclusio ... accidentium. QVOMODO herpetem miliarem curauerimus in muliere illa quæ horrida febre quoque laborabat, diximus *lib. 5. Obs. & Curationum*

154 *medicinalium, obs. 22. de febre horrida*, cui accessit erysipelas phlegmonodes, & tandem herpes miliaris. Purgatio ibidem descripta, quæ bilem purgabat, plurimum ad herpetem faciebat. Vnde &

Signa. Galenus 14. *lib. Method medendi sub finem fere*, ita scribit. *Romæ mulier quædam illustris cum herpetem in malleolo haberet, primum quidem medicamento quod algam recipit, est vsa. Hoc cum pretium cicatrix induceretur, proxima illi summa cutis est excoriata, veluti ex desquamatis. Cui deinde cum superpositum medicamentum est, rursum illi continua est exulcerata. Idque ita assidue*

Prognostica. *peruexit, donec ad genu vlceratio perueniret: cum interim quiduis potius pati, quam medicamento bilem trahente, purgari, parata esset. Itaque etiam quod fieri in talibus assueuit, quoniam plerique culpant non culpanda, damnato ex alga medicamento, aliud admoueri iussit. Deinceps*

Curatio. *igitur, quod ex sandice componitur, vtebamur. Vt vero id quoque quod exulceratum iam fuerat, sanauit; quod vero nunc exulcerabatur, non imbibuit, sed iam ad bubones vsque virium ascenderat, ipsa necessitate coacta, serum se lactis sumpturam annuit. immittentes igitur clanculum minimum scammonea, inuitam purgauimus ac sanauimus. Igitur in talibus, vt postea ibidem docet Galenus, humorem abundantem expurgare oportet, ac deinde herpetes curare.* At mulier nostra, quam historiam inuenies loco iam citato, applicatione foliorum *farfara* ab herpete curata est. Sed & istis diebus cum herpetem miliarem haberemus, prius pur-

Purgatio. ganimus choleram & pituitam, hoc modo: ℞. *fumiterræ, boraginis, viol. ana m. j summitatum lupul. m. ß. foliorum senæ ℥ ß. agarici semin. rhabarb. selecti ana ʒ j. seminis anisi ʒ j ß. squinanthi, zinzib. alb ana ℈ j. prun. damasc. num. VII. liquiritiæ rasæ ℥ ß.* fiat decoct in sero lactis, pro ℥ viij. adde *syr. ros. solut. iis* ℥ j ß misce pro duabus dosibus matutinis: deinde vt hoc remedium Auicen. applicaretur, mau- 155
daui. erant autem pustulæ illæ miliares in ipso dorso cum magno pruritu, ardore & dolore etiam serpentes: ℞ *gallæ psidiæ, balaust. bol. ar. ana ʒ j. fiat pul. cum aqua ros. & aceto* in exigua quantitate: fiat mixtura, ne faciat mordicationem: & cum pluma illinebatur locus affectus. Prius tamen fiebat ablutio cum aqua *decoctionis pla tag. solatri & vngula caball. & malua ac viol.* Nam Amatus scribit quod licet ex Galeni sententia medicamenta frigida & exiccantia herpetibus admoueantur, maxime exulceratis, possunt tamen etiam contra sententiam ipsius Auicennæ quandoq; & frigida & humida applicari sine ægrotantium periculo. Sed maxime in herpete miliari. Cuius & tale exemplum ipse idem Amatus ponit. *Iuuenis* inquit, *quidam herpetem miliarem in femore patiebatur. Erat enim rubedo quædam viuida, vt in erysipelate, cutis tantum superficiem prehendens, multis pustulis grani miliè similibus, fœdata: à quibus affectus his herpes miliaris dictus est. Cum igitur ex humore subtili & bilioso ortum haberet, nulla expectata concoctione deponendus videbatur. Huic igitur quum ad eum peruenimus, pharmacum hoc illi propinauimus:* ℞. *syr. ros. solutiui ℥ iiij diaphœn. ʒ iij. infus. thamarind ℥ iij. misce fiat potus quem in aurora bibat quo multa liquida biliosa egessit. Succedente vero tempore syr. alterantes calidam intemperiem præscripsimus, qui ita habent:* ℞. *syr. ros. cicorea ana ℥ j. aquar. end. cicorea ana ℥ ij. misce, quos per aliquot dies continuare poterit. At topica medicamenta primo sic applicata sunt:* ℞ *succi plantag. solani ana lib. ß aceti ros. ℥ ij. misc. in quibus pannus lineus intinctus superponatur malo, & sæpe innouetur. Sed quum malum perseueraret, cataplasma hoc applicatum fuit, quod habet:* ℞. *plantag. ros. solani, cauda equina an. m. j. in sufficienti quantitate aqua fiat decoctio. Facta decoctione & cola-tura, prædictas herbas in mortario tere, quibus adde fari-* 156
na hordei, lentium ana ℥ iij. vini granat. acetosorum ℥ iij. prædicti decocti quantum ad spissitudinem mediocrem sufficit. misce, fiat cataplasma, & desuper ponatur. At quum exulceratæ pustulæ fuerunt, ad vng. de plumbo deuenimus. Quo sanum exacte factus fuit. Suadet namque Paulus in hac curatione, vtpote pustulosi herpetis, lib. 4 cap. 20 recremento plumbi ex vino austero læuigato vtamur: super quo plantaginis folia indidimus: & optime sese habuit. Hæc Amatus. At ego in pueris pustulas eiusmodi vt hiates seu herpetas in facie habentibus, quas vulgus *Springent vier* vocant, quæ etiam fortasse ad *phlyctænas* seu *phlyctides*, de quibus paulo post dicemus, pertinere videntur, accipio *cretam, oleum oliuarum, acetum vini*. ex omnibus æquas portiones, atque linamenti instar commisceo, & felicissime inungo. quo linamento si vtaris, videbis subitaneam admodum curationem, & perbreuem ac salutarem.

SHO-

SCHOLIA.

Causa herpetis miliaris.

QVOD autem bilis minus acris minusque calida, sed cum pituita mixta herpetem miliarem progignat, iam dictum est: id enim & longiore sermone & ipse Amatus ex Galeno tum Auicenna prosequitur loco iam citato. Dicitur autem herpes miliaris, vti diximus, eo quod pustulas exiguas in superficie cutis milii seminibus

Signa.

similes excitet: vnde & Graecis κεγχρίας dicitur. Hic autem non protinus vlcus facit, vt superior exedens, sed (vt dictum est) admodum exiguas pustulas ad milii speciem, quae & ipsa interposito spacio ac procedente tempore, cum disrumpuntur, scilicet, in vlcus abeunt. Proinde non sine

Lib. 4. c. 20.

ratione (vt refert Paulus) Oribasio visum est, in eiusmodi vitio bili esse aliquid pituitae admistum, quae pustulas illas minutulas procreat. Vnde & nonnullis pituitosus herpes dictus est. Quod ad curationem attinet, victus sit,

Curatio.

qualis in superioribus descriptus est. Cura etiam fere eadem, nisi quod Herpes miliaris mitiora medicamenta re-

157 quirit: & quae mixtae sint facultatis; hoc est, quae bilem simul & pituitam educant. Inprimis igitur purgetur bi-

Purgatio.

lis & pituita, dando decoct. flor. cum ℥iij. epithymi & ʒj.ß. pul. diaturbith cum ℥ß. cassiae fistulae. Sic etiam Amatus Centuria 4. Curatione 67. Iacobus, inquit, ex Galitia iuuenis annos natus viginti

Historia Amati de herpete miliari.

quinque, mense Decembri in herpetas miliares incidit, quae costas & pectoris laeuam partem occupabant: pro quibus tollendis illico aegrotanti pharmacum bilem praecipue, & aliquantulum pituitam purgans propinauimus: ex bile autem & pauca mixta pituita, miliaria haec vlcuscula oriri alias dixi. Caeterum supra vlcuscula haec vnguento plumbeo & albo camphorato mixte admoto, breui deliruerunt: intus tamē ad pectus aeger dolebat, & multum angustiabatur: sed tunc hirudines ani venis admotae sunt, quae sanguinis multum suxerunt: & postea ebibitis syrupis acetos. simpl. & de endiuia, ac deuoratis catapotiis ex aloe & aggregatiuis cum agarico, ex integro tunc sanatus est. Sed vtrum his conueniat phlebotomia, dubitatur, quamuis ipse videatur admittere, cum loco in Obser. praecedente citato Centuria 2. Curat. 37. haec dicit: Nec enim ad sanguinis missionem deuenimus: quam etsi Galenus & caeteri eum sequentes medici pro hac curanda affectione non admittant; neotericorum tamen cōsilio, praecipue Matthaei de Grado, auertēdi gratia, ex basilica eiusdem lateris fieri poterit, vt in curatione phrenitidis apud ipsum

Vtrum phlebotomia in herpete fieri possit.

legere liceat. Suadet autem Gentilis de Fulgineo, nobilis Auicennae enarrator, ne bilis furiat, in vera phrenitide sanguinis extractio non fiat: veluti quoque in puro erysipelate & herpete hoc miliari, quod ex bile quoque subtili originem trahit. Cui Matthaeus de Grado adstipulatur: praesertim in sanguinis missione, quae euacuandi gratia fit: secus autem in ea, quae auertendi ratione admittitur, quum haec tantum absit, vt noceat, aut bilem in furorem aut acredinem trahat, vt eam potius refrigeret & domet, ac aegroto magnum afferat iuuamen. Parca autem diuersiua haec sanguinis missio est: nec ita copiosa, vt ea quae euacuandi gratia fit. Porro vacuato, vt decet, eo qui in corpore redundat, humore, medicamentis tunc vtendum erit, quae influentem humorem reprimant, vt diximus: tutior namque ac conuenientior tunc fuerit eorum vsus, vt ex Gale-

158 no etiam Scholio praecedente & Obs. praecedente exemplo ostendimus. Caeterum quae reprimūt iam

Lib. 14. Meth. cap. 17.

diximus: quae & sine adstrictione refrigerant, quae hic conueniunt potissimum: cuiusmodi sunt lactuca, polygonion, lens palustris, portulacā, seris, sempervivū, & id genus alia etiam erysipelati opportuna. Vbi vero iam fluxus restitit, desiccare conuenit, sed medicamento blando, quale est apud Paulum lib. 7. quod recipit cerussae, amyli, glaucij, aluminis an. q. libet, cum vino aut loti palustris succo teruntur: quod si haec nihil profecerint, acetum, solani vel arnoglossi succus adiiciendus est. Omne enim vlcus, quacunque occasione natum sit siue sponte, siue manifesta causa, exiccari debet medicamento blando minimeque mordente, ne fluxio prouocetur. Reliqua his adiice quae Scholio Obs. 5. praecedentis diximus ad herpetas miliares valere. Valesius, capita piscium, inquit, salitorum torrefiant in testa ad ignem, donec sint quasi adusta, distemperentur cum vino pontico, & liniatur desuper. Aliud fortius isto. Sumatur flos

Arcanum Vales. 1. contra herpetem miliarem.

aeris, & sulphur citrinum adustum: misceantur cum aqua ligni vitis; & fiant linimenta. Nos autem, inquit idem, vidimus (cap. prop. de curat. formicae miliaris) & scimus vnam mirabilem experientiam: quae, sine alia quacunque medicina, praeter diaetam & purgationes, multi tempore meo curati fuerunt gratia Dei: ℞. lanam succidam ouis vel mutonis; & torrefiat in cacabo super ignem, donec sit nigra & arsa, & tunc puluerisetur, & distemperitur cum aqua ros. vel cum aqua peculi, donec fit quasi incaustum cum quo scribimus. & de hoc incausto bene spisso, cum pluma circumliniatur formica, id est, herpes. & fiat haec linitio bis in die aut ter; nempe diluculo, vespere, & in principio noctis: & panno lineo contineatur, non stringendo. Non vidi mehercle medicinam in isto casu magis expertam: constatque ratione, quia desiccat & stringit. Et in quot locis incipit, in tot fiat linitio: quia egram partem iurat desiccando, & sanam defendit stypticando & roborando.

OBSERVATIO VIII. 159

De phlyctaenis in facie infantis cuiusdam apparentibus.

INFANTVLVS cum phlyctaenas (quae & phlyctides Graecis nuncupatae sunt) haberet in facie, tales enim repente emergunt subflaui humoris copia distentae, bullarum modo lucidae, atque iis similes, quae ab aqua feruida vel ab igne ambustis erumpunt, non manifesto tamen dolore graues. His ruptis humor excidit, crustulaeque obdurescunt, dum sanescant. Has constat non nisi ex feruentissima bile gigni, quae ignem viribus suis adaequet: vt non ideirco praeter rationem illas vulgus ignem siluestrem appellet, id est, Vvilt vier: alij & Springent vier appellant: quamuis tamen & herpetes miliares, vbi malum serpit, milii instar, etiam Springent vier vulgari nomine simul cū phlyctidibus confundant. Caeterum huic infantulo cum ob vitiosum alimentum biliosumque pustulae istae orirentur, neque cibum sumeret, succo plantaginis & solani pustulas obiinire iussimus: postea adhibita etiam creta & aceto linamenti instar, &

decocto

decocto rosarum ablui iussimus: interim vt nutrix cibis frigidis alteratis cum succo acetosæ vel agrestæ vteretur, mandauimus, & vt serum lactis biberet: quo & puerulus postea aluum exonerauit. nutriebatur & nutrix lacte acetoso, modo hordeato, vt sic lac biliosum & acre corrigeretur. Quibus remediis infantulus breui conualuit.

160 SCHOLIA.

Aetius lib. 14. cap. 63.

EX humore pariter bilioso quædam pustulæ, siue papulæ, à Græcis phlyctænæ dictæ, similes his, quæ à feruida aqua ambustis emergunt, non tamen multum dolorem inducentes, exoriri solent: quibus ruptis subflaui humoris copia paulatim effluit, ad biduum aliquando, ac triduum durant. Hæ fœminis, quibus menstrua defecerunt, aut alias non recte purgantur, sæpe in cruribus apparent: viris rarissime accidunt: infantibus vero aliquando in toto corpore. In fœminis autem menses opportune ciere oportet; virorum vero corpora congruo medicamento purgare: & vtrisque vero alimenta aluum emollientia exhibebimus, & vrinas prolicimus; imperando vt ab acribus ac salsis abstineant. Infantibus vero, quoniam ob vitiosum alimentum huiusmodi pustulæ oriuntur, nutrix eligenda, quæ sit boni habitus: cibisque optimi succi nutriatur. Lauamus autem ipsos rosarum decocto, aut lentis: quod si ampliori adstrictione opus habemus, myrti aut malicorij: magis vero vlceratis, cataplasma ex plantagine imponimus, aut ex fetide, siue intubo cum pane: aut ex flore polentæ cum portulaca, aut semperuiuo, aut Veneris vmbilico, aut hyoscyamo: aut rosas virides vel siccas coctas cum meliloto & palmulas adhibemus. Pustulæ cum non sua sponte rumpuntur, sed graui dolore excruciant, acu perforari acu debent, vt humoris illuuies habeat emissarium. Deinde humore leniter expresso, cutis præposita finitur, donec impleatur. at si vulnus connuat, denuo pustula perforanda est similiter & exprimenda, tum cutis adstricta seruanda, quamdiu id, quod sub ea exulceratum est, ad cicatricem peruenerit. Sed priusquam pustulæ aperiantur, cocta lenticula cum aqua leuigata inducitur, vel mali granati virgulta, cinere calido tepefacta imponuntur, & loci attinguntur. quod si ruptæ fuerint, & vlcus excitatum, adeps suillus liquefactus & argenti spumæ detrita mistus, in linteumque illitus admouetur, vel lilij radix in aqua cocta tritaque cum cerato imponitur. Aliud, ad pustulas: ℞. spumæ argenti, cerusæ ana ℥ iiij. malicorij sicci leuissime triti ℥ ij. succi stratiotæ, vel etiam lentis palustris, quantum sufficit, & fiat emplastrum, probe etiam facit emplastrum ex ladano vel ex

Curatio in fœminis.

Curatio in infantibus.

Paul. 4. cap. 10.

161 hordeo, oui candido, & rosaceo aut myrteo oleo dilutum. His & alia adiungunt pustulas epinyctides dictas: sed alij volunt pertinere ad pustulas sanguineas: idep de iis scripsimus lib. præcedente Obs. 16. circa finem libri: quare ad illum locum citatum recurre.* Cæterum quia post erysipelas in facie & herpetem corrodentem sequitur illud malum, quod appellare solent neoterici chirurgi noli me tangere, ideo & de hoc capite Valesius agit statim post herpetem seu formicam miliarem quare & nos quædam de hac passione subiungamus.

OBSERVATIO IX.

De Noli me tangere.

PETRVS Florentius, facie admodum rubicunda, & naso supra modum rubro & lato ac magno, annorum sexaginta trium, cum viginti annis sæpe gutta rosacea laborasset, cum tumore quodam duro carcinomatis instar, potissimum in gena dextra, tandem tumor ille valde durus ad oculum peruenit fere: idem semper quasi lippitudine perpetua oculorum laborans ex fluxione oculos rubicundos habebat. Commorabatur autem hic Delphis in domo angulari plateæ Latæ, diuersarum rerum mercaturam exercens. Ad hūc anno 1570. 23. die Iunij vna cum Theodorico chirurgo, qui nosocomio Delphensi inseruiebat, accitus fui, qui & illum sæpe præ manibus habuerat: is autem malum *Noli me tangere* appellabat: erat autem tumor cum duritie carcinomatis instar, & pustulæ quædam in medio valde biliosæ sanguineæ & adustæ apparebant: non erat tamen adhuc vlceratio, quamuis ego metuerem quod tandem in cancrum vlceratum transiret. Palliationem itaq; tantum adhibendam vterque censuimus, de vera & perfecta curatione pene desperantes. Quare ego 23. die Iunij primo præscripsi, vt omni mane cochlearia duo huius syrupi 162 caperet, & hora 4. à meridie cochlear vnum: ℞. syr. de fumoterra ℥ iij. syr. de epithymo, ex multiplici infus. ros. ana ℥ ij. misce. Deinde, quia facilis erat solutionis, hoc sequens descripsimus apozema: ℞. end. cicoreæ, acetosæ, dentis leonis, agrimoniæ, borag. buglossæ, fumiterræ, summitatum lupul. ana m. ß. euphragiæ (propter oculos lippientes) m. j. sem. 4. frig. maior. ana ʒ j. folior. senæ ℥ v j. polypod. querc. ℥ iij epithymi ℥ ij. flor. cord. p. j. prun. damasc. num. ix. vuar. passul. enucleat. ʒ j. liquiritiæ rasæ ℥ ß. coquantur in aqua communi & fumiterræ ana q. s. pro lib. j. post infus. per noctem adde syr. de fumoterra. de epithymo ana ℥ j. syr. ex infus. ros. ℥ ß. misce: & fiat apozema pro tribus dosibus matutinis. Deinde ad hæc topica deuenimus: ℞ aquæ solatri lib. j. solani viridis m. j. bulliant; & in fine adde vini Pictauiensis stillati ℥ iij. aluminis vsti (quia pruritum habebat in pustulis) ℈ ij. misce. & fiat lauamentum. eo chirurgus epithimabat tumorem. Postea, quia videbatur maior inflammatio die 27. Iunij hæc sæpius applicari mandauimus: ℞ succi solani ℥ v j. aquæ plantag. solatri ana ℥ ij. misce. Oculi inflammati interim: & intra oculos aqua ipsa instillabatur. Hoc lauatorio vtebatur ad finem Iunij. Postea 1. Iulij hoc lauamento sequenti vsi sumus: ℞ succi solatri ℥ v j. aquæ solatri ℥ iiij. misce. reiterabatur sæpius, & hoc remedio contenti fuimus vsque ad finem Iulij. interim si venter non responderet, ex foliis senæ infusis vel decoctis in sero lactis eum subinde purgauimus. Postea 1. die Augusti Chirurgus, cū magis ad cancrum, licet non vlceratum, tenderet & subinde maximum calorem sentiret, lauamentum sequens apposuit communi consilio: ℞. aquæ

solatri

solatri ℥ v i. *tutiæ praparat.* ʒ j. *plumbi vsti tantundem.*
163 fiat lauamentum. Cæterum post octo vel plures dies, cum diceret se plus iuuamenti habere ex succo *solani cum aqua solani*, denuo id reiterari iussimus sæpius. At 24. die Augusti, cum magis extuberaret malum, vt iam perfectè in cancrum magis magisque transiret, hoc linamentum fieri iussimus, cum ingentem calorem in loco perciperet: ℞. *succi solani* ℥ j. ß. *succi semperuiui* ℥ j. ducatur diutissime in mortario plumbeo cum pistillo plumbeo ad modum linamenti. Postea huic adiecimus plumbum vstum: deinde, ubi ingentem calorem, etiam aliquid *vnguenti popul.* vt commodius in formam linamenti concresceret Sed paucis post diebus, cum malum nihilominus in peius vergeret, me dimisit, & chirurgum solum sibi reseruauit, vt reliquum palliationis persequeretur, malum enim iam ad carcinoma deuenerat confirmatum, quod tantum præcautione protrahi poterat. Sed huic postea nares ita ex carcinomate comprimebantur, vt anhelitum per nares trahere non posset: & ideo denuo in consilium adhibitus, consului vt turundas cannulatas argenteas in naribus poneret, vt per eas anhelitum commode traheret ac reciprocaret, & nares minus comprimerentur. Hic tandem tamen mortuus est, vt antea longo tempore prædixeramus. Animaduertebamus enim ab initio morbi, vlcera plurima praua latere, in cancrum tandem eruptura.

SCHOLIA.

Qualis sit passio Noli me tangere apud Chirurgos neotericos.

VALESCVS *tract. chirurgia cap.* 8. *de Noli me tangere*: Propterea, *inquit*, quod aliquando fit erysipelas in facie, vel formica corrosiua, id est, herpes exedens si ista non bene curentur, vlceratur facies, & fit corrosio in facie: & hæc passio vocatur Noli me tangere, quia tangentem inficit, vel quia quanto plus tangitur, tanto magis cre-
164 scit & in peius vergit. Facies enim membrum ratum est, & delicatum, & superfluitates cerebri ad partes eius deriuantur, & ipsa eas faciliter recipit. *Quia autem hoc malum maxime sequitur erysipelata & herpetes, ideo post curationem formica seu herpetis agit de curatione huius passionis. & post purgationes & victus rationem conuenientem curas cum* oxymelite simplici, *vel cum* aqua decoctionis agrimoniæ; *deinde iubet vt diligenter exccetur. Post desuper ponatur vnguentum de* plumbo, & vng. factum de flore æris cum alumine & melle simul coctis, *& secundum Theodoricum incorporetur* sal gemma *cum* succo plantaginis; *& in loco affecto cum propria vrina superponatur bis in die. Vel extrahatur* succus linariæ *&* plantaginis, *cum* sale gemma, *& fiant linamenta, & superponantur, & continuentur. Sed hic sciendum, quod omnia vlcera, quæ fiunt in labiis, vel naso, vel facie, sunt difficilis curationis. Quidam dicunt quod* succus caulis rubei *infusus sanguini eius, qui habuerit* noli me tangere, *vel* lupum, *quod curat fistulam. Sed & in libro quodam manuscripto inueni quod herba* oculus Christi *contusa & superposita ad tempora sanet* noli me tangere. *Sed quia hic quoque fecimus mentionem de* gutta rosacea, *egregie confert* vnguentum pineatum, *quo quondam Laurentius Brunick chirurgia Doctor insignis vti solebat, qua & maximam pecuniam corrasisse se fatetur. fit autem hoc modo:* ℞ granorum pini, argenti viui extincti cum saliua hominis ieiuni, axungiæ porcinæ recentis, quam non tetigit aqua: aquæ de floribus fabarum ana p. j. *conterantur bene simul omnia in mortario; & facies inungatur, quando vadit dormitum; & postero die nihil apparebit. Vide* Rosam anglicanam. *Sed hic cautio adhibenda, quod hoc vnguentum suauiter applicetur in superficie faciei, ob argentum viuum quod ingreditur, quia aliqui post secundam applicationem passi sunt vertiginem. Ad idem:* ℞ sulphuris triti par. j. albumina ouorum durorum tritorum & bullitorum mundatorum à vitellis, totidem, vel plus, *misce ad modum vng. & inunge pustulas semel aut bis in die: recedent. Et si manserit rubedo, fac vnguentum de* baccis lauri bene tritis, *incorporando cum* axungia porcina, *& modico* camphoræ; *& fiet alba facies* Grana iuniperi *trita in* vrina viri *optime bullita, & cum pinguedine supernatante vnge* guttam rosaceam; *facit mirabilia.*

Vnguentum pineatum, ad guttam rosaceam.

Ad idem: ℞ argenti viui ʒ ij. sulphuris ʒ iij. fellis 165
porci, succi hederæ terrest. ana ℥ ß. *misce cum axungia veteri; inunge faciem, prius lotam cum vino albo: & si istis addatur* zinziber *&* elleborus, *erit fortissimum. Aqua ad idem:* ℞. lactis caprini lib. 4. rad. althææ mund. *& minutim incisarum*, crystalli puluerisati ana ℥ ß. *ponantur simul in alembico, & distillentur lento igne. Contra innaturalem ruborem faciei, quando adsunt pustula conficiatur* caseus recens *cum succo* solatri *aut* semperuiuæ, *calcetur per annum: & erit sicut vnguentum v r.di, q o illinatur facies, sero & mane abluatur cum aqua fursurum. Sed ante illud expediet faciem stuphare vel fumigare cum decoctione* paleæ auenæ *vel* hordei, maluæ, viol. *&c. Contra guttam rosaceam, impetiginem & maculas leprosorum:* ℞. lithargyrii auri, lapid calaminaris, boli arm. salis gemmæ ana ʒ ß. vitrioli Romani, argenti viui ana ʒ j *incorpora cum* oleo laurino *sine igne; & primo frica locum affectum cum panno crassiore vsque ad sanguinem: deinde præscripto linatur sub noctem: mane vero ablue cum* aqua lappæ. *Ad idem, pro gutta rosacea:* ℞ albumina ouorum num. ij. lactis vaccini tantundem. *misce & contundantur: & liniatur locus de nocte quando vadit dormitum: mane vero lauetur cum aqua furfuris:* ℞. lithargyrij auri ʒ j. cerusæ ʒ ij. axungiæ anseris, gallinæ ana ʒ iiij. argenti viui extincti cum saliua ʒ ij. fiat vng. *cum quo sero inungatur; & mane lauetur cum dicta* aqua furfuris. *Item* pineæ recentes *pista cum* crema *lactis in modum vnguenti coeant: quo inungatur gutta rosacea: mirabile habetur. item, Accipe* limaces rubras q. v *& mundentur per medium, & aspergantur puluere* salis gemmæ: *& illud liquidum quod distillat admisceatur pinguedini terræ, quæ vbique terrarum inuenitur, & vocatur* stella terræ, *vel* casus terræ; *& cum ista lauentur pustula faciei; & consumet pustulas ipsas. Vel:* ℞ litharg. bene trit. puluerisati lib. 1. aceti fortis lib. iij. *misceantur, & stent ita per duos dies: postea coquantur ad consumptionem tertiæ partis: deinde adde aquam* florum fabarum lib. ij. *& simul ponantur in alembico, & distillentur. postea cum ista aqua distillata misceantur* gummi tragac. gummi arab.

Aqua contra guttam rosaceam.

Contra innaturalem ruborem faciei, quando adsunt pustulæ.

Contra guttam rosaceam, impetiginem, & maculas leprosorum.

arab. q. v. *& fiat vng. que facies inungatur:* ℞. sulphuris viui ℨ i. myrrhæ electæ, thuris ana ℨ ii. camphoræ ℨ i. *quodlibet per se puluerizetur: deinde omnia simul misceantur cum* aquæ rof. lib. i. *& reponantur in aliqua ampulla, quæ sæpius moueatur: cum qua aqua abluatur facies sub noctem mane lauetur cum aqua currenti. Ad idem:* ℞. aquæ mercurii ℨ i. *misce et* veroicis, alum. iameni, cerusæ bene lotæ ana ℨ i. *simul misceantur in modum vnguenti: & possis eo vti omni tempore, remouendo vnguentum, tenendo faciem super fumum aquæ decoctionis* paleæ auenæ. *Sed his adiungam regimen quod aliquando præscripsi cuidam habenti rubedinem nasi & maxillarum, primo phlebotometur bis in anno ex saluatella dextra, scilicet in Vere, & in sinistra in Autumno purgetur quater in anno cum istis pil.* ℞ pil. de fumoterræ, indarum ana ℈ i. pil. de hiera, pulu. rhab. ana ℈ ß. diagr. mastich. ana gr. iii. cum succo fumiterræ fiant pil. vii. *Prius capiat per quinque dies tria cochlearia syr. sequentis:* syr. de fumoterræ ℥. iii. syr. ex infus. rof. ℥ ii. ß. syr. de epithymo ℥ ii. syr. de end. ℨ i. misce. *Si sentiat grauedinem in ventriculo, antequam aliquid sumat capiat* pil. vnam azzaieret. *& post sumptionem sibi capiat tria grana* coriandri zacch. *exiguo incrustati. Caueat ab omnibus acutis, potu fumoso: & sit sobrius in potu. Ad remouendam rubedinem:* ℞. sulphuris citrini lib. ß aq. rof. lib. ii. *puluerisetur sulphur subtilissime, & cribretur per pannum sericum: & infundatur in dicta* aqua rof. *simul in vase vitreo, & soli exponatur x. diebus, cuius orificium sit optime strictum, & omni die semel aut bis ras moueatur: post hec epithimentur partes rubræ. Sed & ad maculas rubeas apparentes in aliqua parte corporis ob cholericos humores transmissos intra cutem & carnem:* ℞. hellebori albi pulu. *& pone in aceto, & decoque ad medietatem aceti, & frica locum, & post sudorem delebit maculas. Ad rubedinem magnam in modum serpiginis:* ℞. radicem lapathii acuti crudam & incisam per rotulas: *& contundatur cum* pipere nigro, *& transcoletur cum* aceto Rhenensi: *deinde pannum madefactum in isto liquore superpone per noctem, & videbis mirabilia: nam hoc modo plures illico curati fuerunt. Caeterum cum eiusmodi pustula non solum faciei, sed & aliarum partium corporis pertineant ad tumores mistos, de iis postea suo loco dicemus. Sed quia æger hic noster sæpe faciem fœdatam*

167 *eiusmodi pustulis antea habuerat, & simul guttam rosaceam passus erat, hæc experimenta hic inserere opportunum duximus, ne etiam nostra, quantumuis arcana, lectori pio ac beneuolo & iunioribus medicis celaremus. At authores post* Noli me tangere *de serpigine & impetigine agunt, quidam vero, vt Leonus, cum ad tumores mistos pertinere velint, de iis postea mentionem faciunt. Verum cum ipse Fernelius, vir doctissimus, recenseat impetiginem sub externis affectibus & pustulis à bile, hic de eadem agere opportunum duximus.*

Aqua quæ rubedinem faciei aufert & pustulas.

Regimen pro quodam habente rubedinem nasi & maxillarum.

Ad pustulas cholericas, & maculas.

Ad rubedinem magnam in modum serpiginis.

OBSERVATIO X.

De impetigine.

IOhannes Heuterus, vir egregius, qui post quartanam & hæmorrhoides cæcas (*vt in lib. de feb. & hæmorrhoidibus diximus*) etiam in facie & cruribus sæpe passus est impetiginem vel serpiginem, quam vulgares appellant Teter, vel Taeter zeer, ab hoc malo post vniuersalia remedia curatus fuit hoc lauamento: ℞. *maluæ cum toto, foliorum salicum, hederæ arboreæ, folior. lappæ ana m. i.* coquantur in vino Pictauiensi. lauentur crura, & apponatur *folium lappæ:* ad idem valet & *folium hederæ* appositum: & etiam *folium quercus* in lichene, vbi crura madent. Sed & hoc commode vsus est, & ego in aliis quamplurimis expertus sum: ℞. *foliorum salicis, hederæ arboreæ, foliorum lappæ, vngulæ caballinæ ana m. i.* coquantur in vino Pictauiensi. deinde apponatur folium *vngulæ caballinæ.* Valet egregie, vt experti sumus, etiam si in facie appareat, *sinapi* recenter molitum, & supralinitum: quod quidam pro maximo arcano tenuerunt: etsi apud antiquos quosdam autores eius quoque mentio fiat.

SCHOLIA. 168

I*Mpetiginem ipse Fernelius sub lichene ponit, & asserit quod sit* asperitas dura ac sicca, cum ingenti prurigine. *Ea autem à scabie distat, quod sicca sit, & omnis humoris omnisq; saniei expers. Ex siccis enim pustulis fit, scabies vero ex humidis. Huius quatuor, inquit, sunt species: Vna admodum simplex, qua cutis rubra, exasperataque vehementi pruritu roditur: at hæc simplici pruritus nomine continetur. Oritur ex bile, aut ex pituita tenui, quæ tamen putrida sit & salsa, & quæ sub vna epidermide coercetur, eamque exedit.* Altera *est vera impetigo,* Lichen, *Græcis nuncupata. quæ asperior pustulis maioribus emergit, acrius corrodit, latiusque procedit. Hæc sæpe ex neglecta papula fit, fereque ex ea, quæ* papula fera *nuncupatur: & quæ nisi mature sublata sit, in lichenem vertitur, hic deinde in psoram psoraque in lepram. Lichenis materia est bilis ardentior, aut pituita putris ac salsa, non tenuis illa quidem, sed quæ crassitiem aut ex se aut ex aliorum permistione contraxit.* Tertia *species est Græcorum* Psora (*hæc enim à scabie longe est diuersa*) *qua cutis crassior, siccior, durior, tumentior & serpentibus pustulis asperior euasit: hic vehementer roditur & exeditur. passimq; finditur, ex se furfuracea quadam nigra excutit. Huic originem dedit atra bilis in cutem effusa, è qua digeri vix potest: ægre siquidem hoc malum sanescit.* Quarta *species est* lepra *Græcis nuncupata, omnium sane deterrima. Ea cutem vehementer rodit, alte depascit atque findit: ex qua non solum furfures, sed & squamulæ decidunt, modo pallida, modo subnigra: nullis hæc cedit remediis, & de eius curatione vulgus diuos implorare solet. Nascitur ex bile atra, cui etiam crassæ lentæq; pituitæ salsa quiddam sit admistum: hincque non epidermidem solum, verumetiam totam cutem prehendit ac obsidet. Quodcunque psora lepraue inquinatum sit corpus, sensim id tabescit & absumitur.* Hæc Fernelius. *Ac Tagaultius* lib. 1. : Instit. Chirurg. de tumor. præter naturam cap. 2. de differ. tumorum, *Ex pustularum genere,* inquit. *sunt* lepra *Græcorum, apud Latinos nomen suum retinens, &* psora *iisdem scabies appellata, affectus quidem inter se admodum affines: cutis e-*

169 *nim sunt asperedines cum pruritu & corporis colliquatione: ab eodem tamen humore progignuntur, nempe ab atra bile. In hoc tamen differunt, quod lepra cum manifestis squamis cutem profundius in orbem depascitur: psora vero superficiem tantum variis figuris lædit, & furfura-*

Fernelius de impetigine.

Ὁ κνησμός.

Vera impetigo & lichen Græcis nuncupata apud Fernelium.

Ἡ ψώρα.

Ἡ λέπρα.

Tagaultius

Lepra. Psora.

cea quædam corpuscula remittit. Huc etiam spectat ea leuis cutis infectio, quæ Græcis Licheoe, *Latinis* impetigo, *& vulgo quibusdam* (vt Manardus refert) volatica *nominatur. Hæc fit mixtis saniebus tenuibus & acribus, cum aliis crassis, & frequenter ac facile in prædictos affectus, lepram scilicet & scabiem,* quam psoram *vocant, Galeno authore, degenerat. Sunt tamen qui Græcorum lepram*, impetiginem *vocari à Celso contendunt. Verum enimuero cum ipse seorsim scribat de impetigine, & quatuor eius species faciat lib.* quinto suæ medicinæ, *euidenti argumento conuincitur, eũ aliam rem per impetiginem intellexisse, quam Græcorum lichenas. Quandoquidem nullus autor Græcus legitur qui tot genera lichena vnquam agnouerit. Itaque si propriè & cum Galeno loqui volumus, lepra & lichene vel impetigo vnum & idem esse non possunt, alioquin idem in seipsum mutaretur. Vt igitur omnia in pauca contraham, quando leniter cutis inficitur, cum sola scilicet asperitate ac pruritu, id Græcè* Lichen, *Latinè vero* Impetigo *dicitur. Dum autem peior fit affectus, nomen, sicuti & formam, mutat. Si enim manifestè squamas lichene excitat, atque altius cutẽ depascitur,* lepra *propriè dicitur. Si vero per extimam tantum superficiem extenditur, & corpora furfuracea emittit,* psora *Græcis, à nobis propriè scabies vocatur. Quanquam scabiei nomen vulgo & recentioribus medicis, latius longe pateat, qui omne vitium cutis scabiem nominant. At impropriè loquuntur: pura enim ac vera scabies Latinis is procul dubio affectus est, qui Græcis* Psora *vocatur ab Auicenna* Albara *&* Moephea (*contra quorundam opinionem*) *diuersus. Nam quod illi & Puniceis fere omnibus* Albaras *dicitur, à Græcis & Celso* Leuce *nuncupatur. Sed de his latius, cum de mistis tumoribus dicturi sumus, & quomodo Græci tum Latini impetiginẽ curent. Nunc autem de impetigine agamus, iuxta theoricos, etiam illos qui Auicennam tum Barbaros sequuntur.*

Lichene. — *Quatuor impetiginis species.* — *Impetigo.* — *Lepra.* — *Psora.* — *Scabies.*

170 OBSERVATIO XI.

De serpigine atque impetigine in crure, cum pustulis paruis erodentibus, atque fissuris.

ANno 1551. Arnoldus Heynticus, poculorum fusor, cognatus meus, Alcmarianus, mense Octobri, cum crura pustolis paruis corrodentibus carnem infecta haberet, atque ea specie serpiginis & impetiginis laboraret, quæ lingua vulgari *Haer-vvorm* dicitur, vt ei idem apta remedia præberem, rogauit. nam diu variorum empiricorum opem, tum mulierculatum frustra expertus erat. Cæterum postquam hac potione per me præscripta, tũ linimento sequenti vsus esset, breui sanitatem cõsequutus est. Hæc erat potio: ℞. *corticum rad. cicor. dentis leonis, liquiritia ana* ℥ i. *fumiterræ, cicoreæ, dentis leonis acetosæ, viol. borag. ana m. ß. capill. Ven. flor. cordial. ana p. i. sem. quat. frig. maior. ana* ʒ i. *sem. anisi* ʒ i. ß. *prun. damasc. num. xv. vuar. pass. ab arill. mund. p. i. folicul. senæ* ℥ i ß. *polypod. quercini, epithymi ana* ʒ ii. *rad. ellebori nigri* ℈ i. *myrob. omnium ana* ʒ ß. coquantur omnia secundum ordinem in *sero lactis ad lib. iii.* & post colaturam optime dulcoretur *saccharo.* deinde: ℞. *agarici electi* ℈ ii. ß. *rhabarb. optimi & selecti* ℈ ii. *zinzib. salis gemmæ, spicæ, squinanthi ana gr.* v. contundantur crasso modo, & fiat puppa suspẽsa in dicta decoctione, & exprimenda dum potio sumetur ex qua capiebat bis aut semel in die, pro vt aluum deponebat. Linimentum autem constabat ex *pice liquida nauali*) vulgo Teer dicitur) *sulphure & axungia porcina.*

SCHOLIA.

171

IMpetigo & serpigo (inquit Valescus cap. proprio) *sunt infectiones cutis. Dicitur autem* impetigo, *quia cum impetu lædit, &* serpigo *à serpendo dicitur, quia videtur serpere hinc & inde. Illa ergo quæ serpit, dicitur* serpigo, *sed quæ stat, dicitur* impetigo. *Et sunt infectiones superficiales maxime cutis, prouenientes ex cholera subtili* (vt Gordonius quoque asserebat) *mixta cum humore grosso, peruenientes ad cutis superficiem, facientes infectionem cum squamis siccis. Impetigo primo occupat paruum locum, deinde aliquando vlterius aut longius proserpendo:* (ita in Heutero per totum crus serpere vidimus:) *& mutando locum, priori tamen non dimisso, vt di*ctum est de formica seu herpete: *& habet squamas siccas vt familla. Causa istarum infectionum est materia acuta sicca habens acuitatem, & est permixta materia melancholica, & est materia grossior ipsa materia scabiei. Et dicit Gordonius, quod* cholera subtilis aliquando superat materiam crassiorem, & aliquãdo est cholera grossa: vel plus de materia crassiore: aliquando æqualis, quando æqualiter affligit. *Sed intelligẽdum est quod sit duplex impetigo, secundum Auicennam: quædam est* humida sanguinea, *in qua apparet ros, quando fricatur in superficie: talis erat in crure Heuteri nostri. Alia est* totaliter sicca, *& ista vt plurimum est à phlegmate salso conuerso in melancholiam per adustionẽ phlegmatis salsi. talis erat in iuuene illo organista, cognato Buscopii, quem istis diebus dum hæc scriberem, præ manibus habui: erat autem in parte conuexa manus. Post decoctum fumiterræ in sero lactis, & vsum frequentiorem eiusdem: deinde post purgationem ex foliis* senæ cum folius fumiterræ, acetosæ, scabiosæ & *similibus, deinde linamento ex foliis* maluæ, salicum, vngulæ caballinæ, lappæ, depositis squamis, *facile hic ab initio curatus fuit. Præterea impetigo quædã est* excorticata, *& ista est talis propter magnam siccitatem, & habet causam magis profundatam. Alia* non est exorticata. *& ista non habet causam ita profundatam vel confirmatam. Præterea quædam impetigo* ambulatiua *est, & videtur mutari & obambulare. & ista propriè vocatur* serpigo. *alia est* te- 172
cens, *alia* antiqua, *&* mala. Signa *ex se satis apparent: nam in superficie cutis ariditas adest, ac si essent parua fissura, & parua crustula sicut furfures, & adest in loco pruritus & ardor: quia materia ista est aliquando ardẽs & ignita, mala qualitatis & sicca: & ideo cutẽ desiccat, vt apparet. Iudicia seu prognostica in impetigine;* Quando, *inquit Gordonius,* plus est de cholera, facilius curatur, quando vero humor est grossus, tardius curatur: quãdo vero æqualiter materia eã effecerit, media est curatio, id est, mediocri molestia curatur. *Valescus vero hæc adiungit:* Primo, *inquit*, impetigo humida sanguinea, cũ qua quando fricatur apparet quasi ros, est maioris malitiei. & illa q̃ est totaliter sicca, est deterior. *Secũdo,* impetigo excoriata dete-

Impetigo cur dicatur: & Serpigo vnde sibi nomen comparauerit. — *Causa.* — *Signa ex se satis sunt manifesta. Prognostica seu indicia.*

deterior est. Tertio, impetigo quanto antiquior, tanto deterior & tardioris curationis est. *Quarto, dicit Auicenna*, quod impetigo est ægritudo habens acuitatem, vt nasturtium & similia. *Quinto* si in capite & in facie pueri vel viri apparet impetigo, & continuauerit per multum tempus, talis leprosus efficitur, nisi cum optima diæta & purgationibus cito succurratur. *Sexto* parua impetigo, recensque cito curatur bono regimine ac victus ratione.

Canones vniuersales ante curationem particularem præmittendi.

Ante curationem particularem impetiginis hi quidam canones ab authorib. vniuersales præponūtur. quorū primus est: Cū impetiginis causa sit cōposita ex materia crassa & ex materia subtili, ideo medicina etiā cōposita esse debet ex reb. incidentib. & subtiliātib. & ex reb. sedantib. eius accidentia, & humectantibus. *Secundus* canon, ante localiā remedia diæta conueniens est præcipienda, & materia digerenda, & cum appropriatis est expellenda, atq; euacuanda. Sed quod ad composita attinet remedia, siue ipsa sint vniuersalia, seu topica, seu digerentia, aut alterantia, ea ipsa componenda sunt prout materia vel magis acuta aut magis crassa prædominiū habeat: *atq; hic canon valde generalis est. Tertius, & est ipsius Auicennæ*: Appositio sanguisugarum est de melioribus remediis eius. *Quartus est eiusdem*: balneum est de subtilioribus curationibus eius scilicet præcedentibus vniuersalibus. *Hinc & Gordonius de apostematibus calidis part. 1. rubrica 5. de impetigine & serpigine*: Mundificetur corpus in primis iuxta naturam suæ complexionis. corpore autem mundificato, & bono regimine supposito, fiat balneum, quoniam balneum subtiliat & aperit, & iuuat ad euacuandum humorem. *Quintus*,
173 quando impetigo per conueniētes curationes nō curatur, imo expandit sese serpendo, tunc recurratur ad curam lepræ. *& cum hoc indicio concordat & ipse Auicenna cap. proprio. Sextus est Auicennæ eadem forma*. Et de eis quæ prohibent venire impetiginem & sanant quod de ea venit, *est* quod detur in potu laccæ ablutæ (sicut aloes abluitur) ʒ i. cum ℥ iii. decoct. myrrhæ vel myrtill. *His præmissis, ad curationem particularem deueniunt: de qua Scholio sequenti agemus.*

OBSERVATIO XII.

De impetigine faciei.

NVmannus, qui in Haga Comitis numeris regiis præerat, pro impetigine faciei, maxime circa mentum, quæ ei frequens erat (ita vt ab ea curata tandem in barbam cauam adhuc iunior inciderit) pro illa, *inquam*, depellenda, quæ faciem deturpabat, infallibili remedio vtebatur sinapi recenter mollito, quo loca impetiginosa in facie oblinebat. atque eo remedio tum ipse curatus est, tū plurimi alii post eum, quib. hoc consilium cōmunicauit. quemadmodum & Heuterus noster, qui non solum crura impetigine frequenter affecta habebat, sed & faciem ipsam impetiginosam præseferebat, quæ licet curata subinde reuertebatur. eo tamen experimento sæpe facie, maxime in frūte in affecta impetigine curabatur. At hoc quidē experimentum de sinapi non quidem nouum est, sed satis antiquum: nam & Gordonius etiam huius meminit *part. 1. de apost. calid. rub. 5. de impetig. & serpigine*, sic scribens: *Oleum de sinapi delet impetiginē: hoc idem facit & oleum de frumento, acetositas citri & sinapis cum aceto. & sulphur citrinum cum aceto.* At Ioannes ille Heuterus, de quo Obser. 10. præcedēte diximus, anno 1558. mense Decembri impetigine in facie correptus est, cum gelu ac tempus frigidissimum esset. Cui *syr. de fumoter. de epith. de cicor. cum rhab.* pro digestiuo absque aquis stillatitiis dedimus. deinde id quod sequitur: ℞ *folior. senæ alexand.* ℥ ß. *rhab. electi* ʒ ß. *semin. anisi, spica ana* ℈ ß. infunde per noctem in *aq. cicoreæ, fumiterræ, borag. scabios. ana* ℥ i. facta prius ebullitione mane fortis. express. adde *syr. de fumoterra* ℥ i. *misce*. inde quinquies aluū deposuit. Postea nescio cuius consilio cinerē ex carbonib. ignitis volatilē apposuit, sed non iuuabat. quare & hoc linimentum illi præscripsimus: ℞ *terebinthina Veneta lota in aq. ros.* ʒ i. *ol. ros.* ℥ ß. *ouorum lutea num. ii. succi duor. malorum arantiorum* (dulcium accepissem, sed deerant) *acidorum*: istis commixtis fiebat linimentum: quo cum duobus diebus inunxisset, incepit pus emanare in magna quantitate. Sed cum facies inflaretur, linimentum statim reliquimus: tunc quoque accito M. Lamberto chirurgo Delphensi, ad maiorem exiccationem linimentum confecimus ex *aceto rosaceo, lacte muliebri*, & puluere *cretæ albæ* in sartagine prius supra prunas exiccatæ. *lithargyrii*, scilicet horum puluerem per pannum lineum cribratorum, adiecta *aqua hederæ arboreæ* & *ros. & plantag.* vt ad formam linamenti coirent. quo facies tota oblinebatur. pannis deinde lineis intinctis in aqua plantaginis, *ros. aceto ros. lacte muliebri, aqua hederæ arboreæ*: quibus & parum pul. *lithargyrii*, tum *cretæ exiccata & puluerisata* epithematis modu iniecta erāt. illi panni sic immersi desuper apponebantur, & cum exiccarentur, eadem aqua humectabantur, & eo aspergebantur: illo tempore cum exiccati amouerentur, prius irrorabantur, ne cuti adhærerent. Interim duas cucurbitulas cum scarificatione circa iuncturas vniuscuiusque manus, tum duas alias scapulis affigi iussimus, sanguine vtcunq; extracto. Postea ad maiorem exiccationem solo 175
linamento inungebantur, & paulatim postea relicto linamento, dicta lotione fuit sanatus. Sed hic idem, ne hoc omittamus, ante hoc tempus eodē anno circa principium Decembris crus vsque ad talum excoriatum impetigine habebat. Cui hæc præscripta sunt: ℞ *folior. senæ alexand.* ʒ ii. ß *rhab. electi* ʒ ß. *sem. anisi, spica ana* ℈ ß. infunde per noctem in aqua *cicoreæ, fumiterræ, boraginis, scabiosæ an.* ℥ i. mane fiat expressio: adde *syr. de fumoterra* ℥ ß. *misc.* detur vnica vice: habuit autem ex eo quatuor secessus. facilioris enim solutionis erat. Postea hoc lauacro pedem lauabat: ℞ *fol. salicum, maluæ, lappæ, fol. hederæ arboreæ an. m.* coquantur in vino Pictauiensi, & post lotionem appositis foliis lappæ à parte viridiori, fuit breui curatus, quamuis circa finē eiusdem mensis facies facta fuerit impetiginosa: sed remediis paulo ante descriptis etiam perfecte curata. Huic tandem ad præcautionem, cum valde sanguineus esset, in vere quotannis aliquando

libram vnam, sæpe & duas fere sanguinis libras, commode detraximus: adhæc præcedente decocto Maiali ex foliis *fumiterræ cum sero lactis* & purgatione conuenienti, & ad minus ter aut quater in anno coxis & brachiis cucurbitulas cum scarificatione, apponi mandauimus.

SCHOLIA.

Commendatur inprimis in curatione particulari impetiginis & serpiginis apud Valescum, iuxta tenorem primi canonis dicti Scholio præcedente, si materia crassa est & sicca, & magis quam subtilis abundans, fiat hic syr. ℞. flor. borag. rad. petros. apii fœn. eod. scariolæ ana m. i. epithymi, senæ, polypod. querc. ana ℥ i. anisi ℥ ß. mell. sach. ana lib. i. fiat syr. *detur aqua decoct.* cicerum rub. & spicænardi, *vel earundem herbarum iam dictarum, adiecta herba fumaria in maiori quantitate. Deinde purgetur cum* epithymi ʒ iiii. *dissolutis in sero caprino. Si autē materia magis ad subtilitatem declinet, in digestiuo ponatur plus* endiuiæ,

Curatio impetiginis & serpiginis ex practicis sumpta.

176 scariolæ, & portulacæ *& addantur* semina frigida: *& in purgatione ponatur* cassia fistula, rhab. thamarind elect. de succo ros. *& similia. & purgetur cum hac decoctione:* ℞. polypod. querc. recentis, epithymi, flor. borag. pass. mund. ana ℥ ß. *fiat decoctio, in qua dissoluantur* cass. fistulæ mund. ʒ vi. pul. diaturbith. ʒ ii. *vel plus vel minus, secundum tenorem virtutis, obseruato tamen primo canone, cum aliis canonibus vniuersalibus. Deinde in parua, aut puerili corpore, vel noua impetigine, sufficit interdum vel sola fricatio cum saliua hominis ieiuni, maxime si sit famelicus. Hinc & Gordonius loco citato inquit:* Impetigo recens inprimis curatur cum saliua ieiuni, si illiniatur. *Vel sufficit inquit Valescus* tract. sro de chirurgia cap. 9. de impetigine & serpigine) *quod fricetur, cum cortice* rad. lapathii acuti, *maxime si ab homine ieiuno prius aliqualiter masticetur, vel dentibus conteratur. Remedia singularia hæc sunt ad impetiginem: Primum est* acetositas citri & citranguli, & limonis, *& si cum aliquo istorum sæpe fricetur. Secundum est Auicennæ, estque* gummi pini, gummi amygd. gummi arab. storax liquida. *si aliqua ex istis in aceto temperentur, & cum eo curetur, curabitur impetigo. Ad idem valet* sinapis comestibilis: *distemperata cum* aceto, *est vltima, inquit Princeps Auicenna. Similiter* aqua sulphurea, aqua salsa, sem. melonis, radix asphodeli. *Aliquando humectetur locus, & refrigeretur cum succis herbarum frigidarum, vt est* lactuca, portulaca, cucurbita, vel *cum* mucilagine psyllii, *& cum* saliua hominis *ieiuni postea superponantur alia remedia, linimenta scilicet vel vnguenta, vt est hoc quod sequitur:* ℞. succi asphodeli, succi serpentariæ, succi lapathii acuti an ℥ ii. axungiæ porcinæ lib. ß. *coquatur axungia cum succis vsq; ad consumptionem succorum, & cum axungia proiecta in mortario incorporentur* tartari, plumbi, fuliginis camini vel oris furni, viridis æris, cineris cucurbitæ ana ʒ ii. argenti viui extincti cum saliua ieiuni ℥ i. aceti q. s. ad incorporandum. *pro recenti impetigine infantium, & aliorum:* ℞. gummi prunorum, vel saltem gummi arab. glutinis *quod fit ex coriis* ana ℥ i. *temperentur in aceto &* storace liquida, *& fiat vnguentum mediocriter liquidum. At istis addi potest, vbi sit ægritudo* antiqua, sulphur citrinum *aut* auripigmentum. *Vnguentum Henrici, quod etiam ponitur à Valesco & Guidone, quo curatus dicitur quidam Parisiensis, qui hanc ægritudinem passus fuerat per quinque annos.* ℞. sem. iuniperi conquassati ℥ i. *coquatur cum aqua sufficienti, & colaturæ addatur* axungiæ porcinæ fusæ & colatæ ℥. vi. terebinthinæ ℥ i. *dissoluantur omnia super ignem, & deponantur, & quando infrigidatum fuerit, aquositas expellatur, & residuum in mortario fortiter agitetur, addendo* sulphuris ℥ ii. *fiat vng. quo vngatur fricando. Vel secundum Gordonium (quod etiam laudat Valescus) vngatur locus sequenti vng. in balneo, vel post balneum* ℞. farinæ risi, fabarum, lupinorum & cicerū ana ℥ iii. (*Gordonius addit &* milii hordei, *& ponit prædictorum ana* ℥ i.) gallarum, ossium myrobal. (*addit Valescus*, torrefactorum) mellis ana ℥ ß. *bulliant omnia in aceto & succo betæ, vsq; ad spissitudinem, & fiat vng. liquidum: & illiniatur locus, in antiqua autem impetigine & serpigine,* ℞. lithargyrii, nitri, stercoris caprarum, æris vsti, foliorum agni casti (*Valescus addit &* foliorum rutæ) ana ℥ i. vitrioli, sulphuris viui an. ʒ iii. (*Valescus addit* viridis æris etiam ʒ iii.) bulliant *in aceto vsque ad spissitudinem, & fiat quasi vng. & liniatur eo locus. Si autem adueniat pruritus, & squama, & quasi quadam excoriatio, liniatur locus cum isto medicamine:* ℞. anacardi, costi, ellebori nigri, vitrioli (*alias atramenti, vt Gordonius habet*) aristoloch. combustorum, an. ʒ vi. (*Valescus habet ana* ʒ iii) *terantur & cribellentur & conficiantur cum aqua: vel omnia ista, quæ dicta sunt conficiantur cum modica quantitate* ceræ & olei, *& melius adhærebit, & fiat vng. quo inungatur locus affectus. Ad idem valet, si cum stercore caprino, mixto sale & melle inungatur. Sed & hoc apud Gordonium mirabile vnguentum ponitur, valens ad omnes rubores & infectiones cutis de cholera aut sanguine, vbicunque fuerit, aut vtrisque humoribus inficientibus cutem* ℞. sulphuris viui, auripigmenti rubri ana ℥ ii. *puluerizentur, & cribellentur in vltimo, & conficiantur cum succo de* fumoterræ: *& si herba ipsa non inueniatur, cum syrupo de* fumoterræ: *& fiant trochisci, & desiccentur in vmbra, & cum vti volueris distemperentur cum* vnguento citrino, *& inungatur locus, & in crastinum cum* aqua sulphurea (*vel, vt habet Valescus, cum* aqua furfuris) *abluatur, & hoc fiat toties, donec curetur.* Oleum frumenti, pix naualis, *sinapi*, & oleum eius, gummi arab. cum aceto cordumeni, sem. nasturtii, semen rutæ, mel anacardinum, *& similia, egregie conferunt in isto casu, etiam* cortices maligranati. *Vel fiat istud:* ℞. vnguenti citrini, vnguenti fusci, lithargyri ana ℥ ii. *misceantur. Sed & hoc à fide digno accepi valere ad scabiem feram & serpiginē.* ℞. olibani ℥ ß. lithargyri, plumbi vsti ana ℥ i. cerusæ ʒ iii. *terantur omnia, & in olla noua cum aceto coquātur, addendo cū bullire incipit modicum* de oleo & aceto: *& sic sat ipsum decoqui ad spissitudinem liquidissimi vnguenti. Eo felicissime vtebatur M. Iohannes Tiengius medicus Amstelrodamensis. Sed & pustulis suis impetiginosis egregius ille Iohannes Heuterus, Delphensis, cognatus vxoris meæ, imponebat* folium quercus *per se: hoc enim paulatim madentes impetigines, & scabiem illam feram in cruribus arescere faciebat, & exsiccabat, vt ipsi conspeximus. Alii vtuntur*

Topica.

Vnguentū.

Pro recenti & simplici impetigine infantiū & aliorum.

177 *Vng. mirabile, quo quinque annis laborans ab impetigine curatus fuit.*

Vng. Gordonii.

Vng. ad omnes rubores & infectiones cutis, ex cholera aut sanguine aut hum simul mixtis.

Conferens serpigini & scabiei feræ.

foliis

foliis alchimillæ, *nec male vt Reinerus Henrici ille Cereuisiarius Delphensis se ipsam curabat, simul & pustulas scabiosas madentes, sed pare oppletas prius acu tundebat, mox folia* alchimillæ *applicabat.*

OBSERVATIO XIII.

De lichene impetigine & vlceratione fœda intercutanea.

MVlier quædam Delphensis, quæ ad forum hanenarium Delphis commorabatur, per multos annos laborauerat lichene impetigine valde vlcerosa intercutanea, subinde madente, cum perpetuo pruritu, non solum circa crura, sed etiam in partibus corporis diuersis, etiã in pectore circa mammas & in facie, eratque fœda vlceratio intercutanea, vt quasi pro leprosa haberetur. Hanc subinde purgauimus cum *cassia confectione hamech*, cum decoct. *senæ*, cum *pill. de fumoterra, indis*, aliisque appropriatis. tandem, cum multa topica administrata essent remedia, per me, tum alios chirurgos plurimos, ad extremum quasi deplora-

179 ta, cum chirurgi eam curare non possent, ex consilio nescio cuius mulierculæ accepit *butyrum & ferri squamam*, quæ inter cudendum excutitur, quam puluerizabat & cum *pice nauali*, Germanice *teer* vel *ter*, componebat linimentum, inungens crus leuiter: & curata fuit. Sed postea, vt ipsamet mihi retulit, locu squamæ ferri accepit *carbones fabriles*, eosq; puluerisatos cribro excipiebat, illumq; puluerem vna cum *butyro & pice nauali* bulliebat in olla leniter, donec in linamentum coiret. Quamuis autem fœtorem satis molestum ex se remitteret hoc vnguentum, egregie tamen ad rem faciebat, adeo vt solo hoc remediu à fœda illa impetigine illa tandem sanata sit.

Valerius Cordus Romæ mortuus.

Ego autem ipse quandam impetiginis speciem habui, seu varos quosdam, dum Romæ agerem, anno 1544. mense Octobri, idq; duntaxat in fronte. Cum enim Valerium illum Cordum doctissimum (cuius mentionem ego alias feci in lib. meo *de impostoribus medicis*) sequutus fuissem in conquirendis herbis ac simplicibus, ac cum ille Romæ (proh dolor) moreretur in vlnis meis ex febre hemitritæa pestilenti, ac cum illa causa vigilando aliquas noctes insumpsissem, in idem fere malum (quamuis febrem minus malignam) incidi: cui cum accederet angina, à qua curatus fui septimo die quasi per crisim sudore quodammodo diffluens, tunc mihi pustulæ quædã quasi morbillosæ, varorum instar, ac pruriginosæ rubræ in fronte ad formam fabarum per medium scissarum aliquantulũ duriores apparuere, & postea melius habere cepi, febre desinẽte, tũ capitis dolore, q continuo ad fuerat. Post diem vnum atque alterum cũ Gisbertus Horstius præceptor meus, medicus ille insignis hospitalis Mariæ Consolationis me inuiseret, atq; eas pustulas cum vidisset, subridere cœ-

Nonus liber.

Gisbertus Horstius Amstelrodamus, medicus Romanus insignis.

180 pit, inquiens, *nisi te cognoscerem, ac pustulas illas criticas esse dignoscerem, dicerem luem Gallicam esse.* Sed quã tum ad earum, inquam, curationem, conclusum est inter me ac illum, vt incuratas sineremus, ne intro repercuterentur, *iuxta 20. aphor. Hip lib. 1.* Quæ iudicantur & iudicata sunt integre, neque mouere, neque nouare aliquid, siue medicamentis, siue aliter irritando. Tandem tamen, cum me aliquot diebus domi continuissem, licet sanus, nec in publicum ob pustulas illas fronti infixas & per frontem serpentes, omnibus quoque perspicuas, procedere auderem, cum viderem eas per se non euanescere, sed turpiores euadere, magisq; intumescere ac subleuari, absque tamen dolore, omni mane *propria saliua* idq; ieiune magis, simul etiam in die sæpius perfricaui: nam hoc contra serpiginem & impetiginem, præsertim hominis ieiuni, valde commendatur, vt etiam superius mentionẽ fecimus. Et ita tandẽ cœperũt sanari ac euanescere, absque vllo alio remedio aut linamento. Estq; hoc consilium Auicennæ contra impetiginem, sed ipse addit cãphoram. At ego vsus sum *sola saliua* absque *camphora*, & optime nutu Dei conualui, nec vllum vestigium pustularum in fronte remansit, aut impetigo ista reuersa est.

SCHOLIA.

L*Eonus in methodo sua curandi tumores præter naturam cap. 42. de impetigine, lichene & mentagra.* Impetigo, (*inquit*) Latine, λειχὴν Græce dicitur ille affectus, quem *vulgo* volaticam appellant: talem morbum Romani difficilem factum, quoniam à mento fere inchoabat, vel præcipue id afficiebat, Mentagram vocarunt. *Irrepsit in Italiam hic affectus Tiberii principatu, antea vniuersa propemodum Europa incognitus sine vllo dolore, & sine vitæ pernicie, tanta tamen fœditate, vt quæcunque mors præferenda esset. Est autem leuis cutis infectio, quæ dum talis manet, cum sola videlicet cutis asperedine, ac pruritu, impetiginis nomen retinet, vt diximus: dum peior fit, nomen sicuti formam mutat. Si enim manifestas squamas facit, satisque profunda est,* Lepra *dicitur: si per extimam tantum superficiem extenditur & furfuracea corpuscula emittit,* Ψώρα *Græcis à nostris* Scabies *vocatur. Quod autem impetigines seu lichena in lepram & scabiem degenerent, testis est Galenus, cum multis aliis, tum* quinto de compositione medicamentorum secund. loc. cap. 5. & 7. *Cæterum cum de impetigine iuxta Barbaros diximus, nunc etiam quædam hic dicamus iuxta eos qui Latine aut Græce de eadem scripserunt. Inprimis videamus Celsum, qui quatuor eius species faciebat, vt* scholio Obser. 10. præcedentis huius libri dicere cœperamus. *de cuius speciebus & curationibus quid ipse dicat, eundem nunc audiamus. Impetiginis vero* (inquit) *species sunt quatuor. Minime mala est, quæ similitudine scabiem repræsentat. nam & rubet, & durior est, & exulcerata est, & roditur. Distat autem ab ea, quia magis exulcerata est, & varis similes pustulas habet: videnturq; in ea esse quasi bullulæ quædam, ex quibus interposito tempore squamulæ resoluuntur, certioribusq; hoc temporibus reuertitur. Eiusmodi vari sunt illi, quos Romæ habui in fronte, impetiginis instar,* vt in præcedenti Scholio memoraui: *quos ex cõsilio Auicennæ saliua propria & nullo alio remedio persanaui: cuius Auicennæ de hac re ista sunt verba 2. Canonis:* Saliua, *inquit*, hominis ieiuni scorp. onẽ interficit. *Cum eadem & camphora fricatur & sanatur impetigo.*

Mentagra.

Celsus lib. 5.

Et hoc ipsum citatur & ponitur in Horto sanitatis lib. 1. de animalibus cap. 1. de homine. *At ego vsus sum sola saliua absque camphora, & optime nutu Dei conualuit,* vt in Obseruatione præcedente dictum est. *Sed vt ad Cornelium Celsum redeamus* : Alterum *genus peius est, simile papulæ feræ, sed asperius, rubicundiusq; figuras varias habens: Squamulæ ex summa cute discedunt, rosio maior est, celerius & latius procedit, certioribusque etiam nonnunquam priori temporibus & fit & desinit,* Rubrica *cognominatur.* Tertia *etiamnum deterior est, nam & crassior est, & durior, & magis tumet: in summa cute finditur, & vehementius rodit. Ipsa quoque squamosa, sed nigra procedit: & late & tarde eminus serpit. In temporibus aut oritur aut desinit, neque ex toto tollitur, Nigra cognomen est.* Quartum *genus est, quod curationem omnino non recipit, distans colore: nam subalbidum est, & recenti cicatrici simile: squamulasque habet pallidas, quasdam subalbidas quasdam lenticulæ similes: quibus ruptis*

Species impetiginis apud Celsum Rubrica dicta.

182 *nonnunquam profluit sanguis. Alioquin vero humor eius albidus est, cutis dura, atque fissa est proceditque latius. Hæc vero omnia maxime genera oriuntur in pedibus, & manibus: atq; vngues quoque infestant. Medicamentum non aliud valentius est, quam quod scabiem quoque pertinere sub autore Protarcho retulit. Serapion autem* nitri lib. ii. sulph. lib. iiii. *excipiebat* resina copiosa, *eoque vtebatur. Sed & Amatus Cur.* 29 (Centuria 2) *in qua agitur de lichene impetigine dicta, sic de illa scribit:* Monachulus Diui Dominici, natus annos duodecim, impetiginem lichenem dictam indicem digitum ad os vsque exedentem habebat, cui nostro consilio, quum vnguentum de plumbo optime concinnatum superimponeret, intra quindecim dies sanus factus est. Lichenes (*idem inquit ibidem in Scholio,*) omnium doctorum sententia impetigines sunt, *& recte sane, quum Plinius* lib. 20. Nat. suæ historiæ cap. primo, *in quo de cucumere syluestri & elaterio agit, inquit:* Eius radicem aridam cum resina impetiginem, & scabiem, quam psoram & lichenas vocant, sanare. *Ex quibus verbis satis clarum euadit, lichenas impetigines esse, veluti psoram scabiē. Sed vnum obseruatione dignum apud Plinium ipsum existimo, quod lichenes libro* 26. cap. 1. *ab eo descripta, longe à lichenibus impetiginibus dictis sunt diuersæ: quia lichenes impetigines dictæ, Græcis & Romanis semper cognitæ, et antiquæ affectiones fuerunt: illæ vero lichenes de quibus* libro 26. *tractat, numquam ante Tiberium Claudium Cæsarē visæ fuerunt. Quam luem, Latini* Mentagram *ioculari nomine, quoniam per osculum à mento fere oriebatur, appellarunt, & hodie iam non extat: sed illius vice morbus Gallicus subintrauit: quem* Mentagram *nonnulli contestati sunt, vt apud Leonicenum libello* de morbo Gallico *diffuse legitur. At labem diram illam.* Mentagram *dictā, quæ non nisi causticis curabatur,* lichenas *medici appellauere, quia cum Græcorum lichenibus similitudinem aliquam & affinitatem habebat. Ex vtrisque autem iis morbis squamæ decidunt cutaneæ, quales crustosæ squamæ ex fictilibus diu salsuginosa seruantibus decidere solent. Proprio tamen mentagra.* prurigo *morbus est, quem* volaticam *nonnulli appellare solent. Cæterum impetigines* (vt paulo ante quoque diximus) *vt Galeno placet* lib. 5. de compos. med. per loca cap. 5. *ex mixto quopiam generantur humore, serosis nimirum ac tenuibus & acrib. succis, cum crassis permixtis. Quapropter etiam facile in psoram, ac lepram transit affectio hæc. Indigetq; etiam ipsa pharmacis fortiter exiccantibus seu resiccantibus. Postquam vero in psoram aut lepram transierit, vltra hoc quod resiccantibus indiget pharmacis, & repurgantia, & extersoria quoque expostulat. Quibus Galeni verbis & Aetius & Paulus, ac omnes post eum medici subscripserunt. Vnde recte, mea sententia, Corn. Celsus* (vt paulo ante retulimus lib. 5. suæ medicinæ cap 28. *scisenti impetiginem cutis infectionum esse, cum quatuor est ausus describere genera: tametsi Græci homines lichenibus suis nunquam tot genera tribuerint, quæ nos apud ipsum legimus. Vtcumque tamen Gal. in Introductorio sine medico libro sibi ascripto, impetiginis duas facit species, quæ cutem molestant: quarum* vna tolerabilis *mitiorque est,* altera fera, *agrestis, difficulter eradicabilis, quæ tum smegmatis foris adhibitis, tum intus pituitam euacuantibus medicamentis adiuuatur. Cuius generis lichenas apud Plinium* lib. 16. *descriptas, & licentiori vocabulo* mentagram *dictas, Manardus esse credidit: vt apud ipsum quis legere poterit* lib. 18. Epistolarum, Epistol. 3. *Quis, vt obiter quoque hoc attingam, pruriginem proprie mentagram infectionem dictam, vulgo* volaticam *appellatam, impetiginem leuem inibi facit: quam vel sola saliua multi depellere conantur. Cæterum hæc, de qua sermo etiam Amato agitur, & monachuli digitum fædabat, exedens erat, profunda, & squamulas ex se mittens, prædicto vnguento tandem domita, & ex toto exstirpata. Porro duplicis illius impetiginis à nobis ex Galeno citatæ* Cornelius *Celsus* lib. 5 suæ Medicinæ. *postquam de impetiginibus tractauit, sub papularum nomine mentionem facit, vt cuique conferentis notum euadet: vnius quidem leuioris, quasi ieiuna saliua quotidie defricatur, sanescit, talis & mea erat, de qua paulo ante diximus, licet in pustulas paulo altiores & latiores durioresque serpebat, non tamen cumulatim: nam distinctæ erant: alterius maioris, in qua cutis magis exasperatur exulceraturque ac vehementius & rodit & rubet, difficiliusque sanescit, quam* agriam, *id est,* feram *à Græcis appellari consendit. Vtrique tamen generi minus vitii, quam impetiginibus inesse, tradit: adeo vt id quod difficilius sanescit, nisi sublatum sit, in impetiginem verti, ac transire affirmet. Cuius sententia à Galeni dictis multum abisse videtur, quum secunda eius impetiginis species ita grauis & difficilis curatu esset, vt non nisi causticis euelleretur. Adeo vt Manardus Ferrariensis ausus sit affirmare, lichenas* mentagram *vocatam, illius esse species,* vt supra à nobis notatum *est. At nos cum Amato, ne multiorum sententia varia hinc inde adducta rem sic indiscussam, at vt potius confusam dixerimus, relinquamus, Galeni genuinum sensum ex propriis & germanis libris eius decerptum, in præsenti proponemus, ne quis deinceps amplius inquirendo fatigetur: sed rei summam paucis potius habeat. Meminit igitur Galenus* lib. 5. de compos. medicament. per loca cap. 5. *lichenes, id est, impetigines, facile in psoram & lepram transire: proinde sic habeto. Si lichenes sola leuiori cutis asperedine & pruritu manserint, impetiginis nomen retinent, vt & antea meminimus: Si autem manifestas squamas excitauerint, & altius cutem depastæ fuerint, tunc proprie le*pra *dicetur. At si per extimam tantum superficiem extensa fuerint, & corpora fusfuracea reuniserint, psora à* Gra-

Medicamentum Celsi ad impetigines.

Amati historia de lichene impetigine dicta.

Quæ lichenes fuerunt Græcis & Romanis cognitæ, & quæ postea irrepserint.

Mentagra proprie dicta.

Galenus. Aetius. Paulus.

Manardus.

Genuinus fo. seu Galeni de lichene ac impetigine.

Græcis appellabitur, à nostris vero scabies: *quamquã scabiei nomen* (vt & antea diximus) *vulgo medicorum latius longe pateat quod omne cutis vitium scabiem nominãt. A quibus infectionibus quum humores profundiut & altius carnes depascuntur*, pustulæ, vlcera & *huius farinæ reliqua vitia nascuntur. Cæterum* lichen *herba quoque est dicta, quæ lapidibus in humectis locis hæret, & lichenibus & iecoris calidis affectionibus conuenit; ac inde ab aliquibus* iecoraria *appellata est.*

Galen. Aëtius. Paulus.

Observatio XIV.

185 *De specie lichenis seu impetiginis aut serpiginis, vulgari idiomate* Haervvorm *dicta.*

GVilhelmus Melissæus, vulgo De Bye dictus, vir fere sexagenarius, qui ad portam Diui Georgii Delphis habitabat, scabie admodum fœda instar impetiginis seu lichenis cum fissuris valde manantibus, & squamas emittentibus, quasi lues Gallica fuisset, in palmis manuũ correptus est. erat autem ex illis speciebus mali quæ vulgo *Haervvorm* dicitur. Solet & maxime crura occupare, ac alia corporis loca, vt *Obser*. xi. præcedente diximus de Arnoldo Henrico, poculorum fusore. Hic cũ topicis medicamentis tam vnctionibus quàm linamentis ac fomentis etiam ab empiricis adhibitis curari non posset, me consuluit, & tandẽ post vniuersalia & totius corporis probam euacuationem, per me præscripta, tum alia communia remedia, quibus in scabie fœda ac fera vti consueueramus, vnguento infrascripto cum sese inunxisset, egregie curatus est: ℞. *plumbi vsti, minii ana* ℥ ii. *pul. præcipitati* ʒ xii. *lithary. auri* ℥ iiii. *antimonii, camphoræ ana* ℥ iiii. *vng. albi camphorati* ℥ xvi. omnia commiscendo probe ducantur cũ pistillo calido quã diutissime in mortario, ad vnguenti consistentiam. Hoc vnguentum paratum habebatur in officina Hugonis pharmacopœi Delphensis. Vtor feliciter in scabie illa dicta *Haervvorm*, quæ species procul dubio impetiginis ac serpiginis est valde feræ & agrestis, leuiter autem inungitur, sed purgationibus tum vniuersalibus remediis semper præcedentibus. appellamus autem *vnguentum album camphoratum cum antimonio*. Sed & Alcmariæ in officina tale vnguentum paratum habebamus ad hanc serpiginem dictam *Haervvorm*: ℞. *picis*

Vnguentũ album camphoratum cum Antimonio.

186 *naualis*, idiomate nostro vulgari *Teer* vel *Tar* ℥ i. *butyri mai alis axungia porcinæ ana* ℥ ß. *mellis, terebinthinæ ana* ʒ ii. ß. *aceti vini* ʒ i. ß. *salis, vitrioli Romani, tartari, carthami ana* ʒ i. *æris vsti, sulphuris ana* ʒ ii. *fuliginis camini vel carabi* ℥ iii. misc. & fiat vng. secundum artem.

SCHOLIA.

Causa ex cute in lepram & scabiem.

TAlia vitia proxime accedunt ad lepram Græcorum: *vnde & impetigines seu lichena in lepram & scabiem degenerant*, vt testis est Galenus 5. de compos. med. secund. loca cap. 5. & septimo: & apud Paulum lib. 4. cap. 3. *Quomodo fiant, iam in præcedentibus dictum est, quorum causa etiam antecedens mala victus ratio est, ex cibis praui succi talem humorem serosum acrẽ crassioremque procreantibus. Emergunt impetigines, quemadmodum & lepra & vitiligines Vere potius quam aliis tẽporibus: quoniã cũ ver sit saluberrimũ, hoc ipso tempore profundum corporis expurgatur vitiosis humoribus à partibus principalioribus ad cutẽ peruenientibus.* Signa *per se patent, tum ex iis quæ in præcedentibus Scholiis diximus. Quantum ad prognostica, hoc addemus ex Galeno: qui hæc ipsa à Critone mutuauit, sic scribens*, quod lichenæ menti sunt molestissimæ affectiones: nam & pruriginem inducunt, & affectarum partium circumtensionem, & periculum non modicum: proserpunt. n. aliquando p totã faciem, oculosq; cõtingunt, & ferme extremæ fœditatis cã existũt. *Quapropter diligentiore cura vtendũ est. inspiciendo tam paroxysmos, id est, irritationes, tũ interualla & remissiones, ita vtẽt ab inueteratis recẽtes disparemus. Corpore igitur toto*, vt iam sæpius diximus, *euacuato, simplicia quidẽ ipsis conferent, etiam teste Paulo*, cicer, veratrum, erinaceus saxatilis, pix cerato resinæque mista, crocodili terrestris stercus, atque sturnorũ, cum oryzam solã ederint. *Plerique hoc solo impetigines mentum infestantes, aliamve particulam, absoluerunt:* Tritici mulrũ capitur, incudiq; ignitæ cuipiã imponitur: & quicquid inde humoris defluit, calens adhuc impetiginibus illinitur. *Puerorum impetigines, hominis saliua cõ inne defricantur. His opitulatur etiã* prunæ gũmi *illitũ. In vetustate incidentib.* viticis folia cũ aceto *detrita applicãtur, vel* capparis folia *similiter. Cõposita vero hæc:* sulphur cũ thuris lachryma, *aut* cũ ammoniaco *subactũ aceto illinitur. vel:* ℞. glutinis fabrilis ʒ iiii. sulphuris viui, thuris ana ʒ ii. aceti ℥ i. ß. *aceto soluta illinitur. Aliud:* ℞. chalcitidis, gũmi ana ʒ viii. sulphuris ignem non experti, misyos ana ʒ vi. squamæ æris, acaciæ ana ʒ ii. aceto, *omnia prius bene cõtusa deliniũtur. Vel* sulphuris viui, nitri spumæ ana ʒ iii. cachryos grana 60. *leuigãtur ex aceto. Ad feras picẽ Aphruanã cũ aceto coctã liquatamq; illinito. Aliud ad impetigines & prurituũ:* Atramenti sutorii, sulphuris viui, nitri thuris, pari modo, in impetiginibus quidem, aceto adiecto; in pruritu autem, vino vtitor. *Aliud* lichenicõ *ab impetiginib. curãdis nũcupatũ:* ℞. guttæ ammoniaci, erui farinæ lupini farinæ an. p. æ. *aceto illinuntur. Plura super hoc affectu peto ab ipso Galen.* 5. de compos. med. secundum loca. *Aduersus tibias vermiculosas, vulgo* Haervvorm: Rusticus quidam cum ex fece vini prius in lapidis morem pducta & in ignem tosta, deinde comminuta in aquã fluuiatilem, sibi balneum parasset, hoc tibias abstergens, curatus est. *Valet ẽt ad serpiginẽ & lepram ex* sulphure puluerisato, oleo tartari, & aceto ros. *linimentum factum, donec albescat. Hoc modo & alius curatus est: sed prius hunc bolum deuorauit:* ℞. diapruni solut. ʒ vi. confect. hamech. ʒ ii. ß. cum sacch. fiat *bolus. Vel* succus hederæ arboreæ cum axungia porcina in linamentum coeat. *eo sanatus est quidã impetigine & serpigine intra tres dies. Reliqua quæ ad lepram Græcorum etiam valent, cum de mistis tumoribus dicemus, persequemur, & quia aliquando etiam acrẽ biliosumque humorem habet impetigo, licet cum crassiore quoque misceatur, hic disserendum de impetigine putauimus, cum de affectibus externis biliosis loqueremur. Nunc de hydroa siue sudaminibus pauca adiiciamus.*

Causa antecedens. Gal. Comment. 3. aph. 20

Prognostica

Curatio.

Puerorum impetigo.

Aduersus tibias vermiculosas, vel impetiginem.

188 OBSERVATIO XV.

De hydroā seu sudaminibus.

Hydroa.

PVellæ cuidam hydroa seu sudamina habenti instar vlcerum, cutem exasperantia, rubra mordicātia biliosiora & cutem pruriginosam reddentia, post purgationem ex decocto *sena* ac *infuso rhabarb. & cassia*, sæpe syrupum ex *infus. rof.* propinauimus: loca autem pruriginosa cum decocto *malue, viol. hordei, fœnugræci* ac *plantag.* sæpe abluimus, deinde sana facta sunt, albicantibus deinde squamulis quibusdam relictis. At pustulæ illæ aquosæ, etiam *hydroa* dictæ, quæ in Margareta Susia in Haga Comitis longo tempore in fronte ac facie emergebant, admodum paruæ, milii magnitudine, aqua plenæ, sine rubore ac sine dolore, siccioribus medicamētis à nobis curatæ sunt: vsi enim sumus *lithargyro in aceto acerrimo* longo tempore nutrito & insolato cum *oleo rof.* Præstat enim in iis papulis magis siccantibus vti.

SCHOLIA.

De hydroïs sine sudaminibus biliosioribus.

Q*Vanquam de hydroïs seu sudaminibus longiore sermone diximus* Obs. 60. *de muliere quadam, &* 61. lib. 6. *qua sudamina habebat; ac in scholiis ibidē de iisdem egimus: hic tamen sciendum quod hydroa à quibusdam referuntur ad pustulas biliosas, quemadmodum Leonus facit* cap. 19. *de tumore præter naturam, sic scribens de hydroïs siue sudaminibus.* Non prætermittam quasdam pustulas biliosi humoris naturam seruantes, quæ Græcis ἵδρωα, Latinis sudamina, à Plinio papulæ sudorum, ab Auicenna Planta noctis, à Rhasi Alhasaphum, vulgo *Fersadure* dicuntur. *De his Galen. Comment.* 3 *Apho.* 21 *in hunc modum fecit mentionem:* Sudamina vero è genere pustularū sunt, in summa hærentium corporis parte, quæ instar vlcerum cutem exasperant. proueniūt autem, quemadmodum ostendit nomen, propter multos sudores qui vel biliosiores, vel omnino morda

Ἱδρῶα. Sudamina. Papula sudorum. Planta noctis. Alhasaphū Fersadure.

189 ces existunt. mordent enim hi cutem, & pruriginosam efficiunt, & per modum vlcerum exasperant. *Hac Gal. Æstiuo tempore hic affectus grassari solet. Cæterum facilis est curationi; adeo vt per se absque vllo præsidio albicantibus quibusdam squamulis dimissis sanescat. Proderit tamen agrum abluere cum* decocto hordei, maluarum *&* fœnugræci. *Huius quoque generis esse videntur qua in febribus pestilentialibus apparere solent, qua dicuntur vulgo* Root hont *aut rectius* Root gront, *quia sub cute vel in cute purpuram imitantur. At pustula illa exigua aquosa, etiam hydroa dicta apud Fernelium* lib. 7. de externis corp. affectibus cap. 5. de pustulis, *longe aliam differentiam habent, de quibus ita scribit:* Cutis admodum frequens vitium est pustula, cuius appellatione comprehenditur quicquid rotundo schemate leuiter in cute extuberat. Eius duo genera: vna est humida, è qua rupta vel humor vel sanies vel pus emanat: altera sicca, humoris nihil profundens. Humidis cōtinentur hidroa, ephelides, phlyctænę seu phlyctides, & quę ex his ruptis fiunt scabiei genera. In siccis numerantur exanthemata quædam, pruritus, deinde & vari & verrucarum genera. Ex quæ & aquosæ pu-

De hydroïs & sudaminibus aquosis.

stulæ sunt hidroa, id est, sudamina. Emergunt repente sparsim toto corpore, sed frequentius in manibus, pedibusq; milii magnitudine, aqua plenæ, sine rubore, & sine vllo dolore: fiūt enim ex sudoribus sub epidermide coercitis, per cuius spiracula illi digeri minime possunt: vnde à quibusdam sudorum papulæ nuncupantur. His aliquāto maiores sunt ephelides, pustulæ quidem in ambitu rubræ ac feruidæ, leui dolore, è quarum medio rupta bulla aut vesica albus humor instar lactis exit; scabiesque succedit. Fiunt autem ex feruido impuroque sanguine sub cutem effuso. *Cæterum de scabie postea suo loco. Hidora itaque descripta diuersa esse videntur ab iis qua diximus, maioremque exiccatione curatione indigere videntur. Huc vero pertinent pustula illa parua exigua minutula, maxime in pedibus & manibus, qua vulgo dicuntur* Ciroes. *Conferi autem ad Cirones & pruritum primo si locus lauetur cum* lixiuio *facto ex cineribus ramorum* genistæ *aut* quercus, *aut* sarmentorum viris, *& loco balneato & loco fiat exiccato: & liniatur vnguento sequenti:* ℞. lapathii acuti, scabiosæ, absinthii, tanaceti, foliorum persicorum, fraxini, hyoscyami, foliorum nucis magnæ ana m. i. *contundantur omnia, & cum succis istis sumantur axungia veteris porcina* libr. ii. *bulliant omnia ad consumptionem succorum. postea adde* picis naualis lib. i. ß. *coletur totum per pannum. Deinde* ℞. myrrhæ, thuris, masticis ana ℥ ii. *puluerizentur subtiliter, & imponantur colatura, & moueantur cum spatula donec modum vnguēti acquirant. Et quando cum eo operari volueris, tunc in* ℥ vi. *vnguenti potest addi* ℥ i. argenti viui, *extincti in saliua, aut cum* albumine oui agitato, *& intra quindenam dierum omnem talem scabiem, seu cirones cū pruritu, etiam cum vermibus (nam in cironibus putant ut esse vermes, qui istum pruritum faciunt) curabit. Sed in principio inducit magnum pruritum, quia vermes fugiunt ad intra, propter vnguentum. Aliud ad* Cirones *& pruritum.* ℞. aloes apeticæ; *misce cum* aceto forti, *& adde parū* sulphuris *cum modica* axungia veteri; *sed fiat vnguentum: & si adderetur parū* argenti viui, *esset fortius. Sed hic, sicuti in aliis omnibus pustulis, & etiam scabie, cauēdum erit ne iis vtamur ante remedia vniuersalia & purgationes, potissimū si argentum viuum recipiant. Hoc quoque apertissimum habetur ad Cirones, & humiditates subtiles à tibiis exeuntes:* ℞. sulphuris p. ii. sarcocollæ p. i. *incorporetur cum* axungiæ porci q. s. *& fiat vnguentum. Verum de pustulis scabiosis, tum de scabie ipsa, latius dicturi sumus postea, cum de tumoribus præter naturam mistis agemus. At cuidam qui pustulas cholericas in exteriori parte manus habebat, hoc vnguentum valde contulit.* ℞. tartari, plumbi vsti, cineris cucurbitæ ana ʒ. iii. zinz. ʒ i. succi lapathii quar. i. olei viol. ℥. ii. *bulliant lento igne ad consumptionē succi, addendo ceræ nouæ* ℥ ß. *in fine adde* sulphuris ʒ. i. *& fiat vnguentum. Nunc ad ambustos progrediamur.*

Ἱδρῶα.

Αἱ ἐφηλίδες.

Reyllesen.

Ad Cirones pruritum.

190

Reyllesen.

Ad Cirones & humiditates subtiles à tibiis exeuntes.

Vnguentum ad pustulas cholericas.

OBSERVATIO XVI.

De Ambustu.

AD ambustionem vtimur mucagine *sem. cidō. cū aqua rof.* extracta; vtrim nepotulo meo Angustino Teylingio, qui ex igne oculum combu-

stum

stum habens, hoc mô pluma admota curatus est. Vxor Adriani Dodonii, quondam pharmacopœi mei Alcmariani, cum inopinate igne sese circa frõtem combussisset, applicata ex cõsilio mulieris est hæc mixtura; qua illico dolor intensissimus sedatus est, & ipsa ambustio curata: *℞. mellis farinæ tritici an p. æq. vitellum oui vnius*, probe inter se mixta apponebantur. Amatus Centuria quarta Curat. 43. *Puella quedam*, inquit, *aqua ex igne ebulliente supra ventrem ad vmbilicum adusta fuit: vnde vesiculæ & bullæ orta sunt, à quibus postea ruptis vlcera euaserunt.* Cæterum puella tunc non adeo male habuit, sed vesperi tota rubea est facta, & tanquam mortua iacebat, ad quam vocatus, ex *populeone, vnguento* totũ eius ventrem illini fecit, & *folia vitis* supperaddebat: quo remedio puella intra quatuor horas ad se rediit: & paucis postea diebus ex toto sana euasit. Quod vero intus intestina ex aquæ ingenti caliditate tumuctior, vnde symptomata grauia ortum traxerunt pro certo, inquit, crediderim, vlcera tamen postea ex vnguento è calce sæpe parato, sana sunt reddita. Helideus preceptor meus in ambustione vtebatur, si nihil aliud ad manum esset, succo *cepe*, quo an bustionem oblinebat; vel hoc sequenti: *℞. olei hyperconis ℥ i. calcis bene lota extinctæ* ℈ ii, misce, & illinatur locus affectus donec sanatus sit. Idem quoque ad combustionem primũ applicabat *albumen oui*: istud enim facit ne vestigium relinquatur, deinde accipiebat *calcis decies lotæ ad artem, litharg. auree ana. cum oleo hypericonis faciebat vng.* & perungatur locus. Postea ad delendam cicatricem etiam plurimum confert *oleum de vitellis ouorum*. Item succum cæpe multum conferre dicebat combustionibus à proprietate occulta; atque hæc omnia expertissima esse. Idem vtebatur illo vnguento superius scripto *de calce ad perniones vel contritiones pedum* ex frigore aut itinere. Bartholomæus de Montagnana in Antidotario suo scribit bonum esse *Vnguentum de calce* contra adustionem ignis & aquæ in fine status & declinationis: quod ita apud ipsum fit: *℞. olei rosſ. ℥ iiii. olei omphacini ℥ iii. ceræ albæ ℥ i.* dissoluantur & coquantur modicum: deinde infundantur in aqua frigida, & cum congelatum fuerit, simul lauetur tribus vicibus cum aqua frigida. postea addatur cerusæ subtilissime puluerisatæ ℥ i. ß. *thuris, sarcocollæ ana* ʒ i. *calcis prap.* ℥ i. *croci* ℈ i. *litharg. spumificati* ℥ i. vel i. ß. incorporentur simul, & fiat vnguentum, Matthiolus linimentum liquoris describit ad combustionem: *℞. vernicis liquidi* ʒ iii. *ex aqua solatri aut plantag. vitellos oui tres, butyri recentis ℥ ii. olei rosſ. omphacini, viol. nenuphar. ana* ʒ ii. misce omnia hæc, & fiat vng. quod locis vstulatis mirum in modũ confert.

SCHOLIA.

Ipse ordo quodammodo exposcere videtur, vt de ambustis post ipsos biliosos tumores dicamus: nam quemadmodum bilis inter elementa qualitate sua igni respondet, ita & ambusta, vel ab igne vel à materia ignita excitantur. In eiusmodi igitur affectu moderate extergentibus vel abstergentibus pharmacis citra manifestam calfactionem, aut refrigerationem opus est. Itaque terra chia, cimolia, cretica, *omnisque lenis illita cum aceto non admodum acri, vel aqua, præclare facit, prohibetque pustulas excitari: item* ouum crudum *statim impositum, lana molli exceptum: etenim refrigerat leniter, & citra rosionem desiccat. idem efficit* atramentum scriptorium *illitum, vel* lachryma thuris aqua diluta: *vel* lenticula cocta tritaque, *vel etiam inicitur. Aut ex aqua calida vstiones priusquam pustulæ oriantur*, oliuarum halmadum aqua *continue superinfunduntur, ipsæque* halmades *cum* polenta *contrita inducũtur, aut* alumen scissile, *pertritum cum aceto illinitur, aut* fel taurinũ *cum aqua copiosiore liquatum inungitur. aut* lixiuium stillaticiũ *superfũditur garo, aut muria fouetur, aut* bulbi li iorũ, *aut* hyacinthi, *aut* narcissi *cum rosaceo triti, & in sordium spissitudinem coacti diluuntur. Marcellus hoc compositum tradit:* Panniculi melle imbuti, & hordei succo irrigui, cõbustiq; cineris mittuntur ʒ viii. cerusæ ʒ iiii. butyri ʒ viii. ceræ, seui caprilli, rosacei ana ʒ vxi. *At pustulis iam excitatis*, thus *cum* polenta *tritũ aceto applicatur, aut* lixiuiũ cũ calce viua *cerato mixtum illitumque linteolo imponitur, id quod* sphærion *dicitur medicamentũ ambustis vtile est: partes exulceratæ* porris *contritis obducuntur, aut* portulaca *contrita cũ polentis, aut* colũbi fimi *linteolo inuoluti combustiq; & oleo diluti, cinere vtitor. Mirifice proficit &* piceæ *aut* tædæ cortex, *aut* adianthum aridũ *leuigatũq; aut* myrtifolia *cõbusta, pertritaq; inspergun*tur. *efficax aũt vnumquodque horũ est & si cum cerato cõponitur: item quod* rubræ, anchusæ rad. siccæ *&* contusæ *pondo trientẽ recipit*, ceræ tractæ *pondo* dodrãtem, rosacei vncias duodeuiginti. *tam quod cerusa constat cum modica* cerui medulla, *laudatũ est remedium. Sed & ab aliis* thus *quoque* cum aqua tritum, & betæ folia contusa & cocta *ac cum* vino *imposita, &* alumen *omne cum* aqua *&* oui candido. *Hoc mirifice facit, videlicet* æruginis & spumæ argenti pares partes cum vino & oleo tritas cum penna illine. *Ambustis etiam aliisque calidis affectionibus prodest emplastrum ex plumbagine:* ℞. plumbaginis ℥ ii. spumæ argenti, cerusæ ana ʒ i. ceræ ʒ iiii. myrtei lib. i. *vino leuigantur arida. Pariter prodest nunc* vng. diapalma *vocatam; cuius compositionem vide in strumarum cura. Ambusta cito ad cicatricem perducit hoc, quod habet* cerusæ, spumæ argenti, hordei vsti ana ℥ i. ceræ ℥ iii. rosſ. aut myrtei ℥ vii. *hordeum ad ceratum liquidum admisce, & postea spumam argenti ac cerusam in mortario cum vino tritas adiice. Nunc ad alia exempla etiam ambustionis veniamus.*

Paul. lib. 3. c. 11 ad ambusta ignis.

193

Marcelli cõpositum.

Paul. l. b. 7.

Diapalma.

OBSERVATIO XVII.

De Combustis.

ANNO 1559. cum Leidis ageremus in curu domini prætoris Leidani Berendrechtii, de quo alias diximus, mense Februario, filia eiusdem 193
passa est cõbustionem, decumbens in lecto ex negligentia famulæ lectum calfacientis. Henricus Vergerius & Hubertus medicus atque ego cũ præsens essem eo tempore, cõsuluimus vt cruri combusto *folia hederæ* decocta in *ceruisia* apponeret; & ilico optime fuit curata. Sed & Domino Præposito in Campo regio epileptico, cum cadens in epilepsiá pedem igne combussisset, ego eo ipo

cum

eum commendatem præsente Ericio medico nostro *ſtm. cydon. decoct.* tum *folia hederæ arboreæ*, ipſe quoque atteſtatus eſt ſe plures folio hederæ ap- *Vng. albū.* poſito curaſſe. At hoc tempore chirurgus in fine applicabat *vng. album*, quod ſic fit: *℞. ceruſæ in aqua roſ. lotæ ℥ xviii. litharg. albi loti ℥ i. ß. ol. roſ. lib. ii. ℥ iiii. ceræ albiſ. ℥ vi. ant [...] cter.* confice ſecundum artem. Vide Valeſcum. pollet aduerſus viſcera, ſcabiem & aduſtionem. Amatus inter ſelecta medicamenta cõbuſtionibus facientia, ſiue ab igne ſiue ab aqua feruente, ſiue ab aliqua alia procatarctica cã eueniat, hoc priuatum medicamen habuit: quod habet ſic: *Lauri folia* accipies, ſuper quæ *porcinam pinguedinem* ignitam de alto cadere facies, quouſque folia ipſa in cinerem vertantur. Eo vero cinere pinguedine obuoluto, ac in vnguenti formam redacto, combuſtam particulam inunges, biſque in die renouabis: & eam intra tres dies ſanam reddes.

SCHOLIA.

Dolor. V*Aleſcus cap. 2°. & proprio* de aduſtione ignis *vel* aquæ in tract. ſuo chirurgiæ, *inquit*: Primum *quod in iſto caſu accidit, eſt dolor, qui fit à mala complexione calida introducta à qualitate rei actualis adurentis*. *Veſicatio.* Secundum *quod accidit eſt veſicatio loci propter attractionem humiditatum aquoſarum ad locum combu-* *Vlceratio.* *ſtum.* Tertium *eſt vlceratio Primo igitur ſuccurrendum eſt loco ne veſicetur, (ſic enim barbari loquuntur:) quod*
195 *ſic fit ſecundum Auicennam* 4. fen. 4. trac. 3. *primo* pul- *Auicenna.* uis ſantalorum *diſtemperetur cum* aq. roſ. *&* camphora, *& liniatur inde locus, & non permittatur deſiccari. Ad idem valet* aqua ſolatri, *& ad hanc intentionem etiam confert* bolus arm. *temperata cum aceto vel a-* qua ſolani aut roſ. *incorporata cum puluere* oſtraceo- *Ne fiat veſicatio, qđ ſit faciendū.* rum: *& ſecundum Auicennam* lentes elixatæ cum roſ. & oleo roſ. *Valeſcus prima vocatione locus combuſtu apponit magna experientia* lutum *quod* ſub vreeis *vel vaſis aquaticis reperitur, idque frequenter: cui ſubinde* *Experimentum Valeſci.* *addit* albumina ouorum. *interim quærere iubet* ſolanum, ſemperuiuum, vermiculatem, plantag. lenticulam aquæ, *& ſimilia. ſuccumque extractum cum panno in eo madefactum apponit, continuando donec dolor remoueatur, & locus ſit ſine veſicatione. Idem præſtat* cimolia terra *cum* aqua end. vel roſ. *aut* plania. *contẽ-* *Si locus ſit veſicatus, & dolor remaneat, quid agendum.* *perata. Poſtquam autem locus fuerit veſicatus, & adhuc remanet dolor, continuẽtur res ſupradicta, donec dolor omnino ceſſet, vel apponatur* vng. popul. *cum* albumine o- *Veſicarum curatio.* uorum. *Poſtea & veſicarum ratio habenda. quæ ſi non rumpantur per ſe, acu perrumpenda, vt aquoſitas contenta expellatur, vt non corrumpat membrum, in quo eſt: nã quanto magis ibidem manſerit, tanto magis membrum, & caro eiuſdem corrumpetur.* Quartum *quod nobis occurrebat, eſt curatio vlcerationum & excoriationis remanentis. ad hanc intentionem iubent fieri* vng. album cã- phoratum, *incorporatum cum* oleo roſ. & albumine ouorum. & vng. de calce abluta ſepties & incorpo- *Curatio vlcerationis & excoriationis remanentis.* rata cum oleo roſ. & aq. plantag. & camphora. *vel addatur. ſecundum Auicennam* cimolia, cera & albumen oui. *Vnguentum quoque factum ex* litharg. *pulueriſato & ceruſa cum* oleo roſ. & aqua plantag. cõ- *Cautio.* *trita. Verum quamuis iſta vnguenta ſint artificialia, &* *optima in vlceribus poſt ignem ea tem remanentibus, & tamen non poſſunt bene remouere imo adhærentia ſua dolorem inferunt, quæ non minus medico quam ægro ipſi tædioſa ſunt: & ideo aliqui ſolum ponunt* oleum vitellinũ, *quo dicta vlcera ſolo inungunt vſque ad finem curationis, quo ipſe Valeſcus commode vti ſolebat. Vidi quoque, inquit, fieri tale vng. quod æquipollet oleo ſupradicto, quando alio caremus remedio. in haſta lignea tenui* fruſtula lardi tenuis *ablnta ponantur, ita vt inter duo fruſta lardi* vnum folium lauri viridis *ponatur, & ſic faciendo magna pars haſtæ impleatur: & poſt incen-* 196 *Experimentum ſimile ſupradicto experimento Amati.* *de cuſpidem haſta, & ardeat tota haſta cum lardo & foliis; & illud quod guttatim defluit, in ſcutellam coacernetur. & cum iſto vnguento dicta vlcera liniantur bis in die naturali, ſupponendo pannum lineum ſubtilem: & cũ iſtis vidi frequenter locum ſanari & cicatrizari. Ex quibus quoque patet quod illud experimentum Amati, quod ſe ab Indico medico accepiſſe teſtatur, huic Valeſco penitus nõ fuit incognitum.*

OBSERVATIO XVIII.

De tactis igne aut aqua calida, vel qui coctura ignis, pulueris tormentarii aut aqua calida læſi fuerint.

V Iperarius quidam Romæ inſignis experimẽtator, ad combuſtionẽ ignis cuiuſcũq; generis *folia cannæ* reducebat in cinerem, & cum lardo antiquo puluerem ad formam vnguenti commiſcebat, inungebat eo locum affectum: demum pannis cooperiebat, nec admouebat vnguentum donec aliud apponeret. Sed & alius ſequenti vtebatur remedio: *℞. corticis viridis ſambuci lib. i. olei roſ. ℥ iiii. aquæ fontis lib. iiii. ceræ albæ ℥ i. ß* bulliant omnia ſimul, & colentur, & lauentur cum aqua frigida & vtere. Alius decoquebat in aceto, neque abluebat aqua frigida. Alter vero tactos igne aut aqua calida inungebat ſequenti vnguento. capiebat *calcem viuam*, & extinguebat *oleo communi*. deinde abluebat calcem nouies *aqua fontis* aut *ciſternæ*: & inungebat. Quidam & ad ignem Perſicum hoc vnguento vtebatur: *℞. ſucci foliorum hederæ arboreæ lib. i. axungiæ porcinæ recentis quar. i.* liquefacta axungia deinde cum ſucco coquatur vſque ad ſucci conſumptionem, ſiue quouſque non amplius faciat ſonum. eo inungito. Ad combuſtionem *aqua ebullientis & ignis valet oleum nucum cum cera: vitellum oui crudum cum aqua mixtum ſuperlinitum:* ac etiam *atramentum ſcriptorium cum aqua & oleo communi*, ſi ſuperliniatur. *Vnguentum populeon dictum, cum arnogloſſa.* Mulieres Delphenſes in famulis cereuiſiariorum applicant *folia hederæ cocta in aqua*, & ſic curant eos quando ab igne aqua calente, quod ſæpe fit, aduſti ſunt. Alii & emplaſtrum conficiunt ad combuſtionem ex *ſeuo caprino, oleo raparum, a lipe arietis, oleo lini & lacte dulci*: & aliqui etiam *ex ſeuo caprino & ſupradictis. ex aqua expreſſa à rapis aſſatis, mello & pice nauali, ex cortice mediano ſambuci, oleo communi thure & cera coctis, & colatis, cum optimo vino mixtis.* Alii vulneri per aquam bullientem aut ignem facto *calcem viuam, cum oleo mixtam & aqua lotam*, vt ſupradictum eſt, inungunt, & deſuper ponunt

ponunt folium lapathii aut caulis. Sed & alios quidã ad cocturam ignis puluerit tormenti & aqua calida, (vt in experimentis Gisberti Horstii medici Romani præceptoris mei inueni) libras quatuor aceti ac libram vnam olei capiebat, in qua bulliebat medianam corticu sambuci qoantũ poterat capere doabus manibus eaque ligata additis ℥ ii. cera noua bullebat duabus horis in dicto aceto & oleo. deinde extrahebat cum suo filo ligatam rasotam sambuci, exprimendo & contundendo bene omnia, ac sic incorporando, vt in formam vnguẽti coiret: quo felicissime vtebatur. At illi cui pes & brachium cõbusta fuere, lac acetosum aut potius acidum tepide admotum est: postea cum vnguento populeo, adiecta pauca cerusa, commode vnctio facta est. Miles quidam, qui in nostris ædibus versabatur, manũ & totum fere brachium vsque ad cubitum cum puluere bombardæ combussisset, iussi vt famula mea vitella ouorum cruda diu concuteret cum oleo
198 raparum, vt quasi in linamentum molle coiret, & panno lineo raro veteri inculcato bis aut ter in in die cum humidum existeret vnguentum, illo vt vteretur: atque eo modo peruenit ad perfectam curationem; nec aliis remediis opus fuit.

SCHOLIA.

Gordonius. Corpus humanum (inquit Gordonius de solutione continuitatis parte 1. cap. 29. de incendio ignis & aquæ calidæ) aduritur & comburitur aliquãdo cum oleo feruenti, aliquando cum aqua bulliente, & ita de aliis. Dieta igitur sit subtilis, & fiat phlebotomia, si particularia conueniant. Deinde inungatur cum frigidis, sicut est populeon aut vnguentum citrinum, quoniam aliquando non sunt vesica, & aliquando sunt cum vulnere, & aliquando sine vulnere. Quando non est vulnus, ponantur frigida & humida: & quando est vulnus, ponantur frigida & sicca. Materialia autem illorum possunt esse bombax, stopa canabina, pannus lineus, lana abluta, pannus de serico & similia, cum intinguntur cum liquidis. & ista sunt huiusmodi: aqua frigida, acetum, aqua ros. succus sempervivæ & lact. & eod. plantag. portul. sem. myrti, cerusa, bol. arm. chimolia, camphora, albumen ouorum, & similia: intingatur pannus vno istorum, vel multis, & desuper apponatur, & frequenter renouetur. Oportet itaque inprimis vesicationem prohibere; & si adfuerit, rectificare. Vbi igitur combustio est magna, fiat phlebotomia diuersiua. Appone vitella ouorum cum aqua ros. agitata: illa sedant dolorem. vel emplast. ex lenticulis coctis in aqua & aceto. valet & pul. tolea antiquæ combustæ, gallæ tritæ cum aqua, cinis foliorum myrti, cum integro ouo mixtus. poma in aqua cocta, & rosacea mixta: poma corrupta apposita: & si membrum combustum statim ponatur in vino tepido, non profundatur adustio. pili leporis vsti superpositi, mire sanant combustionem aqua calida. Sal tritum bullitum in oleo non sinit locum vesicari. Sed cũ locus vesicatus est, incido vesicas, & emplastrẽtur hoc vng. albo: ℞. olei ros. ℥ iii. cærusæ quart. ß. ceræ albæ ℥ ii. & in fine adde duo albumina ouorum. Vbi vlceratio facta est, vlceri nil melius est, quam hoc sequens vng. de calce: ℞. calcis albæ noo extinctæ lib. 1. abluatur cum aqua veri frigoris multoties, donec tota calcis acuitas remoueatur: deinde ℞. olei ros. ℥ iiii. vnguenti popul. ℥ iii. aquæ ros. ℥ ii. incorporentur, & liniatur ex stopecia, & superponatur. Conferũt quoque in loco vlcerato porri elixati, si non fuerit in loco inflammatio; aut portulaca cum hordei farina. circa istam materiam, intelligendum quod cum aliquis combussit sibi digitum cum cãdela & similibus, tunc docuit experientia, quod si digitus ponatur in aqua frigida, tunc augmentatur dolor, quia partes adusta retinentur: sed si ponatur temperate ad ignem, sedatur paulatim dolor, quoniam partes adusta exhalant. Ex hoc possumus elicere cautelam, quod populeon & alia frigida non apponantur actu frigida, sed tepida: tunc enim sunt anodyna. Hinc & Valescus cap. proprio: Notandum quod in parua adustione iuuat aliquando approximate membrum læsum igni: & ratio est, quia per talem approximationẽ pori qui fuerant clausi per adustionem, aperiuntur & rarificantur per talem approximationem: & sic caliditas retenta exhalat, quia caliditas inclusa suo simili gaudet, & exterius resilit & exhalat. Id quoque sciendum, quod actio ignis in corpore derelicta, siue sit cauterium voluntarium, siue sit combustio inuoluntaria, vsque ad carnem nouem dies crescat, si est magna & notabilis; postea continue minuitur vsque ad perfectam curationem. Hoc quoque cautione dignum est, quod si combustio accidat in puerorum manibus, semper vnus panniculus ponatur inter vnum digitum & alium, & sic madefactus in aliquo vnguento vel oleo ex suora lictu, ne vnus digitus cum alio incarnetur, vt ego aliquando vidi fieri in male curatis, ita vt aliquando oporteat rasorio digitum à digito separare. Præterea, teste Gordonio, licet oleum non competat anthraci, ne inflammet, in combustione tamen competere potest, maxime rosaceũ, quia talis ignis volatilis est, & quasi externus; ideo non inflammat. Deinde sciendum quod calida bene possunt conuenire, quando locus est vlceratus. hinc calx abluta cum multis aquis frigidis & dulcibus, & postea cum oleo ros. confert. Ad combustionem ignis egregie iuuat, si lithargyrium optime tritum misceatur cum vino albo, & reducatur ad formam vnguenti mollis. Vel ℞. pomum ponticum, id est, acerbum, mundum & incisum & bulliat in oleo communi veteri; & in ipso bulliãt cineres sambuci; & addatur olibani, masticis & ceræ q. s. & coletur in aqua, & bene lauetur plurib. vicibus, & vtere hoc vnguento, quoniam nullum signum relinquit. vel ℞ rad. vlmi. q. v. lauetur & coquatur in vino vsque ad spissitudinem, de quo vino super locum combustum teneatur: consolidabit breui tempore, neque vestigium aliquod post se relinquet. Item ℞. succum frondium rapãrum, cum oleo loto, & inunge locum. Si vero ignis fecerit exulcerationem, capo calcem viuam, & immitte in aquam frigidam per iii. horas, & proyce illam, & in aliam denuo dimittas; & sic facies sexies vel septies: postea misce cum oleo rosato, & vitello oui, & duc simul bene; & fiat vnguentum: estque mirabile: vel ℞ succum caulium, & misce cum oleo rosato, & vitello. Aliud vnguentum, expertum ad cocturam ignis seu aquæ. R. albumen oui, oleum & succum summitatis sambuci, etiam corticem viridem, existentem sub exteriori cortice; & incorporentur simul ad ignem, & fiat vnguentum. Vnguentum mirabile, faciens remo-

Marginal notes: Quæ inhibeant vesicationem. — Si locus vesicatus est, quid agendum. — 199 Quæ conueniant vlceri. — Gordonius. — Valescus. — Gordonius. — Ad combustione ignis egregie conferens. 200 — Si adsit vlceratio, remedium. — Vng. expertum ad cocturam ignis seu aquæ. — Vnguentum mirabile, faciens pul.

chras remanere cicatrices post ignis combustionem.

romanere pulchras cicatrices post combustionem ignis, vt visum est in puella quæ faciem totam excoriatam ab igne habebat: ℞. calcis viuæ, extinctæ decies ℥ ii. tutiæ ℥ i. ceræ olei rosa. ana q. s. fiat vnguentum, & in fine addantur albumina ouorum duorum, & est Gentilis. Ad combustionem vero ignis bombardarum, & similium, ℞. vnguẽti albi Rhas. optime camphorati par. iiii. vng. popul. par. i. misceantur simul in mortario, addendo muccilaginis psyllii confectæ cum aqua plãtag. quartam partem vnius. Sed & hoc his addendum

Ad combustionẽ ignis bombardarum & similium.

putaui quod in Arcanis M. Iohannis Tiengii, medici Amstelrodamis reperi: quod quidam Forliuiensis scripsit de membris per bombardam læsis: imprimis membrum læsum submerge in lacte vaccino recenter mulso per quartam vnius horæ partem: deinde vide, si aliqua pars est conquassata: illam omnino abscinde, residuum canteriza: deinde suppone maturatiuũ ex farina, oleo & aqua: deinde mundificatiuum, quod sic fit: ℞. mellis ros. lib. ß. farinæ tritici ℥ iii. incorporent simul in patella, addendo succi apii ℥ vi. succi absinthii ℥ ii. pul. sarcocollæ, myrrhæ ana ℥ ß. misce ad lentũ ignẽ. Deinde be-
201 ne mundificatum consolida. item vnice cauendum est, ne supraponatur repercussiuum; sed circumcirca, ne ægritudo sese dilatet: quod sic fit: ℞. boli arm. ℥ i. terræ sigillatæ ℥ ß. modo cum oleo rosaceo, modo cum aceto fiat incorporatio. Et superponenda sunt aliquando attrahentia venenum, quale est istud: ℞. galbani, serapini, opopanacis, assæ fœtidæ, myrrhæ, sulphuris ana ℥ ß. stercoris columbi, anatis ana ℥ ii. dissoluantur gummi in vino, & incorporentur cum melle rosato & oleo antiquo. Item medicina confortantes principalia, dentur ægro, sicuti diambræ, diamarg. manus Christi, etiam theriaca, & alia theriacalia, ne fumi mali, qui eleuantur, inficiant cor. Mundificantia sanguinem & phlebotomia conferunt: est aliquando etiam procedendum vt in esthiomeno, & ad prohibendam putrefactionem: ℞. farinam fabarum, orobi ana, cum syr. acetoso. misce, & laua locum bis in die cum aceto. Postquam calfactio cessauerit, vng. Ægyptiacum apponatur: facit enim cadere putrefactionem, & quod ipsam sequitur conseruat.

Alius modus procedendi, & erat M. Iodoci, chirurgi ducis Philippi.

Alius modus procedendi, & erat M. Iodoci, ducis Philippi chirurgi expertissimi. Primo vide si in vulnere est os fractum extra illas pecias, vel aliqua extranea, vt puta ferrum de loricis &c. lenissimo & optimo modo quo poteris: postea ℞. albumen oui, & oleum ros. simul cõquassata, & pannum intinctum eodem medicamento impone, si vero sit brachium aut aliud membrum perforatũ, impone tentam aut sentonem, quod tutius est, quia non permittit vulnus intrinsece claudi, sed superfluũ extrahit, non tamen dimittendo defensiuum circumcirca. propter materiam antecedentem, quæ etiam debet diminui phlebotomia, si necesse est, secundum corporis dispositionem, tenendo etiam ventrem laxum cum optima victus ratione, & alia similia diligenter obseruando. Postea, cũ videris bonum pus generari, quod efficies cum digestiuo ex oleo rosaceo, & vitello oui, tunc incipe vulnus mundificare cum mundificatiuo de apio noto, vel cũ vnguento apostolorum. Ægyptiacum etiam prodest, si indigeat

Alius modus.

fortiori mundificatione, cum eductione ossium. Deinde cũ aliquo cicatricem obducente consolida. Aliqui vero ita procedunt, ponendo à principio compositum aliquod oleum magis conueniens ex oleo lini & rosarum; &
componitur vti oleum rosatum, quod oleum multi cõ- 202
mendarunt: & non audiui aliquod medicamen quod magis competat: est humectatiuum, & egregie dolorũ sedatiuum. Aliqui etiam non sine maximo iuuamine huic oleo adiũxere crassulam maiorem, aut folia maluarum; & tunc etiam est magis humectatiuum: & magis confert illis, quibus maior est coctura ex igne bombardarum, quod discretus chirurgus maxime perpendet, non omittendo dispositionem corporis totius diætam, purgationem, tum reliqua omnia, simul accidentibus succurrendo per defensiua, &c. Hoc quoque sequens ad arsuram multis laudibus extollitur: ℞. grana cydoniorum: ponantur in vino & aqua tepida (nos autem, vt alias diximus, in aqua rosacea posuimus) donec fiat muccilago, & illa ponatur super arsuram; primo tamen (vt alii experti sunt) ponendo semel vel bis pannum madefactum in aqua ardenti, deinde cum dicta muccilagine vsque ad perfectam curationem procede, & est mirabile. Nunc ad tertium librum De tumoribus præter naturam, accedamus, qui ad pituitosos phlegmaticosque tumores pertinent: hic finem imponentes de tumoribus biliosis.

Contra arsuram.

Finis libri Secundi Obseruationum Chirurgicarum.

OBSERVATIONUM ET CVRATIONUM Chirurgicarum Liber Tertius, 203

DE TVMORIBVS PRAETER NATURAM.

D. Petro Foresto Alcmariano, auctore.

Observatio I.

De œdemate.



Istis diebus accitus ad illum, qui extra portam Haghensem decumbebat, & crura œdematosa habebat, præsupposita illa indicatione vniuersali, quod curatio œdematis consisteret in applicatione calfacientium & exiccantium, tamen cum initium adhuc mali esset, præstare iudicaui in œdemate curando, digerere eum iis quæ non solum opponuntur temperaturæ materiæ pituitosæ, verum etiam quæ ipsa membra roborant, & innatam caliditatem augmentant. quare hunc syrupum propinaui: ℞. oxymel. simplicis ℥ i. sy. de duabus rad. mellis ros. colati ana ℥ ß. aquar. saluiæ, betonica, bugloss. ana ℥ i. misce: hoc syrupo præce-
ptor meus Benedictus Faoentinus, vt proprio cap. 204
de œdemate in sua Empirica ostendit, per nouem continuos dies vtebatur, demum, quibusdam apparentibus signis concoctionis, (non quidem complete, quoniam hoc fieri non potest, propter materiam hanc quæ rebellis est concoctioni, & propter vitiatam caliditatem concoquentem principalium membrorum,) purgat eum sequenti medicina,

dicina, q̃ & nos propinari iussimus: ℞. *diacathol.*
℥ ß. agarici optimi & electi ʒ i. ß. elect. indi maioris ℈ iiii.
electuarii de succo ros. ʒ i. (& recordare, inquit, *q. cũ*
qualibet medicina euacuatiua phlegmatis permiscere de-
bes aliquod euacuatiuum cholera, cum de se phlegma non
moueatur ad membra, nisi eo subtiliato & promoto à fla-
ua bile) infundatur agaricus cum *modico zinzib. &*
salis gemmæ in oxymelit. q. s. per x. horas, deinde facta
forti expressione omnia simul dissoluantur in a-
qua decoctionis *hyssopi, saluia, betonica* & *quatuor*
florum cordialium q. s. & fiat potus, qui exhibeatur
patienti per duas horas ante lucem. Si autem œde
ma fuerit vitio corruptæ caliditatis hepatis non
bene sanguificantis, sicut in hydrope accidit, vt cru
ra & alia membra corporis tumida & œdemata fa
cta sint (*vt latius ostendimus cum de hydrope ageremus*)
purgabis corpora, post exhibitos syrupos, sequen-
ti medicina: ℞. *diacatholiconis ℥ ß. rhabarb. optimi*
& electi ʒ ii spica gr. x. agarici prap. ℈ ii. *electuarii de da*
ctyl. ʒ ß. infundantur rhab, cum spica secundum artem
per x. horas: & facta forti expressione omnia simul
dissoluantur cum communi decoctione *flor. &*
fruct. q. s. & fiat potus, qui patienti exhibeatur mo-
do dicto. Et aduerte, omnes medicinæ, quæ à no-
bis in cap. *de hydrope* fuerunt dictæ, eædem confe-
runt in œdematica passione, hydrope coniuncta.
Sed facta hac prima purgatione denuo ob diutur
num malum iterum materiam hoc modo præpa-
rauimus: ℞. *syr. de ma Nicolai. syr. de cichor. Nicoli*
205 *cum rhab.* (idem valet vbi timor est de hydrope)
mellis rof. colati ana ℥ ß. aqua hyssopi, capill. ven. ma
ana ℥ i. misce: detur quotidie per quinque plu-
resue dies: & postea per duas horas ante lucem,
sequentem medicinam propinare mandauimus:
℞. *diacathol. ℥ ß. pul. hiera simpl. Gal. ʒ ß. pul. turbith*
boni & gummosi ℈ iiii. pul. rhab. ℈ ii. spica, zinzib. salis
gemma ana gr. iii. omnia simul misceantur, & cum
decoct. communi: *flor. & fruct. q. s.* dissoluantur, &
fiat potus. interim tam extra quam intra sunt mē-
bra corrigenda, vt innata caliditas vigens redda-
tur. quare ante cibum per duas horas hunc bo-
lum dedi: huius mixturæ omni mane circa ℥ ß. ℞.
diaga. ʒ i. trionsant. ℥ ß. diatrion piper. ʒ ii. diarrhod.
abb. ʒ i ß. misce, cum syr. de duabus radicibus fiat mi-
xtura. Exterius mane & vesperi œdemata cum de
coctione sequenti vel cum spongia madefacta in
prædicta decoctione locum fomentari iussimus:
℞. *saluia, rorismarini, florum stœchados montant, majo-*
rana florum chamom. sua ana m. ß. salis nitri, salis gem-
ma. alum. ana ʒ ii. bulliant in s. q. aqua cineris siue lixiuii
vsque ad consumptionem tertia partis: deinde cole-
tur; & colatura vsui seruetur. Sed & alteri, cui cru-
ra maxime œdematosa erant, hanc lotionem fie-
ri mandaui: ℞. *aqua cineris lib. xx. flor. chamomil. rad.*
ebuli ana m. 3. salis communis lib ß. aceti albi optimi ℥ iiii.
misce; & bulliant, vsque ad consumptionem me-
dietatis: deinde colentur, & colatura vsui serue-
tur. Sed & Delphensi mulieri, tum aliis, cum ma-
ri propinqui simus, sæpius commode sequens præ
scripsi: ℞. *aqua maris lib. xx. aceti optimi lib. ii. bullis-*
ant vsque ad consumpt. quarta partis: deinde ipsa de-
cocto vsui seruetur. Hoc quoque sciendum, quod
omnes aquæ thermarum calidæ, habentes natu-
ram *salis, aluminis, nitri, vel salis gemma*: quod si pa-
tiens assiduum vsum frequentet in dictis balneis,
procul dubio ab œdemate & præcipue in cruri-
bus existente, sanabitur. Quod si æger noster i- 206
stis remediis non fuisset curatus, peruenissem ad
extrema illa remedia, quæ præceptor meus Bene-
dictus Fauentinus præscribit loco citato: & pri-
mum est, *cancerisare membra eiusmodi cum actuali cau*
terio pluribus in locis: ipso enim non solum extrahetur
aquositas pituitosa talem progignens affectio-
nem, verum etiam membra exonerata conforta-
buntur, vt inde nutrimentum melius concoque-
re valeant, & superfluum secernere. Secundum
ingenium est, vt *membrum tale taliter affectum, sicce-*
tur cum applicatione sequentis emplastri, extensi supra co
rium, ad quantitatem conuenientem, & positum supra
œdematosam partem membri affecti: ℞. *fermenti ℥ vi.*
cantharidum subtiliter puluerisatarum ʒ i. salis commu-
nis ʒ iii. aceti fortissimi q. s. ad incorporandum velut
vnguent. quoddam, quod extensum supra cori-
um, membro applicetur: ipsumque non amoue-
bis à membro per spacium decem horarum: quo
eleuato apparebunt tibi vesicæ aqua plenæ, supra
quas appones *folium caulis* perunctum *butyro recen-*
ti. & sic mane & vesperi folium mutabis, & vide-
bis copiam aquositatis facile exire à membro œ-
dematoso. Quod si membrum tale ad vlceratio-
nem deducatur, nimio quidem calore adurente
apparente in membro, mox subleuato folio cau-
lis apponere debes sequens vnguent. ℞. *vnguent. de*
cerusa ℥ i. ß. litharg. ʒ ii. succi plantag. ʒ i. olei rosari ℥ ß.
omnia simul misceantur, & in mortario ducan-
tur, quousque fiat vnguentum quod vsui serue-
tur. eo quippe vnguento vlcera corrigentur, &
aquositas pituitosa extrahetur, & œdema sanabi-
tur.

SCHOLIA.

CVm de tumoribus, qui à succis calidioribus procrean
tur, satis disputatum sit in duobus prioribus libris, 207
de iis qui à materia frigida ortum habent, primo autem de
pituitosis, nunc tractare instituimus. Sed antequam ad tu
morum pituitosorum particularem declarationem & me
delam deueniamus, non ab re fuerit de humore à quo ori-
ginem ducũt, aliquid disserere. Quicunque humor natura
frigidus atque humidus fuerit, hunc nos Pituitam *appel-* Gal. de dif.
lamus: cuius humoris plures sunt differentia. Vna si qui- feb. 2. c. 6.
dem eius species est adeo frigida, *vt cum in loco aliquo ca-*
lido obstruitur, dolores maximos excitet: sæpiusque multa
laxioris intestini incommoda, hoc humore, acutis clysteris
vi euacuato (vt de colico dolore alias ostendimus)
statim sedari contingit: hic humor vitri liquefacti simili-
tudinem gerit. Est & alia pituitæ species, *quam plerum-*
que cum screatu expuimus, sensibilē habens dulcedinem:
liquet quod hanc exquisite frigidam non contingit esse. Est
& alia pituitæ species tertia; *qua expertentibus vide-*
tur acida, & est minus frigida quam vitrea; magis vero
quam dulcis. Vltima pituitæ species salsa apparet,
aut propter putredinem aut propter salsa serosa humidi-

tatis mistionem. Crudum quoque humorem appellatum, genus quoddam vnum pituitæ constituere possumus: hic autem humor alia pituita crassior est, ac minus flatulentus: qualis in vrinis subsidet: in præsertim, quæ ex edacitate sedimen multum fabaceæ pulticulæ simile obtinent: quin & corporibus iis, qua ab exercitatione abstinuere, cibis vero quamplurimis, ac balneis post assumptos cibos vtebantur. Sæpe huiusmodi humor consertim per aluum descendit. Sed vna cum hoc humore, perinde ac cum pituita, decolor quædam in toto corpore subest albido: ex pituita igitur cruditate, quemadmodum ex pituita dulci, homines minime appetentes, & somniculosi redduntur: nam sentiendi principio humescente, & frigescẽte, comatosam dispositionem sequi contingit: at contra ex pituita acida fiunt famelici homines, & ad cibos summo desiderio rapiuntur, vt in multis sæpe vidimus, qui irrationabili appetitu ciborum maximã copiam vorabant: ex pituita salsa redundante fiunt ulosi. Insuper pituita cruditas (vt be-

207 ne Galenus innuit) non modo album præsefert colorem, sed aliquando ceu misturam albi & liuidi: aliquando liuidum solum: aliquando plumbeum: qui quidem colores quamuis crudos dominari succos indicant: qui cum de genere sunt pituitæ, minus tamen humiditatis habent, quam ea quæ publice vocatur pituita. Sane quod pituitam expurgat, natura nullum instrumentum condidit; propter ea quod frigida, humidaque est: ac veluti ex dimidio coctũ nutrimentum. Desiderat igitur talis succus non vtique vacuari. Excrementum vero quod à cerebro destillat, fortasse nec pituitam quis recte appellet, sed sicut nominari solet, mucum & grauedinem, Græce κόρυζαν. Quæ excrementa ideo quandoque pituitosa vocari solent, quoniam magis ad pituitæ naturam accedunt, quam aliorum humorum: non quod vero nomine pituitoso sint notanda: & de huiusmodi sic dictis excrementis, locutus est Gal. cum multis aliis in locis, tum comment. 3. aph. 12. quando dixit, cerebrum sua natura generandis pituitosis superfluitatibus aptum est: quando refrigeratum, cibum communem digerere non potest, huius pituitæ generatio huic inest, vt quæ à forti frigiditate, acida euadat; quæ vero à caliditate replente capot, salsa; sicuti sane, & quæ à pauca fit frigiditate, vel paucam dulcedinem, & nullam manifestam habet qualitatem. Rursus huius humoris maiorem notitiam tradere cupiens: dico pituitam aliam esse naturalem, aliam alimentum, aliam excrementum. Pituita naturalis est, ex qua cæteris humoribus permixta, constat homo à primo semine. pituita alimentum est, quæ primum in ventriculo generatur ex cibis, non autem ex corpore nostro per se. Inde in hepate elaborata miscetur sanguini ad reparationem & conseruationem proprii humoris: & illarum particularum, quæ hoc humore magis indigent: hæc quandoque vel per cibos, & per anni constitutionem, vel per ocium, nimis augetur, & in toto corpore exundans, rigorem, qui ægre excalfieri potest, sine febre excitat, quod si computruerit, quotidianæ febris causa redditur. Pituita excrementum, est veluti fex alimento sa pituita: quæ inepta nutritioni, nisi expurgetur, tumores gignit: habetque hoc peculiare, quod ad differentiam cæterorum non concrescit, etiam si diutius in ambiente moretur. Pituitoso igitur excremento in toto tempore succe-

209 dit hydrops leucophlegmatias dictus: cum vero in vna sedit particula, tumor excitatur, quem œdema Græci dicunt, de quo mox noster erit tractatus. Ad tumores itaque pituitæ, hoc est, œdemata, referuntur nonnulli tumores sub apostematis nomine comprehensi, qui ab Auic. nodi, ab Haly abbate Selas & Dubeleta phlegmatica dicti sunt, Latini Abscessus vocant. Quorum iuxta diuersas materias in iis contentas, diuersæ etiam sunt species. Tria sunt Galeno eiusmodi abscessuũ genera frequẽtissima, quorum singula propriam appellationem Græce sunt sortita, ea sunt atheromata, steatomata, meliceri- des, à similitudine quidẽ contentorũ in his corporũ dicta, vt amplius in sequentib. declarabimus. Est & apostematum h. e. abscessuum genus, in quo res alia continentur, quæ non humorum modo, sed & solidorum quorundã corporum proprietates repræsentant: Verum hæc (inquit Gal.) rarius: Ac de iis quidẽ & in sequentib. cum de abscessib. sermonẽ faciemus. Ad hæc autẽ n. õ dicta abscessuum genera pertinens, tumorum quædã nomina, à recentioribus excogitata, & nusquã apud antiquos scriptores reperta, vt testudo, mollis tumor caluariæ inhærens, & talpa: hæc ad atheroma, illa ad meliceridem magis spectare videtur. Ad steatoma vero fere pertinet tumor, dolore carens, quem natam appellant, de quo suo loco dicemus. Huc quoque spectat vocat à Græcis Ganglia, ab Auicenna Glandulæ, quæ à vocatis nodis differunt. Scrophulæ quoque à vulgo vocata, à pituita fiunt, proinde ad œdemata reducuntur: hæ Græcis Chœrades, Latinis Strumæ dicuntur. Galenus tamen alicubi, inter scirrhos, ob duritiem, annumerat. Ad œdema etiam refertur Galeno ea hydropis species (vt etiam annotauit Tagautius) quæ leocophlegmatia Græcis, & hyposarca nuncupatur. Sic & Fernelius inter tumores, tuberculos, pustulas à pituita refert, œdema, tumorem œdematosum, aquosos tumores, vt ascitem, hydrocephalon, hydrocelen, & etiam hic flatuosos flatulentos tumores, vt tympanitem, ramicem, flatulentũ, & quemuis aliũ sub cute aut sub ossium membranis aut in musculis collectum. Scirrhum alii hunc non ad pituitam sed melancholiã referunt quib. annumeratur & ganglion, bronchocele. glandulæ, parotis, strumæ. At Leonus, Ad tumores pituitosos 208 seu œdematosos, inquit, accedunt, atheroma, steatoma, meliceris, testudo, talpa, ganglion, id est, nata, bronchocele, chœrades & hydropis species leucophlegmatia & hyposarca, hydrocephalõ & hydrocele, multique alii. Incipimus aũt ab ipso œdemate. Oedema, Græcis οἴδημα vocatur. Quemadmodum autem ex biliosa fluxione erysipelas, ita ex pituitosi humoris confluxu œdema excitatur. Est aũt œdema (definitore Galeno) laxus quidã atque indolens tumor, seu tara quædam atque expers doloris moles, ex pituitoso humore in particulã aliq̃ influente exurgens ita quidem Galen. censuit lib 14. Therap. de œdemate, quod morbus est, & non symptoma. Equidẽ scimus (inquit) aliter quoque (quam ex pituitosi scil. humoris fluxione) œdemata prouenire. Nẽpe ex pituitoso humore aut spiritu vaporoso, in parte aliqua collecto & in eadem aliquando genito, vt in cruribus & pedibus eorum, qui aquæ subter cutem affectu laborant, vti & alias de hydrope diximus: & phthoe, id est corporis habitu contabescente: & cachexia, hoc est malo habitu corporis. In illis quippe periculosis (vt multa exemplis locis propriis ostendimus) œdema, affectat eius qui hominem premit, symptoma est, h. e. accidens necessario consequens, nullam

propriam

Margin notes: Gal. de plenitudine. c. 21. — 4. de sanit. tuenda ca. 4. — Gal. de naturalibus facult. lib. 2. cap. vlt. — Per accidẽs quoniã pituita semper fit à frigiditate. — Gal. 2 de temperam. cap. 6. — Paulus lib. 2. cap. 26. — Gal. sympt. caus. 3. c. 2. — Tumores pituitosi & œdematosi. — 14. Thera — Tumorum nomina quædam apud recentiores medicos nomina. — Testudo. — Talpa. — Nata. — Ganglium. — Glandula. — Scrophula. — Struma. — Leucophlegmatia. — Hyposarca. — Oedema quid. — 14. Therap. & 2. ad Glauc. — Oedema vt symptoma est. quibus maxime accidat.

propriam, præcipuamque curationem postulant, vt alias diximus, & in sequentibus dicetur. Nam satis erit (si modo curatione egebit) ipsa tam crura perfricare alias oxyrrhodino, alias oleo cum sale, aut etiam oxyrrhodino sal habente. Oedema, vti & phlegmone atque erysipelas, in duas chirurgis finditur differentias, in verum

Oedema duplex.

scilicet oedema, & non verum seu illegitimum.

1. Verum.

Oedema verum & legitimum est, quod corrupta & inepta voce vndimiam appellant, & fit, vt diximus, ex pituitosa materia. Vel verum oedema fit ex pituita naturali, quæ certe nihil aliud est, quam sanguis crudus aut diminute coctus, qui in massa quidem sanguinaria inuenitur, membris pituitosis enutriendis accommodus.

2. Illegitimū.

Nō verum seu illegitimum oedema, fit ex pituita non naturali.

Pituita quid.

Est autem pituita naturalis (ne quid obscurum relinquamus) humor frigidus & humidus, substantia crudus, colore vergens ad quandam albedinem (vt paulo ante recensuimus) sapore vero, & (si liceat dicere) odore ad dulcedinē. Nō naturalis pituita, ea est, quæ à modo descripta de-

211 generat; intra tamen suæ latitudinis terminos, quos si forsan pertranseat, non tam amplius phlegma pituitaue, sed alius humor dici debet. Contingit autem bifariam pituitam ipsam à propria sua natura degenerare,

Pituita quādo & quomodo à propria sua natura degeneret.

vno quidē modo (vt loquuntur) in se quando scilicet in propria sui ipsius substantia, citra alterius admixtionem, permutatur. Quod sane multifariam accidit. Aut enim in substantiam aquosam conuertitur, aut in flatuosam, aut in admodū tenuem. Diciturque tunc phlegma aquosum, flatuosum aut tenue: aut crassius ac viscosius redditur; idq; tunc phlegma crassum & muccilaginosum efficitur, & per maiorem, seu (vt dicitur) vlteriorem indurationem, gypseū seu vitreū. Aut ipsum putrescit, & alteratur, efficiturq; tunc salsum, nitrosum & corrosiuum. Altero modo pituita efficitur non naturalis, per admixtionem: quando scil. alius quispiā humor illi extrinsecus accedit, verbi gratia, vel sanguis, vel bilis flaua, aut atra. Si sanguis pituitæ permisceatur, hæc dulcis efficitur: si flaua bilis, salsa: si melancholia, pontica & acida. Sunt ergo octo species phlegmatis non naturalis, iuxta

Auic. 8. species pituitæ. Haly abbas 4. Gal. autem duo tantum genera pituitæ posuit.

Auicennæ placita: Haly abbas tamen quatuor duntaxat constituit. Galenus autem (inquit Guido) videtur duo genera assignare, nempe salsum & acidū. Tametsi li. 2. de diff. febrium & 2. de locis affect. atque in multis aliis locis, mentionem faciat de vitreo, de quo & paulo ante diximus, quod subinde sub acido (propter eam, quam cum eo habet affinitatem ac conuenientiam) reponit. Ex iis igitur colligitur, quod ex pituita generantur octo species, seu differentiæ tumorum præter naturam.

Octo differentiæ tumorum præter naturā ex pituita.

Primo enim ex pituita seu phlegmate naturali, fit oedema verum, ac certū seu legitimum. Secundo ex pituita naturali per admixtionem generantur tres aliæ differentiæ tumorum: quippe quod tres alii humores cum ea possunt commisceri: Nominantur autem oedema phlegmonodes, oedema erysipelatodes, & oedema scirrhodes. Tertio ex pituita nō naturali per alterationem propriæ substantiæ quatuor aliæ exurgunt differentiæ, primo namque ex flatuoso & vaporoso phlegmate fit tumor is, qui propriè lateos inflatio, vulgo autem medicorum apostema ventosum aut flatulentus tumor dicitur: Secūdo ex aquoso, aquosum:

212 Tertio ex crudo phlegmate, crasso muccoso, procreantur tumores illi, qui leues nodi quibusdam dicuntur, & abscessus pituitosi, quos vulgo exituras phlegmaticas appellant. Auicennæ vero interpreti Dubelet frigida nominantur. Cuiusmodi sunt steatomata, atheromata, & melicerides. Gangliæ quoque (quæ Auicennæ Glandulæ dicuntur) & id genus alia, quæ in sequentibus declarabuntur. Ex duro vero, seu magis indurato, & (vt sic dicatur) gypseo phlegmate, fiunt nodi omnes duri, qui in iuncturis maximè reperiuntur, & strumæ, quæ vulgo scrofulæ nominantur. Quarto ex corrupta & putrefacta pituita generantur fistulæ, & vlcera, quæ scrofulosa vocant.

Fernelius.

Hinc etiam Fernelius: Vt pituita alia tenuis, aquosa aut mucosa existit, alia crassa & glutinosa, cuiusmodi est quæ vitrea aut gypsea appellatur: ita necesse est varios ex hac collecta nasci tumores. Ac primum quidem oedema tumor est frigidus, laxus ac mollis, doloris expers. Nec calor nec rubor, sed vel genuinus vel albidus duntaxat color inest: tumor sæpe magnus, & qui presso digito, vel nullo & exiguo dolore cedit.

Τὸ οἴδημα

Est autem duplex: vnus collectus & circumscriptione definitus, qui propriè ac simpliciter oedema nuncupatur: alter diffusus & expansus, qui rectius tumor est oedematosus.

Ὄγκος οἰδηματώδης.

Hic ex crudiore pituitosoque sanguine, aut iecoris aut assumptorum vitio progignitur, qui in nutriendas partes illapsus, nec in earum substantiam conuersus, sensim cumulatim redundat, partemque tumore distendit, ac fere retinet prementis digiti vestigium. Ita sane in tabe, in cachexia, & in leucophlegmatia, modo pedes, modo reliquum corpus tumidum euadit. Verum autem & exquisitum oedema non ex sanguine pituitoso, sed ex pituita fit supernacanea, quæ solum vel aquosa vel mucosa sit, vndecunque illa in affectam partem deferatur. Fere autem è capitis destillatione huic origo est, quæ sæpe in genua, interdū in humeros aliasque partes decumbit.

Causæ oedematis.

Causæ itaque oedematis, vt & aliorum tumorū præter naturam, sunt triplices: Primitiua, vt sunt casus ab alto, percussio, deprauata viuendi ratio: Antecedentes, vt exuberantia humoris pituitosi in partem aliquam decurrentis: Coniuncta, ipsa pituita, in membro tumore obsesso iā infarcta & accumulata.

Signa oedematis.

Signa oedematis hæc sunt, tumor laxus & mollis, qui prementis digito cedit, & foueæ modo cauatur, 213

nec amoto digito resilit, sed prementis vestigium retinet. Dolor & exiguus aut fere nullus. 1. Calor modicus vel nullus calor adest. 2. Color vergens ad albedinem, subalbidus, seu (vt volunt alii) inter 3. album & pallidum medius, 4. & alia id genus, quæ pituitæ dominium testantur. Valescus zimia dicitur apostema phlegmaticum molle, ex phlegmate generatum, vel ventositate aut aquositate. Sub frigido phlegmatico apostemate ventosum & aquosum comprehendit, & sub vno cap. de iisdem affectibus tractat. Vide & Gordonium cap. de apostematibus phlegmaticis exituralibus. At Tagaultius, tum alii, seorsim de istis tractant.

Indicia & prognostica

Sed quantum ad signa prognostica oedematis pertinet; 1. Oedema, vt cæteri tumores, quatuor habet tempora; principium augmentum, statū & declinationem. Hoc genus tumoris vt plurimum terminatur per resolutionem seu exhalationem; raro per suppurationem; 2. sæpissime per conuersionem seu permutationem in nodos, & alias (vt vocant) excrescentias, quæ Græcis 3. apostemata, Latinis vero abscessus dicuntur. Harum autem terminationum notæ & agnitiones, superius in tractatu vniuersali dicta sunt. 4. Tumores hi oedematosi hyeme magis, quam aliis temporibus excitantur; plurima enim tunc in corporibus colligitur pituita.

pituita. Senes quoque & crapulæ deditos magis ac sapius
5. *infestant. Alii & hæc addunt. Præsagium semper bonum,*
6. *nisi sit œdema cum gangrena, vel inflammatione vel hy-*
7. *drope, quoniam fit à miti & benigna fluxione. Verum œ-*
dema tarda maturationis, & terminationis existit. Si in
locis ossuosis, vt est tibia, *vel* coxa, *vel in locis cauernosis,*
vt est circa pectus, *aliquando terminatur in fistulam,*
8. *quia longa mora, materia & ipsa pigrities naturæ est cau-*
sa corruptionis membri & loci vicini. Si apostemata phle-
gmatica cum solis exiccantibus & resoluentibus longo tē-
pore curentur, ad nodos vel duritiem aut lapideam mate-
9. *riam conuertuntur. Apostemata quæ sunt de phlegmate,*
quædam mollia, humida, tractabilia, & sine calore,
quædam dura & solida. *& quanto duriora, tanto frigi-*
diora. Nunc ad curationem veniamus, sequenti exemplo
prius interposito.

OBSERVATIO II.

214 *De vero œdemate in femore longo tempore perdurante; & postea de illegitimo œdemate.*

AD adolescentem illum, qui è regione Campi regii Delphis longo tempore decubuerat ex œdemate legitimo, quod femur occupauerat, cū Petro Federico Delpheosi chirurgo accersitus cū essem, primo authoritate medicorum veterum, & potissimum Auicennæ, vt egregie etiam docet Valescus de Taranta *cap. proprio*, consului vt optimo vitæ genere tum victus ratione vteretur, cauendo ab omnibus quæ phlegma generare possent, vt sunt *omnes fructus, maxime recentes, pisces nimis vsque potus & nimius cibus.* Abstinentia iuuat eos: Nam cibi tenuitate nunquam humores coaceruantur & debite resoluuntur. Victu itaque exiccante & ad calidum vergente præscripto, materiam pituitosam commode præparauimus: mox & purgauimus cum *polypodio, agarico, turpetho*, aliisq; quæ materiam antecedentem remouent, vt residuum materiæ commodius resolueretur. Tandem ad localia deuenimus, iuxta Auicennam, qui incipit curationem à frictione cum panno aspero vel mantili: ponitque exiccantia super apostema, vt *spongiam nouam, adhuc retinentem virtutem aquæ marinæ salsæ, infusam aceto, commixto aqua*; idque calide. in ea enim spongia, *teste Auicenna & Galeno 2. ad Glauconem*, virtus inest exiccatiua & resolutiua. Hæc autem à principio fiunt. In augmento adduntur fortiora resolutiua, vt spongia alia noua infusa in *lixiuio cineris vitis* & *modico aceto.* In declinatione adhuc fortiora adduntur, vt *salis gemmæ exiguum baurach & lixiuium cineris ficus & quercus,*
215 *cum alumine, sulphure, & similia.* Sed cum non resolueretur, chirurgus nostro consilio apposuit emplastrum *diachylon* super alutam extensum. hoc enim mihi, inquit Valescus, loco resolutionis maturauit apostema. idem, inquit, feci de *oxycroceo*, & ex toto per resolutionem euanuit. Verum cum su prædictis non resolueretur, & videretur quod apostema aliquo modo eleuabatur, & dolor crescebat, ad maturatiua scopum conuertimus. Vt ℞. *rad. althææ, liliorum alborum, ceparum albarum, foliorum brancæ vrsinæ, summitatum lapathi acuti, an. p. æq.* omnia ista inuoluta in stuppis madefactis coquantur sub caldario: deinde addantur *caricarum pinguium num. x. axungiæ porcinæq. s.* frumenti ad quantitatem aliorum: incorporentur, & fiat emplastrum, dicit enim Valescus quod re/bullitæ in aqua non tantum maturant apostemata frigida sicut coctæ sub prunis, vel frixæ in patella cum sola pinguedine. nam virtus earum remanet in aqua, aut in fumum conuertitur. Potest & his addi farina *fœnugræci & seminis lini.* Vel ponatur hæc massa supra ceratum quo D. Decanus Sancti Petri Louanii quondam felicissime vsus est, cum haberet apostema œdematosum: ℞. *ammoniaci, galbani ana* ℥ i. *serapini, myrrhæ ana* ℥ i. *ceræ* ℥ iiii. *cinerum truncorum caulium, pul. ireos ana* ℥ ii. *croci* ℈ ii. *olei iuniperi q. s.* distemperentur gummi per noctem in *succo caulium*, deinde fiat massa secundum artem. Sed & hoc apud Valescum expertum *maturatiuum* est, quod cito apostema phlegmaticum latum efficit ac suppurat: ℞. *rad. bismaluæ, ceparum lilii, summitatum maluæ, senecionis, lapathii acuti ana m. i.* incidantur minutissime & contundantur: postea in patella cum sanguine frigantur, & calide hoc emplastrum applicetur. Cæterum vbi iam maturum videretur apostema, hic nullo modo tardandum erat, *vt in Scholio latius dicturi sumus*: quia multa parit incommoda tardatio apertionis saniosæ collectionis, *vt dicit Arnoldus de Villanoua*, quia conglobata sanies, maxime quæ in sclirosin vertitur, cancrum, lupum, aut fistulam machinatur, aut transit in bocium. 216 Aperto itaque apostemate facta est mundificatio cum mundificatiuo ex succo *apii & melle.* Valet & *vnguentum apostolorum*: deinde vt recte curaretur & perfecte, & cicatrizaretur locus, chirurgo perito commisimus. Et non expectetur, inquit Valescus, opinio fatua quorundam chirurgorum & barbitonsorum, qui stant per duas aut tres septimanas sine apertione aliqua & per magnum tempus ante apertionem. Sed & alteri hoc experimento œdema resolutum est, quo Benedictus præceptor meus commode vti solebat: vt ℞. *saluiæ siccæ, rorismarini, betonicæ ana* ℥ ß. *carui, dauci, anisi, fœniculi ana* ℥ ii. puluerizentur omnia subtilissime, & prædictus puluis superaspergatur spongiæ siccæ ad quantitatem membri œdematosi; eumque illi superalligabis: & sic mane & vesperi continuando, videbis dissolutum œdema. Multa quoque exempla posuimus œdematis curati, si pro symptomate habeatur: & quomodo pedes œdematosi curentur in hydropicis, ostendimus multis in locis, & potissimum Scholio *Obser. 23. & 24. lib. 19.* Obser. & Curationum medicinalium, itemque *Obser. 26.* & vide *Obseru. 60. de mola*, & Scholia *Obs. 45.* de vteri hydrope *lib. 28. curat. medicinalium*: & *Obs. 54.* Quomodo topico quodam remedio œdematosum crus dextrum persanauimus: & de puerpera, quomodo ab œdemate cruris illegitimo sit curata.

SCHO-

SCHOLIA.

QVoniam ædemata, ex humorum in aliquam partem fluxione, aliorum tumorum more suscitantur,
duplex etiam eorum curandi scopus erit. Alter, vt horum
271 humorum, qui iam partem occupant, substantia dissol-
Curandi ædematis scopus duplex cum adhuc gignuntur.
uatur: alter, vt fluxio cogatur, restringaturque. Atque
prout alter scopus alterum superat, remedia sunt miscen-
da, alterum quidem cum altero copiosius aut parcius. Vbi
igitur restringendi indicatio, eam quæ vacuandum seu di-
gerendum esse suadet, superabit, augēda restringētium vis
erit. Vbi vero plus vacuandum quam restringendum erit;
discutientium seu digerentium ac exiccantium materia &
facultas præpollere in mixtione debebit. Porro maiorem
restringētium vim miscendam esse ostendit, cum copiosior
fluxio, tum parcior in affecta parte materia. Contra exic-
cantium ac digerentium vberiorem modum adhibere opor
Oedematis inueterati curandi ratio.
tet, vbi copiosior materia locum obsidet, & fluxio minor
est. In inueterato autem ædemate, & quod non adhuc in
gignendo est, non amplius hac curandi ratione, mistam
facultatem quasi scopum habente, sed ad digerendam dis-
secandamque materiam declinante vtendum erit. Quod
& in omnibus fere diuturnis affectibus obseruandum est.
Cæterum ædema quod symptoma est periculosi affectus se
Oedematis vt symptoma est, curatio.
quens, vt tabem, aquam intercutem, & vitiatum
corporis habitum, quem Græci cachexian vocant,
nullam seorsum (vt supra diximus, & alias cum de hy-
drope ageremus) propriam, præcipuamque curationē desi-
derat. Curari enim nisi affectu ex quo nascitur profligato,
non potest. Aliquid tamen ex eo remittendū est, siquidem
vires demoliatur, aut primarium affectum augeat, aut cu
rationē impediat. Satis ergo fuerit, si quidem curatione e-
gebit, ipsum tumentem locum perfricare, alias oxyrrho-
dino, alias oleo cum sale, aut etiam oxyrrhodino sa-
lem habente. Eiusmodi enim frictio tumorem remittit &
dolorem, si ex nimia distensione (vt aliquando contin
git) excitetur demulcet. Oxyrrhodinon fluxionem ar-
cet, oleum cum sale vim habet digerendi & vacuandi
quod impactum est: oxyrrhodinon vero cui sal admix-
tum est, partim digerit, & exiccat, partim restringit &
humorum affluxum prohibet. Sed præmissa hac vniuer
sali methodo, ad propriam ipsius legitimi ædematis, quod
Quatuor scopi particulares in curando legitimo ædemate obseruādi.
ex tenui pituita influxu ortū habet, curandi rationem,
sermonem conuertamus. Hæc autem in rebus quatuor (si-
cuti de phlegmone & erysipelate ēt dictū est) poste
riorū huius ætatis chirurgis, consistit. Nempe in debita
viuendi ratione, in pituitosi humoris præparatio-
ne, & quam æquationem vocant, & eiusdem expur
218 gatione: influxi & iam particulam occupantis hu
moris repressione dissolutione & exsiccatione; &
postremo in symptomatum seu accidentium ipsum
ædema cōsequentiū correctione & summotione.
Hæ itaque sunt quatuor intentiones particulares, quibus
duas illas generales suprapositas indicationes assequi-
1. Prima intētio.
mur. Prima igitur intentio perficitur, debita ac congrua
sex rerum non naturalium administratione. Porro rite ac
commode res ipsæ non naturales corpori laborantis adhi-
bebuntur, si ad caliditatem & siccitatem, cum quadam
attentione, declinauerint vniuersa. Ergo tenuem & siccū
Aer.
aerem deligito, præparatóve. Vinum defecatum, pelluci-
Potus.
dum, album vel subrubellum (quod claretum vocant) in
suo genere optimum, & modico aqua dilutum, in potu as-
sumito. Panis probe coctus & rite præparatus esto. Car-
nibus ouillis, aut ex mōtanis & cāpestribus auiculis ma-
xime vescitor, isque assis potius quam elixis. Iusculis, o-
leribus & ossis parce vtitor. Ab azymis id est, non fermē
tatis, crudis quoque & prælum mulis, abstineto. legumina
caseum, fructus, præsertim horarios & immaturos, pisces
quoque (nisi forsan saxatiles, eosque vel assos & vino in-
coctos) ne gustato. Assa in vniuersum meliora sunt elixis,
& in qua pistorū industria præparantur. Parum come-
dito ac minus bibito. Summatim, victus sit attenuans &
exiccans. Radiculæ ex aceto: carnes assa, & aromatum v-
sus confert. In summa, vitæ luxum atque ingluuiem fugi-
to. Si aluus non respondet, eam ficubus & carthamo solui- *Repletio.*
to. Ergo ficus aridas quinque vel sex numero accipi- *Inanitio.*
to, easque medulla carthami impleto, & mane vel pri-
ma mensa comedito. Vel aluus clysteri aperiatur: aut a- *Motus.*
liis ventrem subducentibus. Corpus moderate exerceto. si
tamen particula laborans citra noxam id admiserit, qua-
re motus sit frequens, nisi ædema occupet crura vel pedes.
Somnus breuis esto: nam & somnus vsusque Veneris pa-
rum esse debet. Balneum atque omnia humectantia pror-
sus vitato. Secunda intentio completur præparantibus *2. Secūda intētio.*
seu æquantibus (quæ vulgo digestiua vocant) & vacu-
antibus materiā illā pituitosam, qua scatet corpus laborā
tis. Ergo genus aliquod oxymelitis offerendum est, quod
pituitam in corpore delitescentem possit incidere & deter-
gere. Deinde præparata hoc modo expulsioni antecedens 219
materia medicamento atque phlegmagogo, id est, pituitā
expurgante, ex periti alicuius medici præscripto, vacu-
anda est. Quod si (inquit Guido à Cauliaco) plethora adesset, tuto vena aperiri posset: non citra tamen periti *De venæ sectione.*
alicuius medici consilium. At vix vnquam in corpore ple-
thorico visuntur ædemata, saltem legitima. Nam in eo nō
magis pituita, quam cæteri humores abundant. Proin vix
sola, & non aliis humoribus remixta, in particulam ali-
quam corporis plethorici influere potest. Quare venæ sectio
in ædemate, saltem legitimo nequaquam ex vsu esse
videtur. Sic Leonus etiam testatur cap. 22. & pro-
prio. Curationem exordiemur non quidem à sectione
venæ, quoniam materia adest frigida, cum cacochy
mia: nisi fortasse esset ædema compositum cum inflamma
tione, vel occuparet guttur. Sed potius in principio leniē- *Lenītia aluum.*
mus aluum cum manna, syr. ros. solutiuo vel similibus.
Postea digeremus materiam huiusmodi syr ℞. syr. de suc
co end. ℥ i. oxymell. compositi ℥ ß. aquar. scabiosę,
fœniculi cicoreæ ana ℥. misce pro haustu. Vel in solo
materia pituitosa oxymelite & calidioribus vtemur. hæc *Digestio.*
dosis reiteretur per quinque vices. Inde præparato humore
vacuabimus vel cum agarico, turbith, colocynthide,
vel cū pilulis fœtidis aut de euforbio aut de hermo
dactylis, vel tali compos. ℞. agar. trochisc. pil. fœ- *Pilulæ.*
tid. de hermodactylis, de euphorbio ana ℈ i. misce:
& cum aqua fœniculi fiant pillulæ vii. vel ℞. cassiæ ℥.
iiii. elect. indi maioris, diaphœniconis, diacathol.
ana ℥ i. ß. misce, & cum decocto fiat potus. Quod si al-
uus non respondeat, vtere ficubus cum carthamo. Idē *Potus.*
præstabit aloe pnia vel lota, cū infusione Rhab. Fa
cta euacuatione ad reprimentia transimus, quæ simul sic-
candi & digerendi facultate prædita sunt. Et si tertia in-
tentio perficitur in principio, admotis repercutientibus; *3. Tertia intētio.*
non iis quidē quæ natura sua frigiditate vehemēter stri-
gendo repellunt, sed quæ non inualide siccandi & modice
digerendi vim habeant. ea aggregatoria exiccationem

 & resolu-

& resolutionem vocant. In augmento vero discutientibus paulo fortiorib. vtemur. At in statu, circa eius finẽ praesertim, & statim a iã fluxione, puris iisque fortissimis digerẽtibus seu resoluentib. In declinatione autẽ absumentibus & exiccantibus, si resolutione saltem terminari debeat. Si vero degeneret in abscessum, quẽ aliqui exiturã vocare solẽt, maturantib. & reliquis, quæ in curãdis abscessib. proposita

220 sunt auxiliis, curabitur. Porro auxilia reprimenti a, siccãdi simul & digerendi facultate prædita, quæ competunt initio œdematis ex pituitosi humoris influxu creati, tribus præsertim formulis comprehenduntur.

Auxilia in principio œdematis admouenda.

Prima est Gal. lib. 14. Method. c. 4. & 2. ad Glauc. c. 3. vbi inquit: At si ex pituitoso humore in particulã influente œdema cõstitit, abũde aliquando satisfacit spongia, q̃ ex aqua in qua sit aceti aliquid, maduerit. Porro hæc ita attemperabuntur, vt vel bibi possint: vel vt non multũ supra hoc aceti habeant. Deligare vero spongiã debebis, ab inferiore parte incipiens, ac supra finiens. Esto autem spongia, modo conductura sit, omnino noua. Huius si occasio nõ est (hoc est, si noua copia non sit) hanc detergebis expurgabisque, exquisite abluẽdo nitro & aphronitro, & aqua lixiuii.

Posca aquosa.

Secunda formula est ipsius Auicennæ, qui iubet vt loco spongiæ aliquando admoueatur pannus lineus duplex, aut quid simile: decoct. bauracb, id est, nitri vel spumæ nitri, & cinerum, & aceti ana q. s. Tertia formula est à Rhaze descripta ad hunc modum: ℞. aloes, myrrh. lycii, acaciæ, sief memithæ, id est, de glaucio, cyperi, croci orientalis, boli arm. ana part. aq. (alii ponunt ana ℥ i. ß.) puluerizentur, & cum succo caulium, hoc est, brassicarum & aceto misceantur, & fiat emplastrum.

9. Emplastrũ Rhasis.

Porro eadem nuper commemorata auxilia in huius œdematosi tumoris incremento etiam bene faciunt: adiecto salẽ illo aceto copiosiore, vel modico alumine, in corporibus præsertim robustiorib. & cutẽ durã habentib. atque vbi aquosior posca non profuerit. Ergo si sub his paulo ante memoratis auxiliis œdema nõ subsidat, quiescat ve, vbi rursum deligabis, paulo plus aceti miscebis, vt posca valentior sit: vel pusillum aliquid aluminis conicies, ac nouam spongiã admouebis. Hæc enim & copiosum medicamentum excipit, diuque continet, & sua substantia affectã partẽ exiccat. Si noua copia non sit, melius est, inquit Galen. eo quod vulgus vocat ellychnion, vtare. Id vero ante omnia mollescito: quod genus Tarsicũ est; cuius si facultas est, audacter vtitor: vtilius enim experiere quã spongiam. Madeat vero ex posca, quæ & aliquid habet aluminis. Tum (vt præscriptũ est) deligetur ab inferiore sursum: hoc est, ligatura incipiat in imis partibus, & desinat in altioribus. Sit autẽ arctatio mediocris: velut in casu fracturæ. Ac primæ quidem iniectiones fasciæ, quæ scil. inferne incipiunt, magis arctandæ: quæ deinceps sunt, sensim remittendæ; cæterum non adeo, vt laxa sit aliqua deligationis pars. Porro idoneum medicamentum ad hæc glaucium est, & collyrium ex eo paratum: sordes item lucernarum aqua mulsa diluta vtiliter adhibẽtur.

Remedia in incrementis tumoris admouenda.

Lib. 14. Therap. & 2. ad Glauc.

Remedia autem, quæ post vigorem status, vbi iam constitit fluxio, & in declinatione vniuersali admouenda sunt, si œdema tendat ad resolutionem, sub triplici etiam formula describi solẽt. Prima est Auicennæ; nempe spongia imbuta aqua lixiuii, ex cinere fici, vitis & ilicis, quæ species est quercus; & particula admota: siquidem huic magna vis inest exiccandi ac detergendi.

1. Status declinationis remedia. Spongia lixiuio imbuta.

Secunda est Bruni, quam vsurpauit & Theodorus. Recipit enim aluminis, sulphuris, myrrhæ, & salis singulorum pares portiones, miscentur hæc omnia cum rosaceo & aceto, & fit linimentũ, quod præcedenti remedio potentius adhuc exsiccat.

2. Linimentũ.

Tertia rursus est Auicennæ, cuius descriptio est talis: ℞. stercoris vaccini lib. ß. olibani, styracis, vsneæ, (id est, musci arborũ, qui Græcis bryon dicitur) calami aromatici, spicæ, absinthii ana ℥ ß. confice omnia cũ aceto & decocto caulium, siue brasicæ, & fiat emplastrũ.

3. Emplastrũ Auicennæ. Vsnea quid.

Atque hæc quidẽ ratio est curandi œdematis, quod resolutione terminatur. Si vero digestioni non cedat, sed ad suppurationem spectet, vnguentũ è succis diachylon nominatum, atque id maxime, quod à Rogerio compositũ est, perquam vtiliter componitur.

Concoquentia seu maturantia.

Ad id etiam confert vel magnopere & sequens emplastrum, quod recipit maluam, brãcam vrsinam (vel si mauis dicere hircinã, quæ & acanthus dicitur) radicem althææ, radicem lilii cepas assas limaces, fermentũ, & semen lini, cocta & subacta, & cum axungia & butyro mixta, rediguntur in formam emplastri seu potius cataplasmatis. Alii hanc formulam ita præscribunt: ℞. maluæ brancæ vrsinæ, rad. althææ, liliorum ana ℥ ii ß. cepar. assatarum ℥ i. ß. limaces num. iii. fermenti ℥ ii. sem. lini parum cocta & subacta cum reliquis coeant in emplastrum. Aliud ad idẽ summe efficax: ℞. succi ebuli, sambuci, oxylapathi, id est, lapathi acuti, leuistici, maiorathri seu fœniculi ana q. s. coquantur vna cũ dialthæa, melle, oleo & butyro; atque ex iis emplastrũ conficito.

Hoc ad Theodoricum refertur.

222 Apertio.

Maturato apostemate, non expectetur, donec sponte aperiatur, quoniam tarde admodũ, vel fortasse nunquã id contingeret: sed ferro candente, aut caustico aliquo medicamento fiat apertio, qua pus exterminatur, iuxta modũ & formã superius expressam. Deinde sordes detergeantur vnguento vulgo Apostolorũ dicto: quod recipit terebinthina, ceræ albæ, resinæ pini ana ℥ xiiii. opopanacis floris æris, vel viridis æris ana ℥ ii. ammoniaci ℥ xii. aristolochiæ lõgæ, thuris masculi ana ʒ. myrrhæ, galbani an. ʒiii. bdellii ʒ vi. litharg. ʒ ix. ol. lib. ii, si fuerit æstas (in hyeme lib. iii.) aceti q. s. ad ammoniacũ, galbanũ, opopanacũ dissoluenda. confice secundũ artẽ.

Vng. Apostolorum.

Vel mundificatiuo vtere ex apio & succo absinthii: vel vnguento subscripto, q pus crassioris substãtiæ attrahit & mundificat. Accipit autẽ id galbani Ammoniaci, resinæ terebinthinæ. picis, seui vaccini, olei antiqui ana partes æquales: dissoluuntur gũmi ex aceto, & liquefiunt ad ignẽ cũ reliquis, & fit vng. post detersionẽ vero & mundificationẽ curetur vt reliqua vlcera sordida.

Vng. mundificatiuũ.

Cæterũ quartã intentionẽ assequimur, pro ratione & natura accidentiũ superuenientiũ, vt si accidat dolor, ille imprimis sedãdus erit admota (iuxta Auicẽ. doctrin.) œsypo humida, vel vino cocto vel cerato cõposito ex chamæmelino, oleo de absinthio, oleo de spica & cera. Si vero durities adjũ erit, dissoluẽda, atque emolliẽda est medulla bubula. vel ceruina, vel quapiã alia simili, vt in sequentib. latius patebit.

4. Quarta intentio.

Gal. autẽ in diuturno œdemate partẽ oleo liniens spõgiã ex lixiuio apponebat, atque stringens, arctius affectum perfecte curabat. Idem & Aetius præcipiebat. Discutit nẽ eodem authore, ac cõpescit hos tumores terra omnis illita, ad solem adhibita: pariter argilla aceto macerata & sole exiccata: nẽ creta collecta circa molas acuentes cultros, cũ aceto chalybeato: nẽ sordes repertæ in alueolo fabrorũ, in quo extinguũt ferrum. Possumus etiam explicare linteola tali decocto ma-

Lib. 2 ad Glauc. Oedemati inueterato. Aetius lib. 15. cap. 6.

cto madefacta modo resolui possint : ℞. foliorum chamomilli. rosar. myrtill. absinth. stœchad. ana m. ß. balaust. nucis cupressi ana m. j. saluiæ, ocismar. squinanthi, calaminthi montani ana p. i. aluminis rochæ, salis nitri, ana ℥ i. ß. misce, *& cum s. q. lixiuii vel aceti coque & vtere.*
222 *Si fotum huius decocti multum etiam facit: pariter suffitus* tenuæ thuris, lapidis pyritidis, *omnia in pulverem redacta & super prunas imposita. Si digeri non potest, ad suppuratoria, vt iam* dictum est, *veniendum.*

Oedema cōpositū quo modo curetur. *Relinquitur aliud genus œdematis tractandum, quod* compositum *vocatur: cuius curandi scopus variatur, prout varia erit eius compositio & nomen latura: nam si constiterit ex pituita & sanguine, tunc erit* œdema phlegmonosum: *si ex pituita & bile erit* œdema erysipelatosum *pariter si ex pituita & melancholico succo, erit* œdema scirrhosum: *sicq; in curando habebimus semper intentionē ad geminū humorem alterandū & euacuandum: & topica quoque respectum habebunt ad humorem magis prapollentem.*

Capita curationis œdematis. *Cæterum nunc capita curationis œdematis hic apponamus.* Oedemati quid symptoma est, *hoc est, accidens, alijs morbis superueniens, vt* aquæ intercutem, tabi, & cachexiæ, *medicamenta, quæ discutiunt & sine molestia desiccant, adhibeto. Ergo tu*

1. *Oed. ma morbi accidens.* *incutem locum* oxymelite, *vel* oxyrrhodino, *aut o-*
2. leo cum sale, *aut etiam* oxyrrhodino *salem habente, perfricato. Hac enim frictione & dolorem (si quis ex distensione excitatur) mitigabis, & tumorem remittes.*
3. *Oedema morbus.* *Oedemati vero ex tenuis pituitæ influxu excitato, si nondum restitit fluxio, medicamenta quæ partim digerant, partim vero cogant restringantq; admoueto. Ergo spongiam no-*
4. *uam vel aliam lixiuio ablutam, tuitio posca dilutiore, in mollioribus præsertim corporibus, madentem alligato, vinculaq; (si artus tumor occupet) ab inferiori parte ad superio-*
5. *rem, vt insfactorum, ducito, & mediocriter constringito. Quod si per hæc tumor non remittatur, subsideatue, po-*
6. *Oedema inueteratū.* sca, *id est,* oxycrato, *aluminis momentum adiicito. At si iam in vetustatem affectus deuenerit, non amplius remedia mistam hanc facultatem (digerentem scilicet & restringentem) habentia, sed* digerentia ac dissecantia *potius adhibeto. Igitur, parte oleo prius inuncta: spongiā qualem supra diximus, lixiuio delibutam, imponito, ac fascias arctius deligato.*

OBSERVATIO III.

De Apostemate ventoso in genu.

CVidam inflationem instar apostematis in genu habenti, post vniuersalia remedia consului vt hoc cataplasma resolutiuum (etiam valēs in materia phlegmatica) apponeretur: ℞. *sem. anisi subtiliter puluerisati, sem. fœniculi, cumini, carui ana quart. ß. farinæ fabarum* ℥ i. *succi ebuli & sambuci, vini arom. ana q. s.* decoquendo fiat emplastrum seu cataplasma. Quo apostema illud vento totum resolutum est.

SCHOLIA.

A*D flatulentos tumores in quib. vapor aliquis flatusve præter naturam concluditur, referuntur* hydrops tympanias *seu* tympanites, tamen flatulentus, *de quibus suo loco diximus, ac curationes in propriis capitibus posuimus. Sed & quicunque tumores aut sub cute, aut sub ossium membranis, aut in musculis ex collecto vapore attolluntur, hi admodum raro vsu veniunt: vixq; vsquam potest solus flatus citra humoris permistionem colligi. Tumor indolens est, misi cum membranæ magna vi diuellit atq; distēdit, œdemate mollior minimeq; renitens, nec prementis digiti vestigium retinens. De tumoribus præter naturam, qui inflationes dicuntur Latinis, vulgo autem* apostemata ventosa, cap. xi. lib. 1. de tumor. præter naturam *egimus.*

Apostemata ventosa.

Inflationum & œdematum differentia. *Hæc autem Tagaultius ex diuersis authoribus collegit, sic scribens*: Nunc tempestiuū est, vt de inflationibus differamus quib. diuersa ab œdematib. curatio est. *Illa namq;, vt* Gal. ait lib. 14. Therap. *ex pituitoso succo ortum habent: proinde prementibus nobis cedunt, digitiq; admodum alte in ipsa descendunt. Inflationes vero ex flatuoso spiritu collecto nascuntur, alias sub cute, alias sub membranis, quæ ossibus circūdantur, aut musculos, viscerumve aliquod includunt. Porro colligitur aliquando non parum etiam in ventriculo & intestinis, itemque in medio spatio horum peritonæi, vt*
225 *Lib. 4.* *in aqua (inquit* Paulus*) subter cutem genere cui nomen est* tympanias. *Differunt quoq; hæ ab œdematis: quod & pressæ digitis non retinent vestigium, & sonitum veluti tympanum reddunt: vtrumq; quod in cauitate sensibili subinde continentur atque hæc nonnunquam maxima.*

Inflationū causa. *Causa huiusmodi inflationum est caloris natiui imbecillitas, in materia pituitosa, ad flatus excitandos disposita. Calor namq; eiusmodi suscitare quidem vaporem ex humida terra potest, sed non discutere. Quemadmodum enim (in-*
Lib. 6. de morb. & symptom. *quit* Galenus*) in externis reb. videmus, vt frigidissima constitutio, maximè spirante Borea aerem serenorem reddit, ac calidissima per æstatem constitutio ambientem nos aerem purum efficit, media vero constitutiones nebulas pariunt: ita in animantibus accidit. Neque enim calor per extremam imbecillitatem, neq; cum vehementes sunt eius vires, sed cum medium inter has affectiones obtinet, flatū gignere potest. Retinetur autem flatus eiusmodi in loco quopiam (vt* dicit Auicennas*) vel propter densitatem, seu spissitudinem membri, vel propter ipsius vaporis seu spiritus crassitiem: quod & in verbis* Paulus *ex* Galeni *sententia testatum est.*
Lib. 4. Membrorum (*inquit*) densitas, tum spiritus simul crassities, efficit, vt idem spiritus nō dissipetur. *At signa inflationum sunt, tumor renitens tactui, cum lucido quodam splendore, sonum vt vter, vel tympanum, dum percutitur reddens. Ad hæc persæpe sentitur flatus per totum corpus modo huc modo illuc discurrens, ac dolorem extensiuum pariens.*

Inflationū nota.

Inflationū prognostica. *Quod autem ad iudicia pertinet*, flatulentus seu vaporosus spiritus, qui non discutitur, multa parit incommoda. Halituosus vero huc atque illuc per corpus discurrens cum dolore & anxietatibus magnopere verendus est, quippe qui à materia aliqua venenosa attolli videatur. *Cū ergo hæc,* materia humida caloris imbecillitas, *&* meatū densitas, *ad inflationum generationē*

De inflationum seu flatulentorum tumorum curatione. (vt in præcedentib. ostensum est) *concurrāt, quod ad curationem attinet, curationis ipsius scopus erit, caloris* substantiā roborare, vaporē seu flatulentā materiam extenuare *& meatus* corporū *(in quib. vaporosus ille spiritus collectus continetur)* densitatē recludere. *Porro posteriora duo, nēpe densi corporis ratefactionē, &* crassi spiritus extenuationē, *iisdē omnino auxiliis assequimur, medicamētis scilicet tenuitate partiū pollētibus, siue extenuantib. & colfacientibus magis aut minus, pro partiū inflatiōe affectarū dēsitate, vel raritate & vaporum quoq; crassitudine, vel tenuitate. Pro horum tamque*

que differentia facultas medicamentorum, qua admouentur, intendi ac remitti debet. Itaque rara partes & vapor seu spiritus non admodum crassus, minus, densa vero & vapor multa crassitie praditus, magis extenuantibus, & calidis egent. Caloris autem substantia si perijt, aut imminuta est, pro ratione iactura eius, resarcienda erit. Si vero alterata fuerit, ad mediocritatem reducenda. Quod si vna dolor excruciet, ad anodyna transeundum erit.

Tres scopi curandarũ inflationũ.

Non absurde igitur inflationum (quas ventosa apostemata vocant) curationem tribus intentionibus perfici dixerunt posteriores atatis nostri chirurgi: prima in debita viuendi ratione, secunda in proba concoctione, & tertia in flatulenti spiritus, qui in particula collectus est, discussione consistit. Itaque vita institutio talis erit. Abstinendum imprimis ab omnibus crassis, viscosis, crudis, pituitosis, flatuosis: cuiusmodi sunt dulcia, legumina, fructus crudi, rapum, castaneæ, & alia id genus, quæ spiritum flatuosum procreant. Vtendum autem calidis & siccis, item attenuantib. & flatum discutientibus, vt est panis hordeaceus, qui aliquid salis & cumini receperit. Laborantis potus sit vinum album, vel subrubellum (quod Claretum vocant) aut vinum Græcum. Vtatur decocto cicerum alterato cum cepis, apio hortensi, quod vulgo petroselinon appellatur, calamintha, ruta & cumino. Carnes sint assa potius, quam elixa, & prasertim ex volatilibus, vt de œdemate dictum est.

1. Prima intentio. Cibus.

Potus.

Vt autem secundam intentionem assequaris, roboranda est tibi virtus concoctrix bonis quibusdam speciebus aromaticis, & confectionibus, atque vt vocant) electuariis ad hoc dicatis, vt sunt diacuminum, diacalaminthe, aromaticum rosatum, & sequens confectio, quam drageã appellant: ℞. anisi, marathri, carui, dauci, cimini, baccarum lauri tritarũ an. ʒ i. glycyrrhizæ, quã liquiritiam vocant, galangæ, zinzib. albi ana ʒß. cariophyllorum, cubebarũ piperis lõgi, sem. rutæ ana ʒ ii. anisi zacch. incrustati ℥ iii. sacch. lib. ß. fiat puluis. Extrinsecus vero inungatur ventriculus oleis de spica, decosto & ruta: vel fiat epithema, quæ ea recipiat, qua & flatus discutiunt & iuuanda coctioni dicata sunt, atque hoc stomacho admoueatur. Sed hac ad medicinam magis quam chirurgiam pertinent.

2. Secunda intentio.

Drageta cõfectionem ad iuuans.

227

Tertia intentio complectur medicamento, cui mixta facultas sit, hoc est, quæ simul concoquat, digerat, & modice astringat, nec dolorẽ augeat. Ad hac autem consequenda instituuntur tres formula auxiliorum, lib. 4. Therap. Prima ad hunc modum posita est à Galeno: In artubus (inquit) & musculis, qui sub cute aut etiam membranis, quæ ossa vestiunt, inflatione orta, si citra dolorem sit, liquor aliquis tenuissimarum partium, cuiusmodi est lixiuium noua spongia exceptum, satis fecerit. Sin dolor quoq; vrget, vngenda pars est oleo, quod relaxandi, remittendiq; vim habeat. Incidunt porro ex percussionib. eiusmodi affectus, vbi vel musculus, vel mẽbrana qua os circuit, est contusa. At supra membranã quidem qua os ambit, antedicta imponenda est spongia. Secunda formula ibidem ita descripta est. Ad musculos vero (namque hi aliquando dolent) medicamentũ quod magis mitiget est adhibendum. Quo fit vt ad hoc solo lixiuio non vtantur sed immissa eis tum sapa, tum pauculo oleo. Satius autem fuerit in principio, non addidisse lixiuium, sed sapa cum vino & exiguo aceto vti, ac quod mediocre sit, olei addiscere. Vbi mixta sunt, modice excalfacere, ac lanam non lotam, quam succidam vocant, ipsis imbutam imponere. Quod si eiusmodi lana facultas non sit, ipsius œsypus, miscella supradicta est inijciendus. Vbi vero œsypus praesto non est aliquid cerati, quod ex œsopo componitur, recte admiscueris. Debent enim contusi musculi leniri medicamento cui mixta facultas sit, quippe qua simul concoquat, digerat ac modice adstringat: nam si nihil habet adstrictionis, auget aliquando phlegmonas, ac maxime in iis corporibus, qua sunt plethorica. Ergo trium iam comprehensarum indicationum (concoquẽdi scilicet, digerendi & modice adstringẽdi) in inflatis ex plaga musculis memor, vbi dolor maior vrget, mitigatiua magis ratione vteris, (nam dolor plerumque magnam copiam humorum ad partem affectam trahit: ideoq; ille ante omnia leniendus est, alioqui frustra digerentia & concoquentia remedia adhibebimus) plus olei & vini adijciendo, vbi abest, maiore vi inflabis. Maiorem vim intelligo, cum breui via properatur ad finem. Porro breuis via fit, per ea qua valentes habent vires. Ha autem maxime in lixiuio & aceto habentur, post hac in vino. Quoties igitur de mitigando non laboras, horum (lixiuij, inquam, & aceti) plus in mixturam conijcies. Rursus vbi repellere studes, vini plus quam horum immittes. Porro id optimum in hunc vsum fuerit, si nigrum austerumq; sit. At si digerere malis, lixiuij plus indes. Acetum vero si his miscebis, ad ambo vtilis erit mixtura, propterea quod acetum mixtas habet facultates. Vbi vero musculus sine dolore est, licet sane in lixiuij penuria pro ea aphronitrum immittere. Esto autẽ id minime lapidosum, sed magis spumosum. Tertia formula est emplasticum, quod fit ex strigmentis gymnasiorum, id est, sordib. quæ à corporib. luctantiũ detergebantur, & calce viua ex aqua & vino simul coctis. Galeni verba hac sunt lib. 14. Therap. Quæ vero huius generis inflationes inueterarũt, primo quidem loco his, ea quæ ex lixiuio componuntur (vt prædictum est) adhibeas. Secundo loco emplasticon aliquod. Dicam autem & horum exemplum. Strigmenta gymnasiorum feruefacta, percola primum, sic vt pura sint: deinde rursum in cacabum immissis, calcem viuam in farinæ speciem tusam insperge, ad luti vsque crassitudinem. Salutare his est & medicamen quod ex sycomoro componitur, aliaq; id genus. Caterum si huiusmodi flatuosus spiritus, qui inflationem commisit, fumosus, malus, corruptus, à materiaq; venenosa excitatus, cũ dolore intolerabili & vehemẽti calore per membra discurrens, nullum tutius ac melius consilium dari potest, quam quod vbi in parte quapiam substiterit, pars ipsa protinus infra supraq; deligetur, ac in medio nouacula vel ferro cãdente tumor aperiatur, ita vt facile vapor ille venenosus egredi possit. Deinde hians plaga implenda erit aloe & bolo armenia, ex rosaceo & aceto dissolutis. Transactis vero diebus tribus aut quatuor, vulnus carne opplendum erit, & ad cicatricem perducẽdum. Porro in venenosis eiusmodi inflationibus, victus ratio tenuior esse debet, egetq; corpus medicamento purgatorio. Quod si theriace summenda daretur laboranti, recte illi consultum esset. Caterum capita curationis tumoris flatulenti hac sunt. Imbecillam caloris effectæ partis substantiam roborato, deperditam instaurato, alteratã ad mediocritatem reducito. Vaporosum seu flatulentum spiritũ cras-

3. Tertia intentio.

1. Ad inflationẽ ex cõtusione in artubus, musculis, & membranis quæ ossa contegunt.

Sapa.

Ad musculos cum inflatione dolentes ex contusione

Lana succida.

Oesypus.

Ceratum ex œsypo.

228

Aceti, vini & lixiuij collatio.

3. Pro lixiuio aphronitrum.

Si inueterata fuerit inflatio.

Si flatuosus spiritus venenatus fuerit.

Victus ratio.

Theriaca.

229

Capita curationis tumoris flatulenti.

crassiorem, vnde tumor eiusmodi suscitatus est, extenuato. Densatos cutis ac totius laborantis particulæ meatus, medicamentis tenuitate partium pollentibus, recludito: deinde flatuosum spiritũ discutito. Pro locorum autem affectorũ differentia, & vaporis ipsius flatuosi crassitudine, vel tenuitate, medicamentorum quæ admouentur, tũ materiam tũ facultatem intẽdito ac remittito. Porro si cũ dolore & inflãmatione tumor eiusmodi flatulentus inciderit (vt cõtingit in musculis ob cõtusionem flatu repletis) mitigatoria initio admoueto: procedente vero tempore, quæ discutiendi vi polleant, eorũ copiã paulatim augendo, adhibeto. In flatiões quæ ob negligentiã antiquatæ fuerint, primo quidem lixiuio foueto, deinde emplastrum quppiam ex his quæ molliunt & discutiunt, admoueto. *At tympanites cũ sit ex tumorib. flatuosis, vt diximus antea, quib. modis curetur ostendimus* Obseruat. 42. & Schol. eiusdem lib. 19. Obser. & Curat. medicinalium nostrarum: & Obser. 44. de tympanite seu mola ventosa vteri. *Præterea cũ & hernia ventosa seu pneumatocele etiam ad tumores ventosos pertineat*, vt paulo ante ostendimus, *quomodo etiam fiat, cognoscatur & curetur, exẽplo curationis ostendimus* Obser. 16. & Scholio eiusdem lib. 26. Obser. & curationum medicinalium nostrarum, *vt non opus sit eadem hic repetere, quæ ipse legere poteris, nam & adhũc locũ explicandum egregie faciunt, & conferunt. Nunc ad apostemata aquosa noster conuertatur sermo.*

230

OBSERVATIO IV.

De apostemate aquoso pedem circa iuncturas occupante.

ISTis dieb. cum quidam quasi tumorem aquosum in pede circa iuncturas haberet, *stercus bubulum* cum *cimino puluerisato*, prius spongia cum lixiuio perfusa, apposui, præcedentibus vniuersalibus remediis, & egregie contulit. Tumores enim aquosi sæpius in pedibus *testiculis, capite, & iuncturis* accidunt, quã in aliis corporis partibus: tum quod humor eiusmodi in eas partes promptius irruat, tum quod caliditas in ipsis sit modica: quippe quæ à calidissimis absunt partib. Deniq; quemadmodum flatuosus tumor raro innascitur absq; humore aquoso, *vt diximus*, ita vix vnquam aquosus tumor, siue serosus, in particula aliqua concluditur absque flatu. Huic igitur victum attenuantem, calefacientem & exiccantem præscripsi, qualem antea in vero œdemate institueramus: & vt parum dormiret æger, imperaui, somnus enim longior plus æquo humectat: & vt aerem præcipue siccum eligeret iussi: curamque incepi ab aquosi humoris per aluum & per vrinarios meatus euacuatione, prius materia aquosa præparata per syr. *absinthii, eupatorii, byzantini*, & similes, mox catapotiis ex *agar. rhab. & hiera* commode exhibuimus. postremo ad topica illa resoluentia & exiccantia, serosasque humiditates consumentia, commode deuenimus.

SCHOLIA.

HVc pertinent *aquosi tumores, quib. vel* aqua citrina, *vel* sanguinis serum *comprehenditur: quod genus hydrops ascites*, hydrocephalõ. hydrocele, *& quodcunq; horum similitudine sub cutẽ prominet. At de omnibus specieb. hydropis diximus abunde, maxime de anasarca seu leucophlegmatia, etiã de ascite (quæ etiã ad tumores aquosos pertinent) diximus* lib. 19. Obser. & Curationum medicinalium nostrarum. *etiam de hydrocele, id est, hernia aquosa*, Obser. 18. lib. 27. *at de hydrocephalo mox dicemus. Cæterum Tagautius* lib. 1. Instit. Chirurg. de tumorib. præter naturam cap. 12. *de tumore è serosa substantia creato, quod* aquosum apostema *nominãt, sic inquit*: Pituitam, si per vniuersum corpus increuerit, ea species aquæ intercutis, quam Leucophlegmatiam vocant, comitatur, vt Galenus annotauit lib. 6. de sympto. causis. Cum vero in vna duntaxat parte pituitosa hæc substãtia redundat, œdema consistit: ita enim appellant tumorem laxum ac doloris expertem. Serosa autem excremẽta si abundant, aquam intercutem (quam ascitem nominant) generare solent. Quæ si in vnam aliquam partem incubuerint, in ea phlyctænas, id est, pustulas excitant. Porro serosum eiusmodi recrementum, recentiores aquosum phlegma nominare consueuerunt. Quemadmodum etiam & pituitam illam, quæ reperitur in pedibus & crurib. eorum, quos aqua inter cutem vexat, & in tabidis, & aliis qui malo habitu (Græci cachexiã vocant) laborãt. Ad hæc, tumores ex eiusmodi aquoso phlegmate, aut seroso iam dicto recremento procreatos, illegitima ac nõ vera œdemata vocitãt. *Leonius vero cap. 24. de apostemate aquoso aliquam particulã obsidente, apostemata aquosa potissimũ vocat tumores illos in testiculis*, *vt est* hydrocele, *in capite*, vt est hydrocephalon, *cum & in his partib. ita quoq; & in pedib. & iũcturis magis fiunt. Cæterum in periculosis illis dispositionibus seu affectibus, tabe, inquam, hydrope, & cachexia, œdema* (vt superius ex Galeni sententia dictum est) *symptomatis rationem obtinet, non morbi, nulla quidem propria præcipuaque curatione indigens. Sola enim frictio* ex oxyrrhodino, *aut nonnunquam ex* sale *&* oleo. *vel etiam ex* sale *&* oxyrrhodino, *sistit ipsum, aliaque huiusmodi multa. Horum autem tumorum causa sunt, alteratrix facultas non humiditate solum vitiata, & copia superfluitatum, sed præcipue algore, & frigida intemperie vitiata, & alimentorum prauitas, ad aquositatem declinans*, vt ex lib. 6. de symptomatum causis facile est colligere. *Signa & indicia fere eadem sunt, quæ & veri œdematis. Hoc tamen differunt, quod in istis aquosis tumoribus laxius magis tumor est, quam in œdemate legitimo: atque ideo non tantum renititur tactu, sonatque non vt flatus, sed vt aqua potius. Ad hæc aliquo modo splendere videtur, cum ad lucem quis ipsum intuetur. Quod vero ad eiuscemodi tumoris indicia attinet, aquosus haud dubie tumor à maiore nascitur frigiditate quam flatuosus*, vt Galenus autor est, Commentario vndecimo lib. 4 aphor. super hunc aphor. Quibus tormina, & circa vmbilicum labores &c. *Videtur autem* (inquit) *à maiori frigiditate generari aquosus hydrops, quem asciten vocant: à minore vero tympanias, qua ab Hippocrat. aqua intercutem sicca nominatur. Neq; enim humida substantia in flatuosum aerem sine calore aliquo potest transmutari. Tumores præterea aquosi sæpius in pedibus, testiculis, scroto, capite, & iuncturis* acci- 231

Leucophlegmatia.

Ascites ex seroso recremento.

Phlyctæna.

Methodus curandi tumorem.

Causa tumorum aquosorum.

Aquosorum tumorum nota.

Indicia.

Ascites à maiore frigiditate generatur, quam tympanites.

Accidunt quam in aliis quibusuis corporis partibus: tum quod humor (vt diximus) *eiusmodi in eas partes promptius irruat, tum quod caliditas in ipsis modica sit: quippe quæ procul à calidissimis absunt partibus*, vt secundo Prog ait Galenus. *Quemadmodum etiam flatuosus spiritus raro inuenitur absq; humore aquoso, ita vix vnquam aquosus siue serosus humor in particula aliqua concluditur absq; flatu. Hactenus de* generatione, causis signis & iudiciis aquosi tumoris, *nunc de* curatione.

Quas partes maxime probent das aquosi tumores.

Aquosi tumoris curatio.

Cum aquosi tumores, & serosi (vti diximus) *recremento fluxione excitentur, non alia certe curandi via & ratione saltem vniuersali, in illis profligandis vtendum est, quam ea, quæ in aliis supra memoratis tumoribus, qui ex humorum in partem aliquam influxu procreantur, persanandis, à nobis supra explicata est. Duplex igitur curandi indicatio per initia in eiusmodi tumoribus erit. nempe vacuandi quod influxit, & fluxionem inhibendi. Quocirca & composita fuerit de talibus affectibus* (veluti & de reliquis morbis omnibus, quicunque in generatione adhuc sunt) *medentis sollicitudo, ex ea scilicet qua curat, & ea qua prouidet. Itaque* prima indicatio ei par*ti Artis medica subiicitur, qua morbos curat*: secunda *vero ei parti subiacet, qua futurum morbum præcauet.*

Curandi aquosi tumoris duplex indicatio.

233 *Porro vt geminum hunc scopum vniuersalem assequamur, alii quinque particularibus intentionibus est opus, qua noster Guido à Cauliaco in curatione tumoris aquosi hoc ordine & modo qui sequitur, expressit.* Prima, *in proba vitæ institutione atque obseruatione consistit.* Secunda *in concoctionis emendatione, seu* (*vt ait*) *rectificatione.* Tertia, *in aquosi humoris per aluum expurgatione.* Quarta, *in eiusdem serosi recrementi per vrinarios meatus eductione.* Quinta *& vltima, in coniuncta* (vt loquuntur) *seu contenta in particula humiditatis aquosa, euaporatione, atq; exiccatione. Cæterum cum prima quatuor intentiones magis ad medicum spectent, quam ad chirurgum, quem hoc opere instituendum suscepimus, atq; etiam ex iis qua in præcedentibus dicta sunt, satis innotescant, consilium fuit, tantum de postrema qua topica desiderat auxilia, hoc loco agere.* Quinta *igitur intentio perficitur cum exiccantibus & resoluentibus huiusmodi aquosas ac serosas humiditates quæ in particula laborante continentur. Harum autem tres communiter formula statuuntur. Prima est Galeni* lib. 2. ad Glauc. & 14. method. medendi *nempe quæ constet oxyrrhodino & sale*, vt superius dictum est. *Secunda est eiusdem: spongia scilicet noua, lixiuio perfusa, & reliqua alia auxilia, qua supra ad œdemata scripta sunt. Quib. vt potentius exiccēt & discutiant, addenda sunt* aphronitrum, alumen, sulphur. *Tertia formula est cuiusdam emplastri ab Auicenna descripta in curatione scrophularum, quod Galeno attribuit* in libro de compositione medicamentorum κατὰ γένη. *Hoc autem* (*vt ille prædicat*) *intra hebdomadam vnam ad summum, plerumque vero intra triduum, omnem duritiem resoluit. Porro tametsi emplastrum hoc apud Galenum* libro nuper citato *non reperiatur, eo tamen commode vti possumus ad aquosam & flatuosam duritiem dissoluendam. Eius autem descriptio talis erit Auicenna*: ℞. sem. sinapis, sem. vrticæ, sulphuris spumæ maris, aristolochiæ (rotundæ) & bdelii ana ℥ I. ammoniaci, olei antiqui, ceræ ana. ℥ II. *Quod si hoc emplastro non discutitur, non aliud auxilium melius ac præsentius excogitari potest, quam vt*

Quinque particulares intentiones curandi aquosi tumoris.

Emplastrū Auicenna discutiens aquosos tumores.

ferro aperiatur, deinde detergeatur, & aliorum sordidorum vlcerum more curetur. Ex istis constant capita curationis aquosi tumoris. Victum attenuantem, calfactorium, & desiccatorium laboranti instituito. Vt corpus moderate exerceat, parce edat & bibat, nō multum dormiat, ventremque, & vesicam sæpius ad excretionem exuscitet, imperatu. Vt probe alimenta concoquat, & flatus minime gignat, curato. Serosas humiditates, quibus laborantis corpus scatet vniuersum, per aluum & vrinarios meatus expurgato. Serosum illud recrementū, quod in affecta parte continetur, desiccato, & per halitum digerito. Quod si discuti non possit, scalpellum vel potius ab igne candens ferramentum in tumorem, si artus occupet, adigito, atq; eum parte procliuiore (quo facilius inde humor emanet) reserato. Humore qui tumorem committebat, per emissarium vacuato, reliqua quæ ad sordidorū & aliorum consimilis naturæ vlcerum, curationē pertinent, *sine mora* perficito. 234

Capita curationis aquosi tumoris.

OBSERVATIO V.

De hydrocephalo.

CVm in superiore parte capitis paulo supra frontem Fredericus infantulus, nuper natus, filius Petri Frederici, chirurgi Delphensis *hydrocephalon* haberet, quem ego è sacro lauacro seu fonte susceperam (*solet autem & hic aquosus tumor in capite puerorum vt plurimum à primo ortu colligi*) pater, qui egregius chirurgus & mihi amicissimus erat, ex communi vtriusque nostrum consilio, (*cum robustior alioquis videretur infans*) facta incisione, effluere fecit aquosam illam materiam, ac vulnere postea vlceris instar absterso leniter puerulum breui sanitati restituit. Eodem etiam modo istis dieb. in infante illius mulieris quæ in insigni Diui Oberti habitabat Delphis, curationem hydrocephali administrauimus sola incisione: nostru enim consilio per eundem Petrum Fredericum, compatrem meum in tumente cute, ad modum crucis factam punctura, aqua omnis paulatim effluxit, & infans similiter curatus est, solis abstersoriis, vt in prædicto infantulo, ad puncturæ mundationem vsurpatis. Sed postea per me eundē & chirurgum experientia ipsa manifeste patuit, quod facilius & tutius eiusmodi hydrocephalo laborantes infantuli cum exsiccantibus & resoluentibus medicamentis exterius admotis & circumpositis curentur, etiam sine incisione, quam incisionem nunc quidam pro extremo remedio habent, & non immerito, *vt in sequentibus & Scholiis & Obseruatione sequenti manifestum euadet.*

SCHOLIA.

AD *apostemata aquosa* (vt dictum est) *refertur hydrocephalon, hoc est*, Aqua extra cranium, *Auicennæ*. Apostema *vero intercutaneum Haliabbati vocatum. Congregatur autem interdum* (inquit Manardus Epistol. Medicinalium libro 7. epistola 2. *in capitibus præsertim puerorum, aqua in medio aut cutis aut pericranii, aut huius & ossis, quam* ὑδροκέφαλον *Græci vocant. Sic Galenus* aquam in capite extra cranium interdū esse *admittit*, tunc quoq; tumorē apparere mol-

Hydrocephalon, Aqua extra cran. ā. Auicennæ. Apostema intercutaneum Haliabbatis.

mollem aot quandoque sub cranio consistere, neque tũ foris cõparere: aut quandoq; vtrobiq; inesse. *Qui vero intra cranium constiterit, hunc quidam exponunt*, interdum sub cranio consistere, *videlicet supra meningam*, duram *à barbaris* matrem *vocatam, vt & Leonus* de tumoribus præter naturam cap. 25. *ex mente Galeni asseruit, dicens*, quod tunc est tumor aquosus qui in capite puerorum, vt plurimum à primo ortu colligitur: *vel est humoris aquosi, aut fæculenti sanguinis in parte aliqua corporum eorum quæ caput cõtinnant collectio Hydrocephalon igitur quatuor species habere videtur: vnam*, cum intra cerebrum & inuolucrom eius humor subsidet: *altera* cum intra membranas & ossa. *tertiã* cũ intra os & pericraniũ: *vltimã*, vbi os & cutẽ interiacet. *Eiuscemodi morbum nequaquam fieri, neque inchoari nisi in recens natis puerulis G. Placentinus asserint, nẽpe quod ex causis morbi istius optime pensiculatis rem ita se habere, certius constet. Id not tamen vidimus in puero septem annorum, qui etiam curatus est absq; incisione*, vt sequenti Obseruatione ostẽdemus. *Verum in puerulo nostro, de quo in præcedenti Ob*

Gal in Finitionibus.

236 *seruatione loquebamur, etiam antequam nasceretur, vel in ipso partu malum originem traxerat, nam statim à partu pater animaduertit caput* hydrocephalo *affectũ: ita quoque non solum in hoc puerulo, sed istis diebus etiã in infante illius mulieris quæ in intersignio Diui Oberti habitabat Delphis conspeximus, & nostro consilio per eundem chirurgum facta punctura aqua effluxit, & infans curatus est. & noster Fredericus facta incisione instar crucis per patrem sanatus est: quamquam & postea per me & eundẽ chirurgum experientia compertum sit, quod facilius & tutius* (vt etiã superiori Obseruatiõe meminimus) *tũ exsiccantib & resoluentib. medicamentis curentur, nulla facta incisione: q̃ remedium extremum esse debet. Ex istis iam supradictis manifestissime liquet*, istiusmodi cõgregationis aquæ causam in capite infantiũ, plusquã in aliis membris, interdũ intra, interdũ vero extra caluariam, porissimum reperiri. *Cuius quidem rei idem Placentinus in* lib. 1. suæ Chirurgiæ cap. 1. *duas inducit causas*. Primã *scilicet, respectu aliorum membrorum, immensam capitis capacitatem*: alterã *vero infantis in vtero materno posituram, quæ capite inclinato propendeat: quare facilius ad eũ aquea humiditas defluat, ex mẽsibus retenta suspensis, quã nec mater ipsa, neq; puer euincere, seu corrigere potuerint, sed tantummodo istiusmodi materiam retrudere, capitiq; infantis demandare. Ad quam quidem operationem proculdubio & causa superius ex eodem autore citata, nonnihil adiuuant, eandemq; efficaciter promouent. Cõstat enim iuxta eundem autorem*, infantẽ vtero & renib. maternis cõmonicari, atq; ex venis vteri tũ hepate matris, sanguinem, ministerio vmbilici, nutrimenti grana, ad iecur suũ attrahere: ob faciliorẽ itaq; illud fieri attrahendi dispositionẽ, occasionemq;: ventrẽ præterea infãtis, eiusq; partem anteriorem, circa renes mulieris collocari, qui manus super genua teneat occlusas, vt capite propenso super manus in cõcauo oculorũ manus occultentur nati b. inter duas manus consisteotib. *Quib. causis fit, vt facile materia confluentis spõtanta prõpitudo in caput infantis deriuetur. Sunt autem qui istiusmodi duas causas, etsi Guilhelmi sententia approbatas, reiiciant aut non admittant, eiusq; sententia plane*

Causa.

Causæ duæ, iuxta Placentinum.

Infantium in vtero materno positura.

Causa alia

237 *refragentur, tanquã improbabili, quũ venter ipsius infantis multo sit capacior, decliuiorq; ipso cap: i. ad quem potissimum eiusmodi materia rapi deberet. Ob quã rem. alias tres eiusmodi aquæ in capite coaceruatæ adducunt causas.* Primã *videlicet* ipsius mẽbri, scilicet cerebri, naturam, tanquã humidi & aquei, inter reliqua nostri corporis membra, præcipue vero in exortus initio. *Alterã vero* tegumenti sui imbecillitatẽ, hoc est, ossis siue cranii, vnde humiditates non tã facile exhalare possint, neq; in vaporẽ mutari, sed potius retineri. *Tertiã* vaporũ *adsignãt* prouentũ ad ipsum cerebrũ, qui tũ ibidem ex frigiditate coaceruati in aquã cõuertantur, *vt ex Aristot. verbis lib. 2. de partib. Animaliũ, cap. 7. liquido deprehenditur, recitãtis*, fluxiones etiã ob eã rẽ ex capite oriri, in iis corporibus, quib. cerebrũ sit frigidius, quã temperamentum postulet. Quũ enim alimentũ per venas sursum respiret, vbi excrementũ ob eius loci vim refrigeratũ sit fluxiones pituitæ, sanieiq; mouet: q̃ simile generationi imbriũ euenire, intelligendũ sit, si magnũ conferre cũ paruo liceat. Cũ enim ex terra vapor exhalet, efferaturq; in sublime à calore, vbi supremũ aerẽ subierit frigidũ, consistat denuo in aquã, propter refrigerationem, atq; in terram defluat. *Talis est Arist. sententia At Auicenna cap. 11* Canonis 3. Fen. 1. tract. 3. *aqua congregata extra cranium hanc recenset causam*, obstetricis scilicet male & inconcinne caput infantis tractantis, cõponentis, effigiãtis, siue fingentis, cõprimentive, ita vt ob suturarũ reclusionem, venarum oscula reserẽtur, ad q̃ deinde aqueus ille latex sub cuticula decurrat. *Cuius autoritate nõnulli permoti, alias tres aquæ extra caluariã corriuatæ recensent causas, videlicet* facultatis expultricis cerebri potentiam, retentricis vero impotentiam, *atq;* aquei nutrimenti copiosam administrationem, quæ facile capiti inter cutem caluariamq; surrogetur. *Causa itaq; efficiens erit* (vt etiã Leonus annotauit) *vel* fluxio ipsorum humorum, *ortum ducens ab vniuerso corpore, & ab vtero* (præsertim in ipsis nuper natis puerulis) *ipso male affecto: à quo materia transmittitur ad ipsum fœtum. Vel erit venarum* apertio *ipsius capitis, à qua effluit sanguis, & cum eo aquosa substantia, quæ depulsa, & in vnum locum congregata, talem causat tumorem. Vel erit* contusio cum disruptione *aliquorum vasorum in capite: quæ affectio frequentissime fit in infantibus, cum obstetrix functionis inexperta, & duriore manu rem tractans corpora aliqua in capite infantis attriuerit. Causa materialis solet etiam esse* aquositas menstrualis inconcocta, *expulsa ab vtero ad fœtum: itemq;* materia serosa pituitosaque, *contenta in sanguine. Notandum tamen est, quod quamuis hæc materia vocetur aquosa, tamen lentorem in se quendam habet. Signa habemus quod* statim erupto puero ex vtero videmus aliquam partem capitis prominentem & tumorem concolorem. *Sed si rubor aderit, & dolor dicemus esse hydrocephalon à contusione Quod si autem materia fuerit inter corium & pericranium collecta, facile tumor cedet & recedet: si fuerit inter cranium & membranam, non ita facile cedet, & erit aliquantulum doloris: sin autem fuerit inter os & membranam cerebri, nihil cedet, nisi valide comprimamus, &*

Causa hydrocephali, secundum Auicennam.

Causa efficiens.

Causa materialis.

Signa.

tunc

eiusmodi componi medicamentis traditur: vt sunt gruū
vel vulturis fel castoreum, ruta siluestris, macis, cro
cus, omnium simul æqualibus partibus sumptis & cum
saccharo subtilissime trito, deinde cum psyllii viridis suc
co incorporatis, impactisq; in formam granorum lentis
quibus induratis, sive sub umbra exiccatis, omni die vnū
in aqua rosatum, maceratum naribus infantium per
dies tres instillaretur. Eiusmodi enim sternutamentum à
Emplastra. medicis ipsis puerorum naribus toties intrusum, pro expe-
rimento quodam laudabili habetur. Ad hoc emplastra e-
tiam his conferenda ex semine nasturtii in aqua agitato
conficiunt, in qua demum linteolum madefaciunt, atque
Resolutio cum quib fiat medicamentis. capiti adponunt. Resolutio cum diaphoreticis fit medice
nis, quæ in forma linimenti, vel emplastri, vel embro-
charum administrantur. Sic quidam accipiunt origa-
242 ni, calamenthi, sabinæ, sticados, serpylli, gallarum
cupressi ana ʒii. cinamomi, nucis odoratæ, corticū
citri macis, ana ʒi. ceræ ℥iii. oleorum de lilio, de
Emplastrū. costo ana ℥. ß. succi maioranæ ʒ xii. & tali modo con
cinnāt emplastrum. Atque quandoquidem concervationi
(nisi supra modum & plus iusto copiosa foret) e-
iusce modi diaphoretica, more emplastri adhibita, solum-
modo mederi posse autores concedunt: nisi quod nonnullè
Discussoria fortiora quædam supradictis designant, vt sunt: aristo-
lochia, lupinorum farina, & id genus alia. Alii cura-
tionem tentant per ea quæ habent quoque vim discussori-
Repellentia. am, vt oleum anethinum cum sulphure: Seu cum re
pellentibus, vt oleo rosaceo, myrtino, & præcipue in
hydrocephalo facto per anastomosin, hoc est, per apertionē
venarum: ideo accipiemus folia cupressi & absinthii,
contusa cum oleo rosaceo: vel emplastrum alabastri
num. Puto & ego vng. alabastrinum conferre. Cum au
tem vsi fuerimus diu his repellentibus, & remanserit ali-
quid, vtemur discussoriis. Cerebri autem confortatio
Odoramentum. ne materia repullulet, cum odoramentis exiccatoriis & ce
rebrum excalfacientibus fieri solet, musci nempe, vel ru
tæ: itidem cum electuariis & confectionibus, vt sunt dia-
corus, plirisarcoticō Nicolai, theriaca, mithridati
um. Sunt qui odoramentum in hunc conficiant modum:
accipientes castorei, rutæ siccæ partes æquales, &
cum glutino tragacantha, pomum odoriferum conficiunt.
Sed tamen omnia odorifera per se & simplici modo admi
Chirurgia nistrata, compositorum odoramentorum gerere vices satis
abunde valent. Quod si res ex voto minime succedat, vlti-
mo deveniemus ad sectionem, vt in Federico puerulo factū
est obser. præcedenti, vel ad punctionem (vt in infantu-
lo in intersignio Divi Oberti) in loco proclimori, imponen-
do vinum austerum, & oleum rosatum, vel puluerē
ex aloe vel oleum abietinum. Paulus libro 6. cap. 3.
huius affectus curā tractans, inquit quod hydrocepha-
lo inter cerebri membranam & os, ceu desperatæ
salutis, non est manus adhibenda. Aetius autem lib.
6. cap. 1. de hydrocephalis, ex Leonida, scribit quod
cum redundauerit humor, & suturæ fuerint dispa-
ratæ, fastigiatum locum dilatare oportet, & con-
sequenter facere velut in capitis suturis disparata-
tis. At si intra cutem & membranulam, quæ sub cu
te caluariam cingit, humor sit collectus, tumore
quidem exiguo substante, vna linea per medium
transuersa caput incidendum. Si membranulæ cal
243 uariā inuoluenti, & ossi colluuies interueniat, ma
gisque caput inturgescat, duabus vtemur lineis p
mediū se mutuo secantibus: si magis adhuc sit tur
gidum, etiam tribus lineis, ad similitudinem H li-
teræ. Vbi manu humorem exemeris, insertis lina-
mentis commode partem deligabimus, & vsque
ad tertium diem œnelæo perfundemus: inde so-
lutam medicamento in linteolum illito persana-
bimus, quod si longiore spatio os carnem non re-
cipiat, leniter ipsum rademus. Chirurgia, secundum
antiquiores, autoritate Placentini, istiusmodi absoluitur
mediis. Nam quidam ex capite aquam secernere studen-
tes, incisionem, inquit, instar lineæ in parte anteriori capi-
tis, hoc est, fronte moliuntur, vbi ossa in quibusdam pueris
non facile, nisi prolixiori temporis interuallo, coalescant.
Alii vero eiuscemodi incisiones sub forma triangulari ad-
moliuntur. Alii in formam mediæ crucis incidunt. Alii Incisionum modi varii & diversi.
incisionibus istiusmodi inhiantes, in parte aliqua decli-
uiori id imitantur, vel in parte capitis posteriori: vt quo-
cunq; modo permittant aquā ipsam faciliori modo effluē-
re. Omnes præterea in hoc conuenire videntur, ne incisio
ne peracta, aqua omnis vniuersum simul sed sensim certis-
que mora interposita interuallis, egrediatur. Quam quidē
curandi rationem ipse non approbare posit, nec velit, dum
modo neminem sua ætate, eiusmodi curandi rationem at-
tentatum, euasisse incolumem viderit: namque, ait,
cum constet infantes solum & recens natos, ple-
rumque huiusmodi laborare malo, eo etiam mi-
nus fieri vt hac incidendi forma, pueri adhuc im-
becilles & molles, feliciter curentur. At tamen hos
duos puerulos, de quibus diximus paulo ante, vnum ex in-
cisione, alterum ex punctura, curatos vidimus: & hoc tem
pore sanissimi ac validi viuunt. Præstat tamen vt sine in-
cisione curemus: & ideo idem chirurgus postea in plures in-
fantulos hoc vitio affectos incidens, maluit discussoriis & Historia.
resoluentibus remediis & repellentibus curare. Verum Pla
centinus se puerum vidisse asserit, nullius medici auxi-
lio, sed ipsius naturæ opera, per temporis diuturni
tatem curatum, qui multos adhuc annos super-
stites fuerit. Ex quo quidem natura ipsius instinctu, in pue Experimentum à ratione naturali inuentū.
ro isto tantum naturali auxilio curato, ipse tandem edo
ctus sit, in eiusmodi affectus medela, paulatim exiccato-
riis medicamētis, etiam diuturnitate adhibita, agendum 244
esse. Quod quidem ipse demum expertus sit in alio quodam
amici sui puerulo eodem malo grauiter affecto: cuius pri-
mum inungere caput vniuersum exordiebatur cum oleo
chamomelino, & sulphure, in hunc modum commi-
stis & præparatis. Acceperat enim olei chamomillini ℥
iiii. sulphuris ℥ i. quibus commistis bis in die pueri caput
calide oblinebat. Quo facto lanam calidam & siccam ca-
piti superponebat, vel pannum de lana calida & sicca. Et
ab istiusmodi instituto per integri mensis spatium non de-
sistens, donec natura non parum confortaretur, euincendo
morbum, humiditatem ipsam euidentissime exiccabat.
Innotuerat vero ipsi, humiditatem illam inter caluariam
& cutem exteriorem consistere, quare fortioribus inniteba-
batur medicamentis. Ad hæc præscitum est, membra e-
iusmodi robustiora confirmatioraque esse. Ob quā
rem adurentium quippiam medicamentorum (quæ ca- Caustica medicamēta, fortiora & potentialia.
steria dicantur) nequaquam violentorum, sed (vt ipsi vo-
cāt) potentialium, adfectæ parti, hoc est, anteriori capitis,
& fronti admouebat: cui quoque id imprimebat vsque ad
aquæ coaceruationem: quo facto, ocyssime hæc promana-
bat. Addidit post hæc duo adhuc alia caustica auxilia in
hh parte

*parte posteriori, ex quib. eodem modo distillabat aqua semper adiungens olei superioris vsum, donec ex radice, vt ita dicam, ita desiccaretur aqua. Quibus mediis, sub dimidij spatio anni, puella ista ad vnguem sanitati restituta fuit. Cauebat autem ne istiusmodi causticis medicamentis, aqua vniuersim sed tantum destillando efflueret. Circa autem intra cranium atque membranas cerebrum amplectẽtes contingentem aquæ collectionem, maiorem iunuit cautionem esse habendam, ob virtutis scilicet imbecillitatem, & caustici medicamenti impreßionem, & aquæ prope cerebrum propinquiorem ruinam. Quam obrem sternu*tamentorum, gargarismatum, caput purgiorum *superius enarratorum vsum in nutricibus potius, quam in ipsis infantibus admoliendum esse.*

245

Observatio VII.

De phlegmatica excrescentia valde magna instar nattæ vel talpæ, aut struma, vel potius hydrocephali, in collo posteriori circa nucham apparente in infante puella duorum mensium.

CVm in pago Macslandia prope Mosam anno *1563.* rusticum quendam dolore capitis ex cõtusione cum vulnere præ manibus haberemus, quem etiam curauimus (cuius historiam habes *libro 9. Obseruationum & curationũ nostrarum medicinalium Obs. 17.*) eo quoque tempore ad nos adfertur infans puella circiter duorum mensium, quæ strumam in collo, vel potius nattam, vel talpã in parte posteriori circa nucham fere, propendentem habebat, ad magnitudinem oui anserini. Strumã hanc ab initio natiuitatis suæ ceu glandulam habuerat, vt ad hydrocephalon fere pertineret, quã quam hydrocephalon non ita in rotunditatem excrescat. Videbatur autem transparens quasi glãdula seu tumor aqua plenus: vulgares autem ad *nodum* seu *glandulam* referebant, suo idiomate *een vven* appellantes. Cæterum hæc excrescentia phlegmatica quotidie increscebat in maiorem molẽ. vnde parentes consultabant vt incisio fieret: sed quia infantula erat debilis, id mihi minime consultum videbatur. & quia erat de genere apostematum aquosorum, aut excrescentiarũ phlegmaticarum, ego potius curationem resoluentibus & exiccantibus perficiendam esse proposui, licet & tunc mihi in mentem veniret de tuberculo antiquo, vulgo *natta* dicto, altam frontis partem oc-
246 cupante, extracto, & sola aqua frigida (apud Amatum *Centur. 3. Cur. 100.*) *curato*. cuius hæc est historia. *Reuerendus Thomas, monachus ordinis Prædicatoris, vir crassus & rubicundus, tumorem antiquum in frontis alta parte habebat, magnitudine nucis, tactu mollem indolentemque. Cæterum monachus hic quum tumorem sibi naturalem haberet, ac idcirco illum medicorum consilio extrahi timeret, ecce forte fortuna Nursinus quidam ad eum venit, ex iis præcipue qui dextre ramices & rupturas & ex vesica lapillos per sectionem extrahere solent: qui quum tuberculum hominem fœdans contemplaretur, eum ad curationem hortatur, promittens se illum intra octo dies curaturum. Monachus vero cupiens eam turpitudinem fugere, homini paruit: & eo magis quia Prioris officio tunc fungebatur, & sæpe extra domum cucullam deponere, cum salutantes aut honorantes se resalutare vellet, cogebatur, ac ea deposita tuberculum eminens appareret, ipsum omnino dedecorans: igitur homini sese concredidit, & illi quidem chirurgo. chirurgus curationem aggrediens, super tumorem scissuram in crucis aut decußis formam facit, ac vnguibus suis, cum folliculo suo integrum extrahere proponens, eum disrumpit, ex quo sanies quædam aquosa viridis exiuit: qua deposita, & folliculo extracto, sola aqua frigida splenijs quibusdam madefactis, & desuper admotis intra octo dies ita liber & sanus fuit, ac si nihil prorsus ini bi habuisset: bis autem in die aqua illa vlcus curabatur.* Sed & eodem tempore mihi in mentem venit illa historia eiusdem Amati, posita *Centuria 1. Cur. 76.* de abscessu in capite apparente, quem Græci *atheroma*, recentiores vero *talpam* appellant, quam & hic recensere cum maxime ad rem faciat, libet. *Ni-colaus monachus, adultus, temperatura atrabilarius, ætate quadraginta octo annorum, vlceribus in collo fœdabatur, nec minus abscessum in capite patiebatur: quem quum primum viderem, talpam esse deprehendi, & eum inter atheromata Græcis nominata adnumeraui. Protinus igitur chirurgo accersito, abscessum duobus magnis vulneribus in crucis formam adhibitis, secari iußi: ex quo sanies alba in pauca quantitate exiuit: tunc vero chirurgo consului, vt membranam caluariam tegentem, pericranium dictam, quo ad fieri posset, a caluaria siue cranio separaret, tametsi corrosam nonnullis in locis cum ipso cranio prædixeram, id quod in ipsa curatione visum est. Erat enim caluaria multis & crebris foraminibus perforata corrosione, quæ nõ tantum in prima lamina, sed in secunda quoque conspiciebatur. Scalpello igitur os ad duram vsque menyngem perforare iußi tandem curatione vt expedit adhibita, ossa exempta sunt, & ille ex toto intra quinque menses sanitati fuit restitutus. In medio tamen curationis, corpore recte purgato, & optima victus ratione instituta, ad linimentũ sudorem euocans eum traxi,* quod ita habet: *℞. thuris, mastiches, myrrhæ, cinamomi, zinzib., piperis longi, sandaracha Græcorum, vitrioli ana ʒ ii. rad. pyrethri, floris salis, nitri antiquorum ana ℥ ß. cineris thamarisci ʒ ii. butyri recentis ℥ vi. pinguedinis porcinæ lib. 1. argenti viui extincti cum succo limonis ℥ iii. misce. & omnibus his in mortario bene pistis fiat vnguentum, quod vires habet tũ exiccandi & abstergendi, tum subtiliandi & confortandi: quo semel in die, ieiuno stomacho, eius iunctura ac corpus, dempto capite, pectore & aluo, ac ventre illinebantur. Fuit autem his sexies illitus, & multa pituitosa & mucosa per os emisit, in quo vlcera (vt iis plerumque eueniunt qui inunguntur) floruere: sed lauacro seu gargarismo ex rib. stypticis confecto, vt ros. rubris, balaustio, malicorio, myrto, sumachio, summitatibus lentisci, folijs oliuæ, galla, mastiche, thure, alumine & similibus, sana facta sunt, & ipse (vt dixi) ab orci faucibus liber.* Cæterum quamuis in istis incisio profuerit, in hac tamen infantula imbecilli minime faciendam esse existimaui, & parentibus ne eam admitterent, consului. Sed cum isthinc discederem, quidã chirurgi ibi præsentes resoluentia, alij & maturantia applicuere: sed nihil profecerunt. Post tres deinde septi-

ma-

manas infantula hæc Delphos ad Iohannem Por-
terium Geometram delata eſt: & ad eius ædes cõ-
uocatur Theodorus Noſocomij Delphenſis chi-
rurgus: deinde & me vocant, vt communi conſul-
tatione concluderetur quid in hoc caſu faciendũ
videretur. Cum infantem viderem, ſtruma illa vel
potius natta, vt appellare libet, erat iam duplo ma
ior, quam fuerat, cum illam prius vidiſſem & quia
occupabat partem poſteriorem capitis circa collũ
& oucham, & infans debilis erat, ideoque, vt inge
nue fatear, cum malum videretur portentoſum,
curationem omnino abhorrui. Sed chirurgus ſi-
milem ſe habuiſſe caſum referebat, & infantulam
poſſe curari ſperabat, non quidem inciſione, ſed
ligatione, minori quoque periculo, vt ipſe affirma
bat. Ego tamen vix quippiam in hac infantula
noseo modo profecturos eſſe ſperare audebam,
quamquam id in natu grandioribus fieri potuiſſe
non dubitabam, quemadmodum refert ille do-
ctiſſimus Beniuenius medicus *de abditis morborum
cauſis cap. 14. de ſtruma ingẽtis magnitudinis & ponderis*,
ſic ſcribens: *Mulierem Oliuam nomine ſtruma coxa in-
nata multos annos miſerabiliter vexabat. Ad eam iam
magnitudinem excreuerat, vt occupante ea coxam ipſam
ac crus, ambulare non poſſet. Quo factum, vt iã quinquen-
nio miſera in lecto iaceret. Nec ex medicis vllus inuenieba
tur, qui aut ferro aut alio quouis medicamento tollere tã
ingens malum auderet. Quare omni ſpe destituta, me, cum
iunior adhuc eſſem, ad ſe vocans, operam noſtram depoſcit.*
249 *Lachrymis vrget & precibus, vt quamlibet miſerabile a-
liquod tamen præſidium ei afferam: mori ſe malle, quam
in tanta miſeria & calamitate vitam ducere. Mouerunt
me, fateor, infelicis mulieris lachrymæ: ac propterea rem
ſane arduam, & quam nullus qui ſaperet attentaſſet, ag-
greſſus, ſtrumam ipſam, ea potiſsimum parte qua coxa pen
debat, vinculo deligo. Et quoniam reſecanda craſsitudo pal
mo plenior erat, ſingulis quibuſque diebus vinculum ipſum
arctius necto: donec pars media reſecaretur. Tum candenti
ferro quod ſupereſt ſcindo, ſanguinem ſupprimo, & mulie-
rem fere mortuam reſumens, mollis cubiculo recreo: ac cu-
rioſa deinde obſeruatione, idoneiſque medicamentis rite pro-
cedens, diuino tandem auxilio eam in priſtinam ſanitatẽ
reduco. Tanta autem fuit præciſa carnis moles, vt pondus
ſexaginta librarum excederet.* Cæterum quamquam
isti mulieri ligatio profuerit, in hac tenella vix ten
tandam eam eſſe cenſebam. Chirurgus tamen, cũ
ſe plures hoc modo curaſſe diceret infantulas ſi-
mili malo laborantes, atq; amici valde inſtarent,
eum quotidie maior increſceret natta, (*quamuis
difficulter tamen ob infantula teneritatem*) tandem
in ſuam ſententiam me traxit chirurgus, cum hæc
via adhuc tutior eſſet quam inciſio. Cum autem
medicamenta reſiccantia & reſoluentia non iu-
uarent, malo quotidie increſcente, poſtremo chi-
rurgus manualem curationem aggreditur. Stru-
mam itaque illam, vel potius nattam aut talpam,
quæ ad lumen candelæ translucida apparebat, ita
vt manifeſte aquam in ſe continere videretur, fi-
lo ſerico paulatim ligabat, duplici ligatione ſuc-
ceſſiue paulatimque ſine dolore conſtringendo:
& de quarto in quartum diem ſtrictius conſtringe
bat cum altero filo: vel de quinto in quintum diẽ,
ne magis accreſceret. Interim viſum fuit vt tali fo-
mento, quod extenuaret, ac partim etiam reſolue
ret ac roboraret, vteremur: ℞. *rad. ebuli, rad. althææ
ana ℥ ß. corticum quercus quibus vtuntur calcearij florũ* 250
*chamomillæ, meliloti ana m. 1. florum anethi m. ß. cumi-
ni p. i.* coquantur in vini Pictauienſis partibus trib.
& vna parte aceti acerrimi, pro lib. i. Bis in die fie-
bat fotus. Poſtea & chirurgo vtile videbatur, vt ad
maiorem exiccationem aliquid vitrioli in fine ad
deretur. pannus lineus in hoc fotu intinctus & ex-
preſſus, & tepide bis in die apponebatur. Videba-
tur autem infans poſt ligationem ita adhibitam,
& fotum de die in diem melius habere: ita vt vires
viderentur non ſolum, ſed & caro (*quæ prius maci-
lenta erat, antequam Delphos ferebatur*) accreſcere: be-
ne quoque ſugebat, minuſque quam antea vagie-
bat vt ſpes optimæ curationis futuræ appareret. Sed
tandem in acuminata parte ſtrumæ facta eſt leuis
eſchara, & 14 die à ligatione in parte acuminata i-
pſius nattæ, & non in parte vinculo excepta, per ſe
rupta eſt, & incepit effluere pura aqua. Quare cũ
ad eam accederem, imperaui vt molliter ac leui-
ter aquam exprimeret chirurgus, nõ vnica vice,
ne copioſe effluerет, & vires ita proſterneret. pau-
latim itaque effluxit. Tamen ſtatim à perruptione
infans peius habere cœpit ita vt paucis interiectis
diebus mammillam non ſugeret: quare ſtatim e-
go de curatione deſperabam: nam poſtea per ſe
profluente aqua ex abſceſſu perrupto, licet non
ſubito, non alleuiabatur infans quod peſſimum
ſignum fuit. Eo autem tempore, quo apertus eſt
hic abſceſſus abſque manuali inciſione, peſſima
quoque conſtellatio erat, nempe Solis tum Mar-
tis oppoſitio, Marte taurum occupante, & Satur-
ni quadratus aſpectus ad Solem, & eodem Satur-
no quadrato feriente Martem. Cum infans itaq;
magis ac magis flacceſceret, neq; amplius ſugeret,
nocte altera ſubſequente, nempe 20. Octobris
die, ſub noctem obiit. Ideo & ego eiuſmodi excre
ſcentias phlegmaticas in vtero materno obortas
curatu multo difficiliores eſſe iudico: & poſthac
conſultius à talium curationibus, ſiue ligationib.
ſiue inciſionibus fiant, abſtinebo: quamquam ille 252
chirurgus profiteretur ſe ſimiles curaſſe, & Do-
ctor Hugo Hagenſis, cum de hoc caſu mentio fie
ret, ſe etiam plurimas eiuſmodi phlegmaticas ex-
creſcentias inciſione curaſſe retulerit: quam
ego in adultis facile conceſſero, in nuper natis
puerulis aut paulo grandioribus, præſertim de-
bilioribus, hoc exemplo edoctus, non conceſ-
ſero.

SCHOLIA.

*Hic tumor procul dubio abſceſſus erat ex materia pi-
tuitoſa & aquoſa. nam poſt aquam purã limoſa pu-
tridoſaque materia effluebat, cum abſceſſus perrumpere-
tur: & propterea neoterici tales excreſcentias* phlegma-
*ticas vocant: ita & prior ille tumor apud Amatum erat
ex genere eorum quos Auicenna* Nodos *vocat, Halis abbas*
Selaas, *qui iuxta varia in eis contenta, varia etiam
nomina ſortiuntur. Si enim velut adeps ſit quod contine-*

Excreſcentia phlegmatica.
Nodi.
Selaa
Nodus adipinus.

Melleus nodus.

tur, στέατωμα Græcis, Romanis vero Nodus adipinus vocatur. si veluti mel, μελικηρὶς, Romanis meliceris & Melleus nodus: si veluti pulticula, ἀθήρωμα, Romanis quoque atheroma dicitur. Sed præter hos tumores varia alia apostemata & tubercula comperiuntur, in quibus res alia inueniuntur: vt cœnum, trumbus, mucus, ossa, vngues, pili, lapilli, lapides, mella, ostraca, ligna, cinis, carbones, & vt vrina liquor, qui in tumore illius monachi iunctus est, & viridis coloris ingrati erat. pediculi quoq; aliquãdo in eiusmodi abscessib. inuenti sunt, vt exemplo ostendimus lib. 8. Obs. & curationum medicinalium nostrarum Scholio Obs. 15. de phthiriasi.

Talpa.

Quod ad talpam attinet, quo alter monachus laborabat, hunc quoque affectum ipse Amatus ad atheroma spectare dicebat. Cæterum hic affectus nostra infantula, siue ad hydrocephalon, siue ad glandulam seu nodum referre velis, mihi perinde sit, cum semper ad abscessus illos (quas excrescentias phlegmaticas vocant) referri debeat. atque ii tumores, de quibus nunc diximus, ad Auicen-

Dubleti pituitosi.

næ nodos, quos dupletos pituitosos definit (inquit idem Amatus) in quibus & diuersa res inueniuntur, referendi sunt: de quibus peramplè Galenus loquitur lib. 14.

252 method. med. At Tagantius lib. 1. Institut. chirurgicarum, de tumoribus præter naturam cap. 13. de glandulis. nodis, strumis & cæteris abscessibus, quas excrescentias phlegmaticas vocant, inquit: Græcorum

Enumeratio abscessuum pituitosorum.

ganglia, chœrades, id est, strumæ. quas etiam scrofulas vocant, bronchocele, quod bocium, & herniã gutturis nominant, meliceridеs, steatomata, atheromata: adhæc testudo talpa, & nata siue napta, tumorum nomina à recentioribus medicis inuenta & nusquam apud antiquos reperta: item fugillæ Auicennæ: nodi quoque & vulgaris bubo, aliaque id genus multa, quacunq; corporis parte nascantur, fere ex pituita generationem habent: atque ob id merito ad pituitosos humores referũtur. Cæterum tametsi nonnulli ex iis nuper memoratis abscessibus in tophaceam duritiem & scirrhosos affectus aliquando degenerent, radix tamen & origo illorum parte maiore pituita extitit, vt voluit Auicenna: quanquã non imus inficias quin & alius humor ipsi pituita (cuius einsmodi abscessus propriè soboles sunt) interdum admisceatur: atque ita compositi & heterogenei nascantur abscessus. Verum de simplicibus solum nobis hic sermo erit, ex

Simplicia sunt regula compositorum.

quorum analogia compositorum etiam cognitio facile habebitur: hæc enim ad illa veluti ad quosdam certos canones, semper redigenda sunt, vt alibi quoque diximus. Itaque prædicti omnes tumores sub genere abscessuum pituitosorum, seu (vt vulgarium chirurgicorum more loquar) excrescentiarum phlegmaticarũ, reponuntur, habentq; speciales quasdam inter se differentias, vt ex sequẽ-

Glandula Guidonis.

tibus patebit. Glandula enim (vt Guido putauit) à glandis forma, quam præ se ferre videtur, nomenclaturã accepit: estque (inquit) vtcunque mollis, vnica, mobilis & separata à partibus circumiacentibus: in emunctoriis plerumque nascens. Auicennæ Glandulæ

Glandulæ Auic. quæ eadem sunt cũ ganglio Græcorum.

nascũtur vel in manu, vel in pede, vel in loco aliquo neruis & tendinibus coniuncto, & has quidem eum vetat exterpari, ne scilicet laborans in spasmum incidat. Eueniunt quoque (ait) summa vola manus & fronti: vocatq; eas modo apostemata glandulosa, modo nodos. De iis enim inconsiderate tractat in diuersis capitibus, vtpote in capite de nodis ad finem, & capite de glandulis. Itaque videntur Glãdulæ Auicennæ diuersa esse à glandulis Guidonis: & Græcorum ganglia illi (Auicennæ, inquam, glandulis) eadem esse, vt paulo post ex Paulo quoq; ostẽdemus. Ista, inquit, apostemata (vt & Valescus tract. 253

Valescus.

suo de chirurgia cap. 11. de Glandulis) principaliter à phlegmate generantur: sicut dicit Auicenna 3. distinct. 4. lib. tract. 2. ideo reponit ea in tract. apostematum frigidorum. Glandulæ igitur (inquit & Valescus) à glande dicitur, quia primo ad magnitudinem glandis apparet: quamuis in magnitudine & paruitate plurimum discrepent, à paruitate ciceris, vsque ad magnitudinem melonis, sicut dicit Rhasis. Est ergo glandula excrescentia facta à phlegmate caseato & indurato, & fit sæpe (secundum Auicennam) super volam manus, id est, in dorso manus, in fronte, & ista apud modernos vocatur lupia: & in principio quando super ipsam fit impressio & fortis fricatio, separatur, & quasi annihilatur, & aliquando non separatur, quia materia est iam multum indurata. Hæc Valescus.

Glandula Rhasi à paruitate ciceris vsque ad magnitudinem melonis.

Lupia glandulæ species apud modernos.

Guido quoque, Lupia veluti lupulus, mollis, rotunda, in locis duris & siccis suam sedem præcipue deligit, vt in palpebris, & locis neruosis, vulgus Gallicum vocat (inquit Tagantius) vne Loupe. Itaque si eius descriptio, atq; etiam curatio, quæ in sequentib. habetur, cum Ganglii Græcorum descriptione, & curatione conferatur, affectus tibi videbuntur non admodum inter se dissimiles. Verum magno errore tenentur, qui eiusmodi lupiam eandem faciunt cum affectu, quem recentiores lupum appellant. Est enim Lupus malignum vlcus, partes inferiores sed præcipue crura infestans, celerrime depascens, & quasi lupus (à quo nomen accepisse videtur) famelicus, proximas sibi carnes exedens: quod vitium dubio procul de genere est phagedænarum. proinde affectus sunt longe inter se diuersi, quanquam in nomine quandam affinitatem habeant.

Lupia speciosa glandula magnam similitudinem habet cum ganglio Græcorum.

Lupus morbus.

At Glandula doctorib. vt Fernelio, est adenis tumor obduratus, à nodo ganglioue solo situ distans. Hæc enim è solis adenibus, ille è neruis aut articulis emergit. Cumq; adenes varie sparsi sint in omne corpus, maxime ad venarum arteriarumq; diductiones, in multas quoque partes glandula incidere solent: quibus nonnunquam corpus vniuersum (quod multa pituita redundaret) scatere deprehendimus. Ad hoc etiam genus pertinet parotis frigida, buboq; frigidus.

Glandula apud Fernelium.

Glandularũ aliæ resoluuntur quarum humor non admodum crassus sensim digeri dissiparíq; possit. Aliæ suppurant, factoq; & erumpente pure in abscessum desinunt. Et hæ quidem 254 sanguinis caloriq; sunt participes. Aliæ dura persistunt, veram scirrhi speciem adeptæ: earum origo è gypsea pituita est: aliæ vbi inueteraverunt, contracta tandem malignitate in vlcus desinunt: illæ strumæ simplices sunt, hæ vero exulcerata. Sed de strumis postea. Ex istis constat quod Glandula iuxta barbaros & doctos diuersimode capiatur, & quod glandula Auicennæ eadem sit cum ganglio Græcorum. Quod sequentia Pauli verba ostendũt aperte.

Ganglium quid.

Ganglion neruorum concretio est, ex ictu aut lassitudine oboriens, in pluribus quidem corporis partibus, præcipue motui dicatis: nempe manus summa, & pedibus. Ratius cubitum & caput occupat, Aetio, ac raro, eidem, sponte prouenit. Et rursus idem Paulus lib. 6. cap. 39. quid sit Ganglium, vnde nascatur, in quibus maxime partib. proueniat, quæ denique notæ ipsum comitentur, aperiẽs: id-

ipsum

ipsum quod diximus confirmat, inquiens: Gangliũ nerui est cõcretio, ex ictu aut labore proficiscens, celerumq; vero in manus iunctura, qua cum brachio committitur, talo, & articulamentis absoluitur: quamquam in alijs quoque partib. proueniat. Hæ comites sunt notæ: tumor concolor, renitens, indolens. At si violenter premas, stuporis sensum exhibet, non in alto, sed ipsa sub cute radices agens, & ad latera spectans: sin autem vi adigas, tum ante tum post, nequaquam *id facit. Hactenus Paulus Aegineta de ganglijs: quem & sequitur Fernelius.* Ganglion tumor est concolor, durus renitens, & indolés, nisi quod vehementer pressus stuporis sensum exhibet. Oritur circũ neruos & articulos sæpe in carpo ex crassa lentaq; pituita, vel ex naturali melancholia, quæ in eam duritiem concrescit. Qui extra articulos neruosq; nec non extra adenes passim exoritur, discriminis gratia quibusdam nodus appellatur. *Sed de nodis postea. Huius generis est &* brõchocele, *seu* hernia gutturis, *de qua & postea. Nunc ad strumas & scrofulas sermo conuertatur.* Scrofulæ à *vulgo vocata, nihil aliud sunt, quã indurati, & intra mẽbranulam contenti adenes, id est glandulæ: in collo, axillis & inguinib. præcipue consistentes, vbi glandula vasis sub-*

Gangliĩ nota.

Tumor etiam est inæqualis Philagrio & Aetio.

Scrofula.

255 *strata collocantur. Nonnunquam tamen, quamuis raro, ex carne eorundem locorum fiunt, qua affinitate quadam ad strumarum naturam vertitur, & materia adiectione adaugetur, vt visum est Leonidæ: Has Latini Strumas vocarunt: à Græcis vero* Chœrades *dicuntur, vel à chœradib. quidem petris per marinas aquas transparentib. vel à suibus multiparis animalib.* (numerosæ enim sobolis existunt, vt sues) *& eo morbo frequenter affectis. Scrofæ etenim, id est, sues, colla habent glandulosa, & magna ex parte strumosa. Struma autẽ Celso tumor est, in quo subter cõcreta quadam ex pure & sanguine quasi glandula oriuntur. Nascuntur eidem maxime in ceruice, sed etiã in alis & inguinib. & in laterib. In fœminarum quoq; mãmis se eas reperisse, chirurgus Meges autor est. De is etiam Paulus libro 6. in hunc modum:* Oriuntur (*inquit*) strumæ in priori ceruicis parte aut in altera, aut vtrimque vna, aut duæ, aut plures. Omnes autẽ suis mẽbranis includuntur, quemadmodũ steatomata, atheromata & melicerides. *Sic etiam Fernelius de glandulis:* Vehementer quidẽ duræ sunt strumæ, & proprijs membranis, vt glandulæ omnes, obuoluuntur, sed earum materia acrior tandem euadens, adenem ipsum, circumsitam carnem, cutemq; exedit, vlcusq; efficit malignum, serpens, exedens, *vt filiolo Iohannis de Meer quondam pharmacopœi mei Alcmariani. His sæpe ortus est in ceruice, in qua plerumque lõga serie disposita glandularum modo cernuntur. Hinc & nonnunquam in pectus aut in alas, aut in mammas prorepunt. Vidi ego pauperem mendicantem Delphis, qui totũ pectus strumis eiusmodi malignis exesum fere habebat. Defluit autem earum materia è capitis parte externa, per ceruicis tendones & adenes, idq; sensim ac lento adeo cursu, vt sæpe obscura sit origo. Ea vero materia non simplex pituita est, sed quatam caloris vi ac putredine excandescens acrimoniam conquerit. Quod si pituita atrabilis permistione ferocior fit, struma carcinomatis vim & conditionem æmulabitur, nuncupabiturq;* struma carcinodes *Cæterũ nodus ad glandulas quoq; refertur. Nodus enim tanquam*

Struma, Chœrades Græcorum.

Struma Corn. Cels.

funis nodis plenus, eidẽ Guidoni dicitur, totũ dus, durus & eodem in loco permanens, *circa loca neruosa maxime (quæ quidem sensu acutissimo prædita sunt, dolorẽ tamen non sentiunt, nisi nodos valde premas apparens. Auicennas autem nodos definit alicubi* dubeleta frigida: *factiq; hoc nomẽ genus ad steatomata, q̃ à nostris* adiposi & adipidi noui *appellantur, & ad meliceridas, id est,* mellitos nodos, *& ad atheromata, quæ materia constant pulti (quam Græci* atheram *vocant) similis. Sed de his abscessib paulo post seorsim dicemus.* Testudo *ipsi Guidoni abscessus est magnus, immoralis, mollis, latiore forma, in modum testudinis: vnde nomen accepit.* Quæ si in capite (*inquit*) nascatur, talpharia vel talpa dicitur: in collo bocium: in testiculis hernia. *interdum autem cum pure vel squamulis vel fistulis reperitur. Cæterum testudines & talpa, apud antiquos, neque proprium nomen, neq; tractatum inuenerunt. Quidã autem ex recentiorib. testudinem definiunt tumorem mollem, vel non valde durum, satis autem magnum, in quo pinguis materia, tunica quadã obiecta cõtinetur, quæ caluariæ ita hæret* (est. n. cuius capitis affectus) *vt ipsam plerumq; vitiet. Hanc non dubium est de numero esse abscessuum, & sub meliceride, vel atheromate contineri: videtur tamẽ ad meliceridẽ magis inclinare.* Talpa *vero cum albam materiam contineat, ad atheroma potius quam melicerdem refertur. Guido tamen testudinis speciem, imo vero testudinem ipsam,* vt modo diximus, *esse affirmat, quemadmodũ &* herniam & bocium, *quod vocat: sed varia hæc nomina sortiri, pro varietate locorum, in quibus reperiuntur. Cæterũ quod vulgus* bocium, *Græci propriè inuento ab interiore parte nomine,* bronchocelẽ *appellant, nostri vero* herniam gutturis & gutturosos, *qui eo morbo dehonestantur. Est autem colli tumor grauis & rotundus, inter cutem, & asperã arteriam, in quo modo caro hebes, modo humor aliquis, mellis, adipis, pultis, aquave similis includitur. Interdum etiam, vt ait Celsus,* in eiusmodi tumore pili minutis ossibus immixti reperiuntur. *Nata* (vt scribit Guido *est excrescentia magna, carnosa, veluti caro natium, vel aut harum, diuersa quidem forma & magnitudinis: cuiusmodi sunt* melopepones & cucurbita: *itaque diuersa sortitur nomina, pro forma & membri in quo est, varietate. Porro tumor hic, qui nata vel napta recentiorum turba appellatur, dolore caret, nisi forte adeo magnus existat, vt partes membri trahendo, soluta continuitate, aliquẽ dolorem circumstantib. inferat. Est autem & de numero abscessuũ, & ad steatomata* (vt supra in enumeratione tumorũ præter naturã diximus) *fere spectat.* Bubo, Galeno autore, *laxarum partium seu glandularum* (quas Græci adenas vocant) *est affectus: nẽpe simplex inflammatio.* Quare *vel male hic inter abscessus pituitosos à Guidone anaumeratur, vel Guido enim aliud quid esse putat, quam Gal. Porro* bubones, *qui prolapsu aut alijs vlcerib. aut dolorib. contrahuntur, periculo vacant. At qui in febrib. pestilentialib. incidere consueuerũt, deterrimi sunt, siue femora, siue alas, siue ceruicem inuaserint. Sed, vti diximus, bubo frigidus etiam ad glandulas refertur.* Fugillæ (*inquit interpres Auicennæ*) *sunt de genere apostematum glãdulosarum, & quasi hoc nomine (ait) appropriatur illud, quod fit post aurem. Ex qua descriptione non leuis est coniectura,* fugillas Auicennæ, *eum tumorem esse, qui Græcis* Parotis *dicitur. affectus q. dem glãdularum sub ipsis aurib. Quibusdam autem idem esse putantur*

Struma carcinodes. ἡ καρκινωματώδης χοιράς.

256

Nodus.

Nodi Auicenna.

Testudo.

Talpa.

Bocium.

Brõchocele

Nata.

Nata vel napta ad steatomata spectat.

Bubo.

Fugilla.

Bubo quid apud Guidonem, & alios recentiores.

cantur Fugillæ, q bubo: verum tunc illis aliud erit bubo, quam Galino & Paulo: nempe excrescentia multum (vt dicunt) infiltrata, & radicata: vt plurimum sine cysti, id est, folliculo seu membrana eam inuoluente, dura in morem scrofularum & in eo significatu (vt & Tagautius sentit) sumitur bubo à Guidone: quando bubonem fugillinum numerat inter abscessus pituitosos. Cæterum longe adhuc plura nomina pituitosorum huiusmodi abscessuū reperiuntur. Verum de nominibus ipsis non magna cura habenda est: modo id vnum de iis cognoscamus & intelligamus, quod propter eiusmodi nominum diuersitatem, curationem & iudicium euariari contingit. Itaque eiusmodi abscessuū alii quidem peculiari quadam membrana seu tunica (quam cystin vocāt)

Differentia abscessuū pituitosorum.

includuntur: alii vero in carne sunt vasis implexa & inserta: quidam basim, seu radicem habent gracilem, quidam vero latiorem: quidam item sunt resolubiles, quidam vero minime: quidam magni, quidam parui: aliqui ad suppurationem spectant, aliqui non: alii etiam sunt squamosi, fistulosi & cancrosi, alii vero nihil horum recipiunt. Causa

Causa abscessuum pituitosorum.

huiusmodi abscessuum sunt triplices: nempe primitiua vt casus, percussio, vitæ luxus siue intemperātia, ac deprauata viuendi ratio: antecedentes, vt sunt humores non
258 naturales pręsertim pituitosi, & vera œdemata q in abscessus degenerāt: & coniuncta, quæ sunt variæ substātiæ, & propriæ cuiusque abscessus materiæ, in parte

Materia pituitosorum abscessuum

affecta contentæ. Continentur aūt in huiusmodi abscessibus, quandoq; quidē humores, vel serosi cuiusmodi est vrina, vel putridi & corrupti, vel cœnosi, vel mucosi; vel melli, pulti, aut adipi similes: quandoque vero carnes phlegmatica, & spongiosa atque glandulosa: interdum quoque (vt antea diximus) lapides, arena, ostraca, ligna, carbones, & id genus alia solida corpora. Freqnētissime aūt (secundum Galen. 14. Therap.) sunt horū abscessuū tria genera, quorū singula propriam appellationē Græce sunt sortita. Ea sunt, ætheroma, steatoma, & meliceris, à similitudine cōtentorū in his corporum dicta. Est enim aliud eorum velutí seuum aut pingue

Signa.

quidam, aliud veluti mel, aliud pulticula tenui, quā atherā vocant Græci, simile. Signa & indicia eiusmodi abscessuū, quæ ad pituitā pertinent, ex eorū descriptionib. & differētiis

Nota abscessus velamēto inclusi.

sup. positis facile deprehēdūtur. Indiciū aūt quod velamēto includantur, h. e. cysti seu pellicula, quā & antiqui tunicā nominabant, est mobilitas & cutis separatio. Quando vero fixa sunt, i. e. eodē in loco permanētes, & carni adhærētes, nulla eas

Indicia abscessuum pituitosorum.

inuolui mēbranula indiciū est. Porro recētes & tractabiles discuti, seu resolui possunt; dura vero & iā inueterata, nequaquā. Rubor aūt, dolor & calor in incrementū ostendūt ipsos abscessus, vel suppurandos iri, vel in fistulas, aut cancrū degeneraturos. Reliqua iā de singulis seorsim tractabimus, & maxime de strumis manifestiora euadēt. Nūc pauca de curatione abscessuū ex materia pituitā referente creatarū, quas excre-

Duplex abscessuum pituitosorum curandi ratio.

scentias phlegmaticas vocari diximus, adnciamus. Curatio itaq; eiusmodi abscessuū qui ex pituita fere ortū habēt, gemina est recētioribus chirurgis: vniuersalis scil. atq; omnibus ex æquo cōmunis; & particularis, h. e. singulis differen-

1. Vniuersalis.

tiis propria. Itaque vniuersalis curandi ratio erit, talē tamq; accommodā laboranti vitā instituere, vt materia, q tales ab-

2. Particularis.

scessus cōmittit, in corpore minime coaceruetur: & materiā (vt vocant) antecedentē, & iā in ægroto corpore collectam,
259 modis omnib. auertere, ne tandē oriatur coniūcta, h. e. ei q iā

Vita ratio qualis esse debeat in abscessibus pituitosis.

morbū creat. Porro priorē huius vniuersalis curationis intētionē assequemur, si laborātes eā viuendi rationē diligēter obseruēt, q in pcedentibus capitib. præscripta est; hoc vno dēpto, q paulo tenuiorē victū, & q incidendis humorib. crassis magis sit accōmodus, amplecti debent. Proinde, si Auicennæ cōsiliū sequantur, cibos oēs pachychymos, i. e. crassioris succi vitabūt, frigidā itē potionē, nimiā satietatē, immoderatamve repletionē & q nauseam pariāt. Tolerāda aūt illis est quā maxime fieri poterit, inedia. Bona coctio inprimis erit procurāda. Vitanda habitatio humida, in vallib. paludosa, & vitatis aquis irrigata. Potus sit vinū aliquod generosum atq; o-

Aqua aluminosa…

ptimū, vel aqua aluminosa aut sulphurea. Aquæ n. eiusmodi minerales, præsertim quæ vini feculam sapore repræsentant, non solum internos hos strumosos ac pituitosos abscessus, sed externos quoque & summa corporis occupantes immittūt ac discutiunt, vt Arnoldus affirmauit. Cæterum alterā par-

Vacuatio materiæ antecedentis.

tē prioris processus, nempe materiam antecedentem auertere, ne tandem addatur coniuncta, quadruplici genere euacuationum assequimur, vt pote medicamento per aluum pituitā expurgante, & quandoq; venæ sectione. Itē iis, quæ vrinā cient & demū iis, quæ collectum in alto corpore humorē tum in halitum resoluunt, tum degenerant. Ad vacuationem

Vacuatio per aluum.

quæ fit per aluū, laudatur à valde multis puluis turbith. qui

Puluis turbith.

apud Auic. recipit turbith zinzib. & sacch. singulorū pares portiones ex eo antē exhibet ʒ ii. asseritq; præter hoc, quod resoluit pituitam crassam, nequaquā calfacere neque abradere intestina. Razes puluerem conficit, ex viginti partibus tur-

Razes.

bith, decem zinz. & triginta zacch. offertque ex eo vice vna ʒ iii. Sed hæc, tum quæ sequuntur, non nisi in adultis damus. Infantes enim quo modo curentur, ex iam supradictis obseruationibus colligere licet, qui leuissima remedia requirūt, & euacuationes si quæ dandæ, potius nutricibus exhibendæ. Loquimur autē nunc de adultis. Benedicta quoque & hie-

Benedicta, hiera picra, pil. ex agar. de hermodact. maiores.

ra picra: item pilulæ de agarico, & de hermodactylis maiores appellatæ, eiusmodi affectibus magnopere conueniūt. Ad ciendā vrinā Guido à Cauliaco sequenti vtitur potione;

Quæ vrinā cieant.

quæ recipit scrofulariæ partes tres, filipendulæ partes duas, pimpinellæ, seu bipinellæ, pilosellæ, tanaceti, caul. rub. qui nonnullis brassica veterum rubiæ maio-
260 ris, singulorum partem vnam: radicis aristolochiæ,

Potio Guidonis vrinā sciens in abscessibus pituitosis.

spatulæ fœtidæ, radicis raphani ana partem mediā: concassentur, & decoquantur, in vino albo, & melle, vsque ad consumptionem medietatis, & fiat colatura; ex qua tertio quoque die hora matutina sumat æger quadrantē, id est, ℥ iii. & potio sit tepida. Cæterū pro omnibus his auxiliis. sicuti & pro vena sectione (si aliquando fieri debeat) consulendus erit peritus aliquis medicus qui & qualitatē & quātitatem, ac modum vsus eorū præscribat. Ad resoluendum au-

Quæ per halitum digerant.

tem per habitum & digerendum humorem, qui in alto corpore collectus est, & internas glandulas (quæ externarum sunt causæ) excitat, Gal. lib. 14. Therap. consulit Theriacen, athanasiam, ambrosiam, & medicamentum, quod ex Cretica calaminthe est compositum; Græci diacalaminthon vocant: cuius compositio requirenda est ex li. 4. de sanit. tuenda. Multa alia auxilia ad huiusmodi affectus instituuntur: nempe potiones, electaria, & etiam olea, quæ in aures iniiciuntur. Empirica quoque permulta à veteribus descripta & celebrata sunt, quorum vsus Tagautio non probatur; & proinde ea suis Commentariis non inseruit. Atque hæc quidem in omnibus supradictis abscessibus communia sunt. Quæ vero sequuntur particularē ac propriam cuiusque differentiæ curandi rationē concernunt. Hanc aūt curan-

Quæ particularem in hisce abscessibus curationem variant.

di rationem propriam ac particularem, in hisce abscessibus diuersam efficiunt, atque immutant, tum materia ex qua ortum habent, substantia; tum vero eorum quantitas vel minutula, vel quam molem valde magnam excreuit: ad hæc partis ipsius laborantis, atque etiam totius corporis natura.

Tēpus quid insinuet. *tura Tēporis aūt duratio licet non indicet curationē, indicat tamē nobis aliquando atque insinuat, qualis sit ipsa dispositio,* Gal. annotauit lib 4. de morbis curandis. *Itaque tametsi à prædictis multa sumi possint curandi indicationes, ac intentiones; eas tamen, quantum ad rem præsentem attinet, ad sex cum Tagautio reducemus, quas & in sic sex sequentibus velut i exprimemus canonibus. Quorum primus ad hunc modum habet.* Pituitosos abscessus, molles, & paruos, quæ lupiæ vulgo, & Arabice factio ois principii Auicenoæ glandu

261 læ appellantur, si in particulis firmiorib. cōstituerint, & (quia nondū inueterauerint) tenellā adhuc cystin, id est, membranā qua includuntur, habuerint, comprimito, & atterito, postea desiccato. *Secundus*: maiores, non multū dures neque inueteratos, more tumorum ædematosorū (de quibus supra egimus) emollito discutito, consumito. *Tertius*: pituitosas eiusmodi excrescentias, sautosas & apostemosas, hoc est, quæ ad suppurationē spectant, maturato, aperito, detergito. *Quartus*: strumas, quæ ex prædictis auxiliis curationem non recipiunt, & nobiles sunt, blādæ, morigeræ, ac tractabiles, incidito atque extrahito. *Quintus*: immobiles, insertas, irretitasque, seu (vt loquuntur) infiltratas, hoc est, venis & arteriis multum implicatas, a radice, & totus latas, corrodito, detergitoq;. *Sextus*: tenui ac gracili radice innixas, deligato ac euellito. *Hos canones singulatim in sequentibus magis explicabimus.*

OBSERVATIO. VIII.

De glandula ac etiam nodo.

QVi glandulā seu potius nodū in frōte habebat, huic cōsului vt contereretur fortiter ac cōfricaretur, deinde lamina plūbea desuper fortiter ligaretur, *Vt & Valesc. cap. proprio*, ex mēte Auic. fieri iubet. At Prior Carthusianus, q supra frontē glandulā habebat, vel lupiā, si ab ea liberari optaret consiliū dedi vt chirurgo experto curationē cōmitteret, quia cystin habere videbatur, & vt cutis exterior scinderetur rasorio, & digitis excoriaretur, & cū cysti sua vel mēbranula extraheretur, & si aliquid de cysti remaneret, puluere asphodeli consumeretur; deinde vulnus curaretur vt alia vulnera solēt, cicatricē tandē inducēdo. Verū Prior iste cū nō haberet dolorē, voluit hoc malo potius fœdari, quā manualē curationē experiri. At nodi eodem mō curantur, primo per frictionē continuā & frequentissimā, & constrictionē cū plūbo, & resolutionē, & si nō, extrahatur eodē mō vt dictū est. Videndū tamen ne huiusmodi tumores sint infiltrati in venis aut arteriis, vt dictū est. Refert ipse Valesc. *quod in Vasconia quidā sunt chirurgi, qui glandulas manu curant feliciter, experimentis tantum sine ratione exercitati, qui vtūtur chirurgia sicuti viderint eorū genitores circa eā operari.* Sed & hæc peritia, sicuti & herniæ curandæ aut lapillos excidendi ars, & medendi peritia, nostris tēporib. apud Italos ad Nursinos delata est, vt *et Leonus meminit de hydrocele.* Aleydaño Ieburcha monacha & cognata M. Iohannis Tiengu, medici Amstelrodamensis percelebris, cū anno 1532. glandulā in genu magnā pateretur per tres menses; tandem mense Ianuario hoc mō idē feliciter curationē tentaui: ℞. *florū chamomillæ, meliloti, rosarum an. m. i. maiorana, origani, rorismarini, saluia ana m. ß. sabina p. i. salis communis* ℥ ii. *aluminis rocha* ℥ i. *sulphuris* ℥ ß. *aceti boni lib. i. lixiuii cineris clauellatum lib. i. ß. bulliant ad lib. i. ß.* & eo somēretur locus cū spongia. Facta fomentatione applicetur hoc cataplasma: ℞. *oleorū chamomillæ. anethi ana* ℥ ii. *mellis* ℥ iii *axungiæ porcinæ* ℥ ß. *aceti fortis, & lixiuii dicti ana* ℥ iiii. bulliant modicū: deinde adde *cineris sarmentorū ea aliū rubrorū* ℥ ii *farina lupinorū & fabarū ana* ℥ i. fiat bona permixtio in forma solida: addendo parū *ceræ*. istud cū non proficeret, sequens cōmode apponebatur: ℞. *sem. sinapis, vrticæ, sulphuris, lapidis pumicis ana* ℥ ß. *aristolochia lōga & rotūda, sreos an.* ʒ ii. *cineris trūcorū caulium rub.* ʒ vi. *bdellii, āmoniaci dissolutorū in aceto an.* ℥ i *olei aneth.* ℥ iii. ß *ceræ q. s.* fiāt ēpla stra duo, extēsa supra coriū ponēdo modo vnū modo alterū de quarto in quartū diē.

SHOLIA.

263 *Canon. 1. Compressio & attritio.* V*T aūt illos sex scopos seu canones, de quib. sub finē Scholii præcedentis dicere cæperamus, explicemus, de primo canone incipiamus, qui erat* vt pituitosos abscessus molles paruos (vt lupiā) tenellā adhuc cystim habētes, inueteratos nequaquā (*nā in illis frustra laboraremus conterendo aut comprimēdo quæ plurimi doctissimi viri vnanimiter affirmare solēt*) cōprimeremus, attereremus & postea desiccaremus. *Hic primus canō iuxta Auic. sententiā & eos (vt Guidonē, Valescū, Gordonū) qui eū sequūtur, absoluetur, si vbi molles, ac inueteratos eiusmodi abscessus, quos Auic.* glādulas, *& recentiores*, lupias *appellāt, cōtrineris, ac vehementer compresseris, laminā plūbeam tumori æqualē superponas, & ea hinc inde labatur, arctis vinculis in medio cōstringas. Hac. n. huiusmodi excrescētias digeres. Primū igitur lupia tādiu manu molliter perfricetur, vsq; dū aliquantulū incalescat, & ipsa mollior quo tamē fiat: postea laborās particula firmiter manib. apprehēdatur & sur. de sintella, aut re aliqua solida lignea, totis ac tā vehemēter percutiatur, vt dissipetur, & interior eius cystis, i. e. mēbrana, qua includitur, dilaceretur, dissipatur ne, atq; ita materia cōtēta ibi dispergatur. Quo facto primus lamina plūbea sup totū applicetur. & fascia duarū extremitatū seu (*vt dicitur) *duorū capitū, arctissime deligetur, nec a moueatur ātè nonū aut decē dies. Lamina aūt, ea sit magnitudine* (vt mō dicebatur) *q proportione respōdeat lupia. Sūt tamē qui āte lamina eiusmodi primā applicationē, vnguen admenet, ex* plūbo vsto, fuligine sambuci *aut* ficus arboris, oleo & acero. *Alii primus vtūtur ēplastro cōposito ex* aloe, acacia, myrrha, olibano, sarcocolla, adiecto acero, vel oui cādido, *quatū ad alia extirpēda satis esse videbitur. Henricus supponeri solebat* paruas (*vt ipse & alii eiusdē farinæ chirurgi, qui patrum nostrorū memoria chirurgiā maxima cū laude & agrorū salute exercuerūt, loquūtur*) plagellas ex stupis cōfectas, oui cādido liquore, sale & aluminoe zuccharino inspissato delibutas. *Secūdus canō suppletur* vt interim taceā medicamēta pituitosis, h. e. œdematosis tumorib. dicata. q supra posuim⁹, ad hoc ēt de quib. nunc agim⁹, abscessus & heturarū oē genus, apprime, vna cū sequentib. remediis vtilia) *admotione tuius sit emplastri, q à Galen. descriptū est l 6. de cōpos. medic. κατὰ γένη: hoc n. vt ipse testatur, per halitum digerit, & phlegmonas propulsat, valet ad* strumas, panos, parotidas: *cōfert ēt p. dagrecis. & multis aliis vitiis resistit. Recipit aūt* olei veteris denatiū pōdo centū, argenti spumæ denariū pōdo quinquaginta; picis siccæ denariū pōdo quinquaginta. ladani denariū 25. æruginis rase denariū pōdo octo, galbani denariū pōdo quatuor *Argenti spuma* (*q* litharγyrū *votāt*) *ex oleo trita coquitur Cū aūs coiūt, i. e. inspissata sunt, pix & ærugo immittuntur: dein ladanū galbanumque: atque sit in mortar. ū transfusi subigūtur & mollitūtur, atque vsui reseruātur. Quidā, vt ..... caloris sit, & fuscū misceēt et* squamæ denariū pōdo 8. *nā aliquis fit nigerrimū. Aliter inuenitur descriptū in Guidon. cōmētariis, nempe sub hac forma:* ℞. olei antiq. ℥ iiii. viridis æris siue æruginis ʒ xiiii picis siccæ ℥ vi. ladani ℥ iii lithargyri ʒ xii. galbani ℥ iii. *Addi de bene facit* diachylō cōmune, & ireatū *nominatū, quorū formula describūtur 6. lib.* apud Tagaut. *In Diachylo aūs ireatū libra 1. malaxāda est* ℥ ii. pul. radicis ireos *Idē efficit* diachylō magnū Mesues. *Razes quoq; vir magna experiētia, ad digerēdos huiusmodi abscessus antiqu*us stercus caprillū *cū melle & aceto supra ignē inunctū eā ad formā emplastri redactū dolentis loco esse admonendū dicebat: et ēt emplastrū de* fœnogræco, semine lini & brassicæ, cū viscilagine *seu* muccilagine radicis, althææ *cōfectū. Hoc ēt, si suppurationis spes affuerit, pulchre maturat. Hali-abbas quoque subsequens ēmplastrū ad eundē vsū plurimū commendat.* ℞. farinæ fabarū & hordei an. ʒ x. rad. glycyrriz rad. althææ, picis ana ʒ v. ceræ albæ, adipis anseris ana ʒ x. *terātur & in vnū redigātur ex* oleo veteri & vino pueri *nardo Vero rē experti, & sup moderatā ignē fiat ēplastrū. Aliud Auicēna, quo Guido vtitur* ℞. stercoris bubuli ℥ ii rad. cauliū, id est, brassicæ, rad. capparū squilla, ficuū pinguiū ana ℥ ß. lupinorū, bdellii an. ʒ ii aceti, mellis, axūgiæ suillæ, fecis olei atiq an. q. s. *fiat ēplastrū In omnib. duris tumorib. Brunus hoc sequēs remediū approbauit, cuius sentē. tia & secutus est Theod.* ℞. āmoniaci, bdellii, galbani an. p. x. *macerētur triduo in aceto: quib⁹ dissolutis & igni eā apposi. n. addatur,* sulfuris subtilis *quantum satis esse videbitur, & fiat ad emplastrum. Rogerius hoc auxilio vtebatur ad strumas quas vulgo* scrofulas *appellant*: ℞. rad. filicis, asphodeli, & ... ebulorum *an. quantum libet: coquantur in vino optimo, & tundantur in mortario addendo* sulphuris viui *momentū & fiat ēplastrū. Quē Guidoni cōtigit præceptor in Monte pessulano, efficacissimum sæpe expertus est emplastrum, quod exhibebat*

Lupia curatio.

Lamina plumbea.

Vnguentū Rogerii.

264 *Descriptio digerentia medicamēta.*

Galeni cōpositio.

Diachylon.

Razes.

Stercus caprillum vetus.

Hali ab. emplastrū.

265 *Emplastrū Auicennæ.*

Bruni & Theodorici emplastrū ad strumas.

Rogerii emplastrum.

Emplastrū ex limacibus.

ex duodecim cochleis (*quos* & limaces *vocant*) *vino incoctu aut* lixiuio cinerum, dictorū *vulgo* clauellatorum, *aut ex capitello vt dicunt. Imo* (*quod valentius erat*) *quotidie* cochleam vnam *vel siccam vel aliter preparatam* & (vt loquuntur) *confectam, ipsis laborantibus p.v os sumendam offerebat. Tertii canonis intentionem communiter etiam aßequimur, vsum auxiliorum praecedentium: omnia enim mollientia & resoluentia, si locum aut materiam inueniant resolutioni contumacem, materiam ipsam haud dubie maturant: praesertim si mitis ac benigna satis fuerit, aut sanguini permixta. Haly-abbas autem ad maturandos huiusmodi abscessus, admonet emplastrum compositum ex* farina hordei, pice & olibano, ex pueri impuberis lotio, in vnū corpus redactis. *Auicenna vero ad infrenandam caliditatis vehementiam consulit decoctū* coriandri. *pfatae farinae esse remiscendū. Quod si parū haec proficiant, & efficacius medicamentum desideres, accipe* myrrhae partem vnam, licii partes duas, *& misce cum praedicto decocto. Strumas ad suppurationem perducit, aut diffundit subscriptum medicamentum à Paulo Aegineta* lib. 4. *relatum*: mirrhae ʒ x. ammon. thymiamatis ʒ viii. visci quercini ʒ viii. galbani ʒ iiii. propol. ʒ i. *in pila contunduntur. Caeterum ipsis iam maturatis & ad suppurationē pductis* (*quod ex*

Tertii canonis declaratio, & quomodo inuetur suppuratio.

Suppurantia seu maturantia.

Pauli medicamentum ad strumas maturandas.

266 *notitiis ipsius puris facile deprehendes, aperiri debebunt & detergeri. Detersio aūt optime fiet admoto* vng. apost. *vulgo nuncupato. hoc enim magna est efficacia in strumis malignis & vlceratis. Ad idē multū efficacia sunt* vng. Aegyptiacū *Rhasis* emplastrū de succis (diachylon *nominant*, & diapalma, *q Graecis* φοινίκινον *appellatur: quorum descriptiones ex* lib. 6. Tagautii *requirenda. Quod si eiusmodi abscessus locum aliquem occupauerint, in quo caries & quadā corruptela oßiū subsit, aut prauū aliquod symptoma illis accesserit, ea vlcerū curandi ratione tractētur, cum quibus affinitatem & commercium habent. Caeterum de quarto canone*, quomodo incidendae sint strumae, & extrahendae tractabiles, blandae, morigereę & molles, *postea proprio loco de strumis seu scrofulis curandis dicemus, quibus & quintum canonem*, quomodo infiltratae sint corrodendae, & detergendae, *aduciemus. & sextum ac vltimum canonem*, quomodo tenui ac gracili radice euellamus. *Nunc iuxta Graecos* Gangliii *curationem subiiciamus.*

Detergētia.

Vng. apostolorum.

Vnguentū Aegyptiacū.

Diachylon.

Diapalma.

OBSERVATIO IX.

De Ganglio.

CORnelia, iunior filia Theodorici Teylingii sororii mei, quae cum matre vna ad nos accedebat, cum in carpo manus *Ganglion* haberet, imperauimus vt quotidie manum *oleo amygdal. dulcium* fortiter fricaret; ac demum post mensem, ad maiorem emollitionem emplastrum nostrum de *ammoniaco* apponeret, quo remedio ganglion tandem disparuit. Similiter vt plurimos vtriusque sexus ganglion laborantes iisdem remediis tū Delphis tum Alcmariae curauimus: nec memini vnquam malum istud in quoquā qui isto emplastro de *ammoniaco* vsus fuerat, rediisse.

267 SCHOLIA.

QVid sit Ganglion, abunde iam ostendimus Scholio Obs. 7. praecedentis, & *quomodo ea ipsa à vera glandula tum strumis seu choeradib. differat, & q maximā similitudinē habeat cum lupia vulgo dicta. Et est ganglion, vt breuiter dicamus, nihil aliud, quā* nerui praeter naturā nodosa coactio ac tumor. *Cū quidē varia esse potest: nam vt bene dicebat Gal.* sexto Epidem. Comment. 3. tex. 14. *Ganglion aliquando* à frigido in neruis generatur; *nam quandoque natura in gangliis & huiusmodi paßionib. deponit q est inutile: praeterea ex* ictu, lassitudine & laceratione *oritur, vt in pudendo priapismo laborante, q dum vi distorquetur, fit vt neruus dorsum ipsius priapi percurrens disrumpatur: q ego semel vidi Alcmariae in puero seu iuuene nondum pubertatē egresso, filio Nicolai Adriani Nitropei, q è regione socrus meae habitabat. huic pudendum erat neruosum, intentum, durum, cui simile in puero unquā vidi, ganglio affectum, quem duo chirurgi Paracelsiani frustra curare tentabant, cum affectum ipsum minime cognoscerent quāquā iactabundi. Erat autē ex illis gangliis q̄ sapiunt naturā cancrosam, & fiunt ex materia atrabilari, q̄ & minime sunt tractāda. Sic anno 1584. mense Dec. vidi gāglium in pene, de quo egi alibi, à quo aeger tandem obiit. Fiunt autem & ganglia ob nimiam salacitatem & vsum Veneris. Quae oēs causae duobus modis talem affectum inducunt, vel refrigerando materiam in loco congestā, vel quando materia sapit nerui naturam, h. e.* pituitosa, tenax & p se frigida fluit. *Sunt & ganglia* (vt iam diximus) *quae referunt naturā cancrosam, quando fiunt à materia atrabilari, quae nullis medicamentis & multo minus sectione aut manu chirurgi sunt tentanda aut tractanda. Quantum autem ad notas attinet, ganglium tumor est* inaequalis, purus, dum cōprimitur stupidū sensum exhibens, in cacochymis maxime corporib. pueniens, pcipue in foeminis aut pueris, praua victus ratione vti consuetis. *Differt à meliceride & atheromate tumoris inaequalitate & renisu, & q non orbiculatim, velut illa, transfertur, sed dextrorsum solum, ac sinistrorsum pro nerui situ flectitur. In plurib. quidē corporis partib. praecipue motus dicatis, nascitur*, vt in carpo (*vt in nostra hoc cognata Cornelia puella 15. annorum carpum manus occupabat*) metacarpo, *in talis* & in articulis pedū, *quandoq; ēt in capite*, & *in* pudendo & *in* mēbrana vestiente ipsum membrum. *Quātum ad praesagia, dicere possumus quod* in pudendo difficilis erit sanatio: in reliquis corporis partib. non ęque difficilis. *Cura duplica via perficitur* chirurgia *scil.* & medicamētis. *Chirurgia probatur in gangliis ipsius capitis aut frontis, cute scilicet scalpello diuisa: & si quidem ganglia parua fuerint, volsella comprehensa ex basi praeciduntur: si maiora, hamis transfixa, excoriataque tolluntur: oras suturis cōmißas, medicamento ad cruēta apio persanamus. Ganglia autē in crurib. aut brachiis aut summis partibus exscindere tutum nō est; periculum enim, ne particula reddatur mutila. Medicamentis igitur solummodo curabimus*, emollientibus *sc.* & dissipantib. & discutientibus. *Emollitionē tentamus, locum manibus fricando, cum* oleo amygd. dulciū; *vel eiusmodi ēplastrum imponendo q recipit* muccilaginis psyllii, maluarū ana ʒ i. picis naualis, masticis ana ʒ ii. stercoris columbini ʒß. *tere in mortario, & emplastrum confice. Ad hanc rem* ammoniacū *emollitū facit, cū* cera & oleo, & *impositū itē* styracē, siccā albā *emollimus. & cum* oleo amyg. dulciū *madefactā imponimus. Inde ad dißipātia & discutiētia cōuertimur.*

Ganglion quid.

Causa.

Ganglium referens naturam cancrosam.

Signa ex Aetio.

268

Prognostica.

Curatio duplex.

Chirurgia Paul. lib. 6. cap. 39.

Medicamenta.

vt la-

vt laminam plumbeam. *Porro Philagrius* (vt & Tagautius annotauit) *ratione non admodum dissimili à lupi acuratione neotericorum, apud Aetium ganglia curare solebat: inquit enim ad hunc modum:* A ganglijs chirurgicum opus (id est, sectionem) arcemus, præsertim si in manibus aut pedibus euenerint: sed medicamentis tantum curabimus. Ammoniacum enim prope ignem ad emplastri consistentiã emollitum illinimus: deinde laminam plumbeam tumori æqualem superponimus, & ne hinc inde labatur, arctis vinculis in medio constringimus. Iam vero diebus aliquot transactis, vbi ganglion emollitum nouerimus, nihil ægro præfati statim sublatis vinculis, dum adhuc locus incalescit, pollicem dextræ manus ganglio infigimus, ac reliquis quatuor digitis membro innitentib. vehementissime comprimimus; & ganglion confestim dissoluitur.

Ganglij curatio ex Philagrio apud Aetium li. 15. cap. 9.

269 *Hactenus Philagrius. Itaque ex hac curandi ratione, facile est colligere recentiorum* lupiam, *Auicennæ* Glandulam, *& Græcorum* Ganglion *eundem omnino affectum esse: quod & præcedentes etiam eorum descriptiones aperte satis ostendunt. Archigenes in hoc vitio* calcem *vna cum* adipe anserino *&* terebinthina, *apponi iussit. Idem vero & medicamine quod* lapidem achatem *recipit, sæpius vtebatur*, vt refert Paulus. *At Oribasius eo frequenter vsus est, quod recipit* cerussæ resinæ piceæ, olei veteris ana ℥ i. ammoniaci thymiamatis, galbani ana parem modum, ceræ ℥ iiii. *Extat idem medicamentũ apud Aetium, sed in quibusdã pondera euariant. habet enim* cerussæ, olei antiqui & resinæ piceæ ana lib. i. ceræ ℥ ii. ammoniaci thymiamatis, chalbanæ (i. e. galbani) ana ℥ i. *cerussam cum oleo decoquito, quousque inquinandi finem fecerit: deinde tritum ammoniacum, postea resinam piceam & ceram; postremo galbanũ præmollitum conijcito. Porro insignis ille Græcæ familiæ medicus Oribasius, non laminam plumbeã*, vt Philagrius, Auicennas, & recentiores chirurgi, *sed plumbeũ orbiculum crassiorẽ, ad instar spondylorũ, id est, verticillorum quæ fusis mulierũ appenduntur, ganglio ipso ampliorẽ imponebat, deligabatq́.* Si quidẽ (*inquit*) põdere suo lõgiori tẽporis spacio ipsum dissoluit. *Itaq́, satius est multo eiusmodi emollientib. & discutientib. medicamentis vti in ganglijs curandis, quã chirurgico opere, id est, excisione; præsertim cũ in crurib. aut brachijs, aut summis partibus oriuntur. periculũ enim est, si ea excidantur, ne particula mutila reddatur. At quæ caput aut frontẽ occupant, manu tuto curari possunt, h. e. præcidi aut euelli, vt paulo ãte diximus. Hoc mõ mulierẽ curatã nouimus quæ paulo supra frõtẽ ganglion habebat: quod opus chirurgicũ ẽ, spectat ad quartũ canonẽ, quẽ de strumis mox declarabimus: hoc vnũ adiicientes remediũ, quo in ganglijs pudendi vti solemus. In ganglio pudendi vtor frictione, & deinde ad* styracem, *& ad* laminam plumbeã, *& ad* emplastrũ de muccilaginib. *quod hẽt* muccilaginis althææ, fœnugræci, sem. lini, cydoniorũ ana ʒ ii. sem. olei amygd. dul. pinguedinis gallinæ, anseris ana ʒ iii. styracis siccæ ʒ i. plũbi loti, cerussæ lotæ ana ʒ ii. ß. ceræ parum.

Lupiam & ganglion eundem esse affectum.

Archigenes lib. 4.

Oribasij medicamentum emollitoriũ ad Ganglia.

Verticillũ plũbeum.

Ad ganglium pudendi.

270 *misce, & vtitor. Nunc denuo ad strumas seu scrofulas curandas reuertamur.*

OBSERVATIO X.

De strumis, seu scrofulis.

MVlier quæ scrofulam seu strumam circa furculam pectoris habebat, cum consilij causa me accederet, caput illud Gulhelmi Rondeletij *i. de strumis lib. 2. de morborũ curandorum methodo* in mentem mihi venit. Cum enim strumæ fiant à materia valde viscida & crassa, ob id parum, *inquit*, differũt à curatione scirrhi; ideo iubet vt ante omnia vtantur pilulis *sine custodia* postea vt humor coquatur attenuantibus, incidentib. abstergentibus, vt est *mel ros. syr. de byzantijs, de hyssopo, de stœchade, de quinque rad. mel. scyll. syr. de pomis compositus, cum aquis helenij, hyssopi, capil. Ven. marrubij, betonicæ, vel melissæ, fœniculi, apij, petros. graminis, asparagi.* Purgetur *pilulis fœtidis, cochiis, assaieret, diaturbith agarico infuso in oxymelite.* Poterit aũt fieri & hic syr. concoquens: ℞. *mellis rosati, syr. de byzantijs ana* ℥ i. *syr. de stœchade* ʒ ii. *aquar. fœniculi, apij, capill. Ven. vel helenij, hyssopi ana quart. i. misce. fiat syr. arom. cum* ʒ i. *zinz.* Vel potest fieri decoctio, & misceri syrup. Sed melius erit in principio vti syr. & aquis tanquam lenioribus remedijs. Post syrupos paulo fortius vacuare oportet, quam factum sit per pilulas sine custodia. Vt ℞. *massæ pil. assaieret, turbith ana* ℈ ii. *salis gẽmæ & zinzib. ana gran. iii. cum succo ireos vel gladioli fiant pilulæ.* Vel sic: ℞. *massæ pil. cochiarum, turbith ana* ℈ i. *salis gemmæ, zinzib. pil. fœtid. ana* ℈ ß. *fiant pil. cũ aqua hyssopi.* Vel fiat decoctum ex concoquentibus pituitam: in cuius colat. infundatur *agar. trochisc.* ʒ i. 271
vel ponatur in decoct. Quod si vomitum timeas, infundatur in oxymelite *diaturbith* ʒ. *elect. de citro solut. vel diacharth.* ʒ i. *syr. capill. ven.* ℥ i. *vel mellis ros.* ℥ ß. fiat potio. Nunquam in curatione huius morbi debent omitti *agar.* & *turbith*, addendo semper *zinzib.* & *salis gemmæ tertiã* aut *quartã partẽ.* alioqui purgaretur tantũ quod est subtilius, & crassius remaneret. Post purgationes detur *theriaca vetus, pul. ros. nou. mithrid. diairis, diapipereon, diagalanga, pleris cũ musco*, & alia quæ cerebrũ siccant & roborant, & materiam præparant ad digestionem & resolutionẽ. Interpositis igitur aliquot diebus fiat tale apozema: ℞. *rad. ireos, galangæ crassæ, rad. petros. gram. asparagi, apij, olusatri ana* ℥ ii. *rad. batrachij & chelidoniæ minoris, & cucumeris agrestis ana* ʒ ß. (caue ne accipias apium risus pro batrachio) *melissæ betonicæ, capill. Ven. adianth. marrubij, ceterach, polytrichi an. m. i. scabiosæ m. ß. sem. petros. apij, anisi, seseli, fœniculi, carui, vel cymini ana* ʒ i. *passul. mundatarum* ʒ iii. *sem. iuniperi, polypodij, helenij ana* ℥ i. *senæ* ℥ ß. *cretæ marinæ (vulgo fœniculum marinum vocãt) summitatum thymi ana m. i. turbith & esulæ maceratorum in melle ana* ʒ iii. *fiat decoctio in lib. i. ß. dissol. oxymellis scillini. syr. de stœchade ana* ℥ iii. *syr. de pomis compositi* ℥ ii. fiat syr. perfecte coctus. *arom. cum* ℥ ß. *vel* ʒ iiii. *zinzib. vel* ʒ iii. *cabebarũ. capiat quarto quoque die* ℥ v. *cum aqua decoct. cicerum rub. vel cum decocto guaiaci.* Si sufficienter non moueat ventrem, quiescat aliquot diebus, & pilulas accipiat: postea redeat ad syrupos: atque ita variando, materia paulatim concoquetur, aut dissipabitur. Poterit & loco syruporum lohoch cõficere, in hũc modũ: ℞. *syr. præscripti* ℥ iiii. *diaireos simplicis* ℥ i. *mis.* fiat lohoch: capiat lãbẽdo, maxime si strumas

habeat

272 habeat prope asperam arteriam aut gulam. Nam
concoquit & digerit materias, & ad euacuationẽ
præparat. Corroborentur interea internæ partes
& exiccẽtur, vt dictum est *theriaca, mithridatio, vel*
opiata sequenti: ℞. conserua helenii, vel ireos vel gladioli,
vel rad. apii ℥ iii. conser. capill. Ven. ℥ i. conserua anthos,
stœchados ana ℥ ß. (vel loco stœchados, si desit, florum be-
tonicæ) pul. diagal arom. rosa. ana ʒ i. ß. pul. rosa. nouella
& pliris cum mosco ana ʒ i. syr. conseruationis citri q. s.
fiat opiata. capiat bis in hebdomada ad quantita-
tem auellanæ superbibendo parum vini. Extrin-
secus fiunt *vnctiones, cataplas. emplast.* emollientia,
& digerentia. Emollire prius oportet, postea di-
gerere, vt in scirrho faciendum docet Galenus 14.
method. Hoc est intelligendum de scrofulis iam fa-
ctis & induratis. Nam, vt monstrauimus cap. de
inflammatione tonsillarum, modice exiccantia & a-
stringentia in principio strumas curant, absumen-
do paucam illam materiam. Sed cum iam factæ
strumæ incipiunt apparere, nec multum intume-
scunt, mitiora remedia accipere oportet, quæ si-
ne attractione digerunt & emolliunt, vt *oleum a-*
myg. amar. de lilio, ex decocto maluæ, farina sem. lini &
fœnugræci, ficuum, & axungia porci, & fiat catapla-
sma, cum *diachylo communi.* Ita sæpe sufficiunt in
principio. Sed postquam glandulæ imbutæ sunt
humore frigido & coagulato digerentibus magis
& emollientibus opus est, vt *oleo lilior. antiquo, de*
kerua antiquo, irino, sicyonio, & aliis eiusmodi. Pingue-
dines duæ sunt partium subtilium, & magis dige-
runt, vt *anatis, anseris, gallinæ*, tunc sunt accommo-
dæ: sic etiam *vulpis, taxi leonis.* Magis emollientia
erunt radix *bismaluæ, liliorum, cucum. agrestis.* Nam
hæc emolliunt & valenter digerunt. Radix *iari,*
dracunculi, ireos, gladioli, medulla cruris vituli, aut cer-
ui. adde *bdellium.* Ex his fiat cataplasma sic: *℞. bis-*
273 *maluæ cum toto liliorum ana ℥ ii. flor. chamam. meliloti*
ana p. i. fiat decoctio. in colatura dissolue, & adde
farina fabarum, lini. fœnugræci an. ℥ iii. axungiæ porci
sine sale lib. i. fiat cataplasma, contusis prius herbis.
Addi potest *oleum antiquum*, vel *oleum amygd. amar.*
vel *liliorum*, vel *irinum.* Interdum apponetur mel
in cataplasmate, quod vim habet digerendi & cõco-
quendi. Hæc in principio fiant. Postea fiat talis
vnctio: *℞. olei lilior. chamom. irini ana ℥ ii. muccilag.*
sem. lini. fœnugræc. ana ℥ i. flor. chamom. meliloti ana p. ß.
propoleos ℥ i. ceræ citrinæ q. s. fiat vnguentum. adden-
do *pingued. gallinæ, & anseris ana ʒ ii.* vel apponatur
diachylon magnum ireatum. Postea reiteretur cata-
plasma. Sed vt fortiora recipiat, sic parandum e-
rit: *℞. rad. cucumeris agrest. ireos ana ℥ i. rad. bismaluæ,*
acanthi. lilior. ana ℥ ii. scillæ ℥ ß. flor. chamom. meliloti,
sambuci ana p. i. sem. lini. fœnugræ. bismaluæ ana. ℥ i. fiat
decoctio in aqua & pauco aceto omnia contun-
dantur; & cõtusis adde *pingued. gallinæ, anseris, me-*
dulla cruris vituli ana ℥ ii. misce fiat cataplasma. Si ve-
lis addere *oleum*, adde ex fortioribus; & fiat sic: *℞.*
opopanac. bdellii. galbani, ammoniaci diß. in aceto scill.
ana ℥ ß. quod si non reperiatur acetum scilli. ad-
de *scillæ assatæ sub cineribus ℥ i. olei cimini agrestis, vel*
succi narcissi, vel rad. eiusdem ℥. ii. muccil. sem. lini & fœ-
nugræci, medulla cruris vituli, propoleos ana ℥ iii, con-
tundantur omnia, & contusa reducantur in for-
mam vngu. Continuet donec resoluantur. Quod
si essent in aliquo loco, vnde possent facile extra-
hi sine periculo neruorum descendentium aut ve
natum aut arteriarum, extirpandæ sunt: postea vl-
cus diligentissime siccatum ducatur ad cicatri-
cem. Sed extirpare parum tutum est, ob acciden-
tia, quæ sequuntur, maxime si in profundiore par
te delitescant. *Præterea* ad suppurationem ducere
est periculosum: nam periculum est, ne interius 274
rumpantur, & sanies defluat in pulmones, & ægrũ
suffocet. Strumas pungere radio *pastinacæ*, easdem
curat, vt ingruentes prohibet. Præterea idem face
re *os ranæ* piscatricis, scribit Plinius: sed cum nul-
lum habeat os in cauda, id dictum putat Ronde-
letius de Raia. Sunt & multa alia, quæ à tota sub-
stantia magis videntur facere, quam à manifesta
causa, vt & hoc vnguent. *℞. cineris agni casti flore cæ-*
ruleo, senectutis serpentis ana ℥ i. ceræ parum. incorpo-
rentur simul: fiat ad formam vnguent. addendo
parum *olei amyg. amar.* Multi credunt tali vnguen.
valere à proprietate occulta: sed id mihi videtur
præstare facultate exiccatoria, qua pollet *agnus ca-*
stus, & spolium serpentis. Additur vero *oleum amyg.* ne
affatim exiccando, tenuis substantia tantum ab-
sumatur. *Spolium viperæ* efficacius est, vel *cinis vipe-*
rarum, vel *trochisci viperarum*, quia digerunt. siccãt,
materiamque consumunt & intra & extra. Effica-
cissimum ad illas absumendas est medicamentũ
paratum ex *rad. gladioli*, quæ vel contunditur cum
melle, & comeditur; vel siccata in puluerem re-
ducitur. vel fiat talis opiata: *℞. gladioli conditi, vel*
exiccati ℥ i. cineris viperarum ℥ i ß. cineris spongiarũ ma-
rinarum non lotarum ante vstionem ℥ ß. pul. de gemmis
ʒ i. cum syr. de byzantiis fiat opiata, de qua capiatur
ad quantitatem castaneæ horis quatuor ante prã-
dium. Vtatur puluere præscripto cap. *de suffus. apud*
Rondeletium, addendo *salis torrefacti ℥ ii.* vel eiusdẽ
puluere præscripto in consilio scrophularum, qui
talis est: *℞. cinerum viperarum ʒ ii. cornu cerui vsti ℥ ß.*
rad. galangæ, iridis, cinamomi ana ʒ i. salis vsti ℥ iii. pi-
peris nigri ℥ ii. fiat pul. tenuissimus, de quo capiatur
alternis diebus mane horis quatuor ante prandi-
um vnum cochlear: & in condimentis augeatur
salis quantitas. Si suppurentur, fiat. vt dictum est
in consilio. Si his remediis non curentur, remittã-
tur ad regem Galliæ. Hæc consulebat Rondeleti- 275
us, quæ & nos consuluimus, cum examine Medi-
ci præsentis insignis & periti. Vel fiant hæc reme-
dia quæ M. Iohannes Tiengius, medicus Amstel-
rodamensis magnæ authoritatis præscripsit quon
dam ãno 1524. in æstate pro vxore Iacobi Verhoe-
uii habente scrofulam in furcula pectoris: ℞.
oxymellis simpl. ℥ i. syr. de byzantiis, syr. de stœchad. ana
ʒ ii. aq. hyssopi, fœniculi, absinthii ana ℥ i. misc. pro di-
gestiuo. Pro purgatione autem interpolatis vicib.
capiat ʒ i. *diaturbith, ex descrip. Rhas. ex turbith elect.*
zinz. zach. ana p. eq. vel dentur pillulæ fœtidæ; &
iuxta Mes. sumentes *turbith* cauere debent ab esu
piscium, & ab austro. detur aqua destillationis *flor.*
genistæ, ad præseruationem vel curationem scro-
fularum ʒ ii. omni mane, ex mente Argillatæ: eo-
dem

dem enim autore, *vt ipse Petrus Argillata expertus est*, delet scrofulas & omnes nodositates gutturis. sed & semen eius exhibitum, permixtum tamen (*vt monet Philagrius*) ne vomitum prouocet, cũ *pauco melle ros.* vel cum *pul. ros. & mastice*, & flores eius cõtriti ppinantur cũ *melle rosato* aut *ouo sorbili*. Consulo igitur vt p septimanã omni mane sumatur cochlear vnum istius aquæ destillatæ cum modico *mellis ros. & pulueribus* dictis, præterq̃ in die euacuationis. Rhases quoque & Serapio *authoritate Dioscoridis & Auicennæ, acetosam* decoctam in vino & contritam apponont: curat enim scrophulas, vti & *radix* collo suspensa. Interim roborabit caput, ne multiplicentur materiæ catarrhales descendẽtes ad loca affecta. ideo fumus sandaracæ bullitæ in aceto recipiatur per os: extrahit enim materias excellentes: & lauetur sæpius caput lixiuio vitis, decoctionis *hederæ arboreæ. flor. chamomil. & folior. senæ*, & exiccetur bene cum *peplis calidis*, &c.

276 SCHOLIA.

Scrofulæ.

QVid sint *scrofulæ ac strumæ, iam diximus* Scholio Obser. 7. huius libri. *Scrofulæ quoque vulgo vocatæ à pituita fiunt: quæ nihil aliud sunt, quam indurati adenes, in collo, alis & inguinibus præcipue consistentes. Vidi etiam in pectore, vt in illo mendico, qui Delphis ante Templum stipem emendicabat, qui totum pectus, collum & humerum strumosa habebat, adeo defœdata, vt omni vita mea tempore simile malum non conspexerim. Dicuntur à Græcis χοιράδες*, vt antea quoque dictum est, *vel à chœradibus petris, per marinas aquas transparentib. vel à suibus multiparis animalibus, & eo morbo frequenter afflictis. Latini, vt diximus,* Strumas *vocant. Vulgo apud nos* carnoffelen *dicuntur. Scrofula,* inquit Valescus cap. proprio, *sunt apostemata quæ veniunt in molli carne, vt* 14. Therap. cap. 8 *vel sunt apostemata dura in molli carne existentia, à phlegmate & melancholia generata & dicit Auicenna, q̃* scrophula *dicitur à* porcis *propterea q̃ porci ob gulositatem hoc malo afficiantur plurimum. Valescus putat etiam* scrofulã à scropha *nomen accepisse seu* porca: *quia sicut scrofa parit multos porcellos, sic vna scrofula videtur contrahere multas alias circa ipsam: nam prope vnam & aliæ plures generantur*, autore Auicenna, *ita vt congregentur vt nodi: & reperitur vnus nodus ac si esset racemus. Scrofulæ ergo sunt glandulæ schirroticæ*, vt dicit Auic. *Causa est ipsorum humorũ congestio, congestionis aũt fluxus fluxionis mala victus ratio: vnde virtus impotens in coquendo multitudinẽ humorum, trudit superflua ad partes debiliores, hoc est, ad ipsos adenes: qui apti sunt natura ad has superfluitates prõpte excipiendas. Struma igitur erit adenum passio, non ex calida materia, neque ad suppurationem properante; sed potius pituitosiore & frigidiore consistens. Quætiescunque igitur videbimus in axillis, inguinibus, in collo & in iis locis glandulosis tumores duros & scirrhosos, dicemus* strumas *esse: qui tumores nunquam soli, semper associati proueniunt, & omnes suis membranulis includuntur, quemadmodum* steatomata *&* melicerides *&* artheromata. *Differunt strumæ inter se* magnitudine, natura, loco, ortu, multitudine, *&* vasorum complicatione.

Xοιράδες.

Struma.

Causa.

Gal. Commen. 3. aph. 26.

Signa.

Differentia strumarum

277

Aetius lib. 15. cap. 5.

Magnitudine *qualia aliæ parua, aliæ magnæ, aliæ mediocres sunt.* Natura, *quoniam aliquæ mansuetæ, aliquæ malignæ comperiuntur:* mansuetæ, *citra inflammationem, citra dolorem, moderatam duritiem habent: neque enim molles sunt, velut tubercula adiposa,* steatomatã *appellata, neque dura, sicuti tumores indurati sed mediam quandam tactus proprietatem habent, & tumorem circumscriptum æqualem.* Malignæ *vero strumæ, inflammationes ac dolores pulsantes inducunt, & tumorem inæqualem præseferunt, in quo vasa prominent, & ad manuum contactum ac medicamentorum impositionem efferantur.* Loco *autem differunt, quoniam quædam in anteriori colli parte, quædam ab altera ipsius parte, quædam ab vtraque oriuntur, quædam item statim sub cutem superficiem habent, quædam circa magna ac nobilia vasa penitus insident.* Ortus, *quod quædam velut eleuata, quædam inserta oriuntur: & eleuata quidem facile huc illuc mouentur; inserta vero ad contactum renituntur.* Multitudine; *quia plures & pauciores generantur.* Vasorũ complicatione: *quædam enim venas ac arterias implicatas habent, quædam omnino non habent. Quod ad* prognostica *attinet;* Primo *omnes strumæ seu scrofulæ sunt difficilis curationis: attamẽ quæ infantibus accidunt, sunt salubriores; quæ vero senibus, grauiores curatu, quia eueniunt cum disconuenientia (vt aiunt) particularium.* Secundo *scrofulæ quibus non coniungitur dolor, sunt difficilioris curationis.* Tertio *maxime ad strumas in partibus colli aut capitis, sunt obnoxii & dispositi habentes colla curta, & sunt humidarum complexionum,* teste Auicenna. *Quarto refert idem Auicenna, loca in quibus plurimum generantur scrofulæ, sunt collum, axillæ; cum ibi sint carnes molliores, ac earum spacia venis implicata: vt* patet etiam 14. method. cap. 4. *Quinto, numerosæ strumæ partes externas occupantes, & sede subinde mutata, huc atque illuc per corpus vagantes, cũ aduentitia quadã caliditate, plane testantur, ac indicant, easdẽ germina esse ac sobolem chœradũ internarum*, vt Arnoldus de Villanoua in Parabol. doct. 6. annotauit. *Proinde q̃ forinsecus illis admouentur auxilia, parũ aut nihil pficiũt. Hæ aũt*, vt putauit Auicen. *ex casu & offensione, seu allisione fiunt: & ita in nostris corporib. multiplicantur.* Sexto, *secundũ eiusdẽ Auicennæ sententiã. scrofulæ seu strumæ quib. cõiungitur dolor & apostema calidũ cũ materia calida tendente ad maturationẽ, sunt magis curabiles*, vt & Valesc. & referre x eodẽ Auicen. *quia in saniẽ permutantur, & materia purgatur & mundificatur, modo diligenter tractentur, & apertio loci diuturna subsequatur cũ maturatione rei duræ, h. e. indurata* Septimo, *conducũt vel magnopere strumosis ipsis, medicamenta purgãtia, potiones diureticæ, atque electuaria (vt vocant) resiccantia, itẽ ætatis mutatio in paruulis.* Cæterũ *pueri ipsi propter voracitatem & gulæ intemperantiam, ac corporis raritatẽ. strumis frequentius corripiuntur: senes vero ob causas contrarias rarius. Ad hæc q̃ breuis atque angusta sunt fronte & cõpressa habent tẽpora, ac maxillas amplas. strumis sunt obnoxii: in talib. enim materia prompte determinatur ad collũ, vt* ex recentiorib. chirurgis annotauit Henricus. *Octauo strumæ præcipue* (vt Celsus ait) *fatigare medicos solent, quoniã & febres mouent, nec vnquam facile maturescũt: & siue ferro siue medicamentis curẽtur, plerũq; iterũ iuxta cicatrices ipsas resurgunt multoq; post, medicamento est opus. quibus quoque accedit, quod longo spatio decment.* Nono: *incisio eiusmodi abscessuum, itidẽ & corrosio, magnopere verenda est, circa ventrem, collum, & commissuras, propter propinquitatem venarũ arteriarum,*

Prognostica.

Arnoldus à Villanoua.

Auicenna. 278

Quæ ætatis naturæ & corporis cõstructiones strumis magis sint exposita.

Celsus.

arum, & neruorũ ac internæ etiam capacitatis. In incisione quoque magnarum glandularum, summopere vitare oportet venam, quæ ad radicem earum sita est, & illis alimoniam defert. Sæpe enim magnam hæmorrhagiam, id est, sanguinis profusionem excitat: vnde non mediocre tandem sequitur periculum.

Magnitudo. Decimo, *cum strumæ inter se differant* (vti diximus) *magnitudine, & vasorum complicatione,* vt ex Leonida annotauit Aetius: *itaque paruæ strumæ maioribus facilius curantur; sicut mites inflammatis.*

Natura. *& sic* Vndecimo *maleficæ sanari non possunt. Cum enim omnes eiusmodi strumæ cancrosæ, ac vasis refertæ sint, dum curantur, profusionis sanguinis periculum adferunt: præterquã quod cũ plerumque penitiores inueniantur, minime abscindi possunt. Vasa enim notabilia, venas inquam iugulares, & arterias, quæ caro-*

279 *tides appellantur, maleficæ strumæ tanquam radices habent.*

Locus. Duodecimo: *pro loci ratione, superficiariæ quidẽ strumæ profundis curatu faciliores sunt, deinde quæ ĩ collo eueniunt; vbi tamen vocales neruos diligenter vitare oportet. Multi enim strumas circa asperam arteriam incidendo, vocalibus neruis simul excisis, reliquo deinceps vitæ tempore ægrotos sine voce reddiderunt: Nam præter eius nerui excisionem, vocalia instrumenta denudata, & inter curandum refrigerata, vocis functionem violarunt.*

Multitudo. Decimotertio: *pro multitudine strumarum, constat vnam pluribus facilius curari posse.*

Ortus. *Sicut* Decimoquarto, *quantum ad ortus rationem attinet, longe citius sanescunt suspensæ, quam quæ insertæ fuerint.* Ad actum *igitur* curandi *propius accedendo; tres dicimus habendas intentiones: quarum prima versatur* circa victus regimen: *secunda* circa euacuationem materiæ antecedentis: *tertia* circa remotionem materiæ coniunctæ.

Curatio.

Victus. *Victus sit tenuis: abstineant ægri ab omnibus crassos generantibus succos: edant cibaria facilis digestionis, & boni succi, in quibus aliquid* fœniculi *&* oreoselini *sit admixtum: carnes vernecis, vituli, pullorum, auium in montibus degentium potius assas, quam elixas: fames & sitis quam maxime fieri potest, toleranda: abstineant à vino non penitus, sed dilutum bibant. Aeris mutatio multum confert: hinc enim plerique sanati. cuius si eligendi detur facultas, siccior eligatur. Fugiant* pluuias & ventos. *Caput non abluatur, sed furfuribus fricetur, vel lixiuio in quo rasura cupressi rosæ & similia sint cocta. Motus & somnus sit moderatus. Aluus si non respondeat, lubrica reddatur.* Secunda *intentio est*, materiam antecedentẽ

Medicamentorum ratio. Præparatio euacuare: *quam tenacẽ & pituitosam huiusmodi syrupi per quinque vel plures vices (prout opus erit) exhibitis præparabimus & digeremus:* ℞. oxymelitis simpl. syr. de duabus rad. mellis rosa. ana ℥ vi. aquar. fœnic. fumoteriæ, cicoreæ ana ℥ i. misc. e. *Præparatam materiam infrascripta vel simili potione vacuabis:* ℞. elect. indi maioris, diaphœniconis ana ʒ ii. diacath. ʒ i. syr. viol. ℥ ß. *misce & cum decocto communi fiat breuis*

Euacuatio *potio. proderit etiam singulo mane antecibum* ʒ i. *ad minus huius confectionis sumere:* ℞. diacatholiconis ʒ i. mellis rosa. ℥ x. diaturbith ℥ ß. agar. trochis. ʒ ii. zinzib. ʒ i. ß. *misce & cũ zach. fiat confectio secundum ar-*

280 *tem. Sectio venæ in pueris non multũ, sed in adultis quandoque probatur. Confert exulcerare caput circa commissuram coronalem & sagittalem, quando videlicet strumæ occupauerint illas partes. In pueris tenellis solent inungere* commissuras, *& imponere* folia caulium, *vel* hydropiperis, *vel* sambuci, *quæ sine dolore exulcerant: vel* folia flammulæ Iouis: *itẽ* saponem nigrũ cũ butyro.

Masticatoria. *In adultioribus tentant euacuatione per masticatoria ex* pyrethro, *vel ex simili* pastillo: ℞. piper. albi ʒ i. ß. pyrethri ℈ ii. hyssopi, origani ana ʒ i. synapis ʒ ii. zinzib. ʒ i. masticћes ʒ i. ß. *trita excipiantur melle, & formentur masticatorii pastilli. Et quoniã in his malignis affectibus varia tentare vt plurimũ salutare est, poterit æger ex infra scribendis pilulis per quadraginta dies singulo mane, ex monitu Ioannis de Vigo, vnã deglutire:*

Pilulæ. ℞. euphorbii, zinzib. turbith, succi rad. ireos, agarici ana ʒ i. *contusa misce: & formentur pilulæ nu. 40. Itẽ sumat in diluculo* ℥ ß. *huius confectionis.* ℞. mell. rosa. syr. è stœchade ana ℥ iii. zach. ℥ iiii. agarici trochisc. ℥ ß. salis gemmæ, spicæ, cinamomi, galangæ ana ʒ ii. garyophyl. macis ana ʒ i. polypod. ʒ i. ß. elect. indi maioris ana ʒ i. ß. turbith præparati ʒ ii. piperis longi ℈ ii. *misce, & cum* vino cydoniorũ *fiat confectio quæ in dispositionibus pituitosis mire confert.*

Intentio quæ versatur circa materiam coniunctam. *Tertia intentio versatur* circa materiã coniunctã: *quã curamus per medicamenta* repellentia, exiccantia, discutientia, *per pus mouentia, & tãdẽ per chirurgiã. Incipientib. strumis* repellentia *conueniunt: inde* exiccantia & discutientia *applicamus. Quæ aũt emolliunt, discutiunt, consumunt, diximus* secũdo canone, Scholio præcedente.

Diastruthium. *Pau.* lib. 7. *dicit emplastrũ* diastruthiũ *ad strumas discutiendas facere. habet* argenti spumæ, i.e. lithargyri, rad. lanariæ, aristolochiæ ana ℥ iiii. galbani squamæ æris, aloes ana ℥ i. mannæ thuris ℥ ii. guttæ ammoniacæ lib. ß. resinæ piceæ ℥ xvi. aceti scillini q. s. *ad aridorũ leuigationem. Probe ẽt discutit,* eodem autore,

Strumas discutientia. calx viua, *i.e.* aqua non extincta, melle vel gymnasiorũ sordib. *seu* balneorũ strigmento *excepta, vel* oleo vel adipe suillo. *Idem præstat Aetio* sola palestræ sordes, à parietib. derasa, & probe subacta, super linteolo extensa, *& emplastri modo applicata. Ad id ẽt efficaciter auxiliatur* calcis nitrique *par modus,* carda- 281 momi & fœnugræci *quadruplus, cũ melle malagmatis modo impositus. Strumas quoq; discutit,* lupino*rũ* amarorũ farina, ex oxymellite cocta & illita. *Ad idẽ pclare facit* bubulũ *stercus aceto incoctũ & dilutũ: id n. tumores scirrhosos oẽs instar cataplasmatis appositũ mirifice dissipat.* Grossi *ẽt, præcipue* caprifici, *cũ axungia appositi, omnẽ tumorẽ discutiunt. Valet præterea hoc ceratũ, quod hẽt* sulphuris, sem. nasturtii, vrticæ ana ʒ i. nitri ʒ i. ß. mirrhæ. galbani: ãmoniaci ana ʒ i. olei veteris ℥ iii. ß. *cũ* cera & resina therebinthina, *quod satis est formetur ceratũ. Hac curandi ratione strumis nondũ inueteratis medeberis. tũ in pueris, tũ in his, qui manuũ opus refugiũt medicamẽtis sc. dissoluentib. ac p halitũ discutientib. Porrosi digerentia medicamina nihil in huiusmodi abscessib. profecerint, vel ad suppurationẽ ducẽdi erũt: vel excidẽdi, vel manu curãdi,* vt in sequẽtib. dicet. *Quomõ aũt strumæ*

Suppurãtia. Detergẽtia. *ad suppurationẽ sint perducẽda, diximus* Scholio Obs. 8. *& quæ detergũt post apertionẽ, cũ tertii canonis declarationẽ poneremus: & inter cætera diximus ibid. vng. quod ex* chal-

Vng. ex chalcitide & diapalma. citide *fit, seu* diapalma, *egregie detergere strumas malignas & vlceratas. quod hẽt adipis veteris, h.e.* axũgiæ põdo duo, olei veteris, lythargyri ana põdo tria chalcitidis triẽtẽ, *i.e.* ℥ iiii. *adeps ad ignẽ liquetur & per colũde stilletur: cui reliqua admiscẽtur: hĩt cõiecta incocabũt ramulo palmæ arboris mouẽtur: oportet aũt, vt ramulus sit recens,*

recens, habens hinc inde portiunculas foliorum contusas,
vt pharmacum succo suo inficiat: proinde tenuia palmæ
fragmenta inijcere oportet, vbi medicamentum cerato
consistentiam similem habuerit: nam si inter initia im-
mixtas, succus ipsorum quem manere volumus ex decoctio-
ne consumetur. At si strumæ ita sint maligna, vt neque dis-
cuti neque suppurari possint, ad chirurgiam deueniendum,
hoc est, ad quartum canonem, quem posuimus Scholio
Obs. 7. *qui ita erat generalis:* Strumas, quæ ex prædi-
ctis auxiliis curationem non recipiunt, & mobi-
les sunt, blandæ, morigeræ ac tractabiles, incidito
atque extrahito, *hunc canonem (vti Scholio Obs. octaua*
proposueramus) hic explicabimus. Quod ad quartum ita-
282 *que canonem attinet, blandas, morigeras superficiarias*

Quartus canon scholio obs. 7 declaratur.

& sanabiles strumas, sic optime ac breuissime tractabis.
Ægrum inprimis prostratum recumbere iubeto:
sedens enim animi deliquio facillime corripere-
tur. Vbi laborans sic decubuerit, cruribus inter se
inuicé & ad lecti fulcra innixis, caput à ministris
firmiter detineri imperato. *Deinde* cutim tumori
adiacentem, recta, vel subobliqua sectione inci-
dito. Quæ enim in collo per transuersum fit sectio,
prorsus inutilis est. In eo siquidem vasa & nerui
recta porriguntur. *Cæterum* non affatim, neq; vni-
co impetu, totam cutis crassitudinem secabis: ni-
hil enim violenter in hoc fieri volumus. *Atqui* in

Modus inciendi & euellendi strumas ex Albucasi, & apud Aetium ex Leonida.

paruis quidem tumoribus, hoc est, strumis minu-
tioribus, simplicé sectionem facito, hoc est, sim-
plici linea cutim diuidito: in maioribus vero, cu-
tim ad myrtei folij figuram incidito: tum vasa, id
est, venas & arterias, paulatim & blande denuda-
ta seponito. Post hæc vero sectionis labra, seu oras
cutis incisæ, volsellis, seu hamulis distendito, ac
dilatato, ac membranas digitis, & scalpri capulo,
vel spathula, excoriato, strumamque, vbi nudata
& explicata membranis apparebit, paulatim exi-
mito. Cæterum si struma inserta, seu vasis imple-

Hæc eadem & Tagaultius & Leonides de strumis exscripserunt: quæ & Guido ex Albucasi aut Aetio desumpserat.

xa fuerit, summa attentione opus tractandum est,
ne per incuriam copiosa sanguinis profusio se-
quatur. propterea in agendo, vnum duntaxat se-
ctionis labium volsella protrahatur, & ita sensim
à connexis corporibus scalpelli acie separetur.
Cumque ab vno latere connexio diuulsa, ac solu-
ta fuerit, in altero idem penitus repetatur: deinde
rota basis propter neruos, & subiecta vasa excida-
tur. In strumis vero, quæ circa alas & inguina con-
tingunt, ob cutis reduplicationem sectio transuer-
sa ducitur. Porro in sectione, quæ fit in strumis
collum occupantibus, summa cura adhibenda
est, ne vel arteriæ, quas carotidas vocant, vel re-
currentes nerui attingantur violenturque. Si au-
tem vase aliquo inter secandum diuiso, sanguinis
profusio tuum opus remoretur ac obturbet, vas
ipsum funiculo excipito, vel nisi magnum admo-
dum fuerit, penitus (vt Paulus consulit) abscin-
dito, vel præsidia sistendo sanguini (si non magno

Paulus.

impetu prorumpat) dicata, applicato Deinde ad
inceptum opus reuertitor. Itaq; vbi in artum stru-
mæ basis venerit, dextre ac per se ipsam præcidito,
immissoq; indice, locum pertractato, ac diligen-
283 ter scrutator, nũ & aliæ sint strumæ adiectæ, quas
& eodem quo supra diximus modo, si quæ inuen-
tæ fuerint, extrahito. Porro modicum sanguinis
fluorem facile compesces, admotis iis, quæ facul-
taté habent exiccandi: vt stupis, spongia aut lina-
mentis ex xylo, id est, cotone factis, in aquã frigi-
dam vel acetũ, aut in miscellam ex vtroq; (quam
oxycraton vocant) infusis, & postea expressis. Sin
sectio incruenta perstiterit, thuris polline eam re-
pleto, linamentaq; imponito, ac pro linamento-
rum custodia, lanam vino madentem alligato:
postridie permissis ligamentis locus vino & oleo
perfundatur: & hoc vsq; ad tertiam aut quartam
diem fiat. deinde soluatur, & suppuratio procure-
tur, & curatio reliquis vlceribus cõmunis fiat. Ad
repurgandum autem & incarnandum, & ad cica-
tricé inducẽdam, theriaca efficacissima est Quod
si vena aliqua amplior & essatu digna, cum radice
seu fundo glandulæ, vel strumæ, aut cõsimilis ex-
crescentiæ pituitosæ connexa sit, nõ ex basi ipsam
exscindere, sed funiculo excipere ac constringere

Si vena strumæ sit annexa, quid faciendum.

conuenit, quo particulatim citra periculum sua
spõte excidat. Quo in casu per linaméta postmo-
dum curatio adhibẽda erit. Est autẽ vinculum ex
materia aliqua non facile putrescibili, cuiusmodi
sunt fila quæ serica nũcupantur, aut graciles chor-
dæ testudinum. Quæ enim facile putrescunt, ea
cito ab iis quæ exceperũt decidunt. *Cæterum si per-*
acto opere, aliquid ex folliculo, seu natẽ rana materiã præ-
dictorũ abscessuum obuoluente, vel aliud extraneum quid-
piam remanserit, iubet Albucasis illud absumendum esse,

Albucasis.

implendo vulnus primis diebus xylo, id est, cotone: *vel*
alio consimili, aqua salsa imbuto. Guido autẽ, vt reliquias

Guido.

illas absumeret, hiantem sinum implebat, primum quidem
oui candido, *alumine respersio & inspissato: postea vero*
vnguento Ægyptiaco, *vel aliquo ex corrodentibus, quæ*
in antidotario describuntur. Porro in omnibus eiusmodi
operationibus apponenda sunt, quæ dolorem leniunt. Inter
cætera autem communiter admouent stupas cui candido
liquore & rosaceo imbutas. Quinti canonis scopum ita as-
sequeris: cutim caustico, *id est,* vrente aliquo medi-

Canon 5. Corrosio & mundificatio.

camine pro ratione magnitudinis abscessus ab-
rumpito. *Nam & medicamento caustico strumas etiam*
auferre possumus (vt sæpe feliciter fieri vidimus: etsi inter-
dum cicatrix fœda relinquatur) & abscessus pituitosos,
nisi sint profunda, nam tunc pronunciandum strumas in-
sanabiles esse: assequimur scopum, si aperta sint, imponendo 284
aliquid trochisci de minio Iohannis de Vigo: *vel*
medicamentum ex auripigmento & sandaracha: ℞.
auripigmẽti vsti, sandarachæ vstæ ana ℥j. *misce cum*
axungia q. s. Si vero non sint aperta, abrumpimus cutim
aliquo vrente medicamine, pro ratione magnitudinis ex-
crescentiæ. Verum dum id moliris, summa cura obseruan-
dũ est, ne partes alias circumiacentes medicamen adurens
attingat: perbelle autẽ opus hoc absolues, admoto caustico
ex calce aut sapone. Hæc effectũ suũ intra duodecim hora-
rum spatium feliciter adimplent. Quod si diutius perman-

Caust. cum ex calce & sapone.

serint, nihil inde tamen periculi aut incommodi sequetur.
Itaque caustico iam abrupta cute, & inducta eo in loco
eschara, *id est, crusta, per medium ipsius crustæ abscessum*
recta linea in longũ diuidito (incides autẽ versus pro-
fundum fere ad viuũ vsq;) *& in sectionem, seu hians*
vulnus, linamentũ, aliquo ex dicte medicamento (cuius
generis est puluis asphodelorum) *respersum impone-*

ro. Porro tametsi plerique valde multa admoueant, quæ in
Arsenicum lib. 6. apud Tagautium *recensentur; arsenicum tamen*
in hac re primum obtinet, modo quis nouerit eo recte vti.
Visum autem ipsius certus modus describi non potest vt lib.
3. Therap. Gal. annotauit. *Proinde non temere eo v-*
tendum est. Quandoquidem medicamentum est supra mo-
dum vehemens ac violentum, febres excitans, & multa
Quantitas arsenici. *alia praua symptomata inducens. Adde quod minima e-*
tiam quantitate adhibitum, mirum, & fere incredibilem
effectum præstat. Communis tamen eius modus seu quan-
titas est, medietas grani vnius frumenti tritici; in corpore
quidem robusto & particulis à principibus membris longe
semotis: in debilibus vero naturis, & locis iuxta principes
partes sitis, minor quantitas admouenda erit. Vt autem in
vniuersum pronuncietur, melius ac tutius est parum &
sæpius ex eo offerre, quam semel & vice vna quantitatem
immodicam. Eius autem operatio, seu effectus durat tres
dies integros. Quare toto eo tempore, laborans victu febri-
citantium vti debet. Membrum vero affectum, & partes
circumiacentes ad tutelam sui, & fluxionem (quam im-
moderatus calor excitare posset) *prohibendam, vn-*
guento quod populeon *appellatur*, aqua *quoq; vel* suc-
co solani *&* aceto, *aliisque id genus refrigerantibus il-*
285 *lini, ac perfundi debent. Quando autem certo tibi consta-*
Quando crusta resoluenda. *bit, glandulam iam corruptam esse, atque absumptam*
(quod ex duritie & tumore crustæ inductæ de-
prehendes; *tunc crusta à viuo resoluenda erit. admoto*
scilicet butyro loto, *&* momento farinæ triticeæ
inspissato, *vel aliquo alio pingui & vnctuoso non salito,*
vt axungia suilla: *Vbi vero crusta exciderit, si quippiam*
adhuc ex glandula, lupia, *aut* struma *remanserit, id*
absumendum erit eroden te medicamento: vt puluere aspho-
delorum, vnguento Ægyptiaco, *aut* alio consimi-
li. *At si nihil amplius superfit more aliorum vlcerum ad*
Canon 6. Ligatura & euulsio. *cicatricem perducetur. Vt sexti canonis scopum assequaris,*
vinculo serico aut setis equinis deligādi sunt eius-
modi abscessus, vel etiam strumæ, quæ bases seu
radices habent in angustum venientes, atque in-
dies magis ac magis prioribus vinculis, aut nouis
adhibitis, stringendi, donec scilicet resiccati ap-
pareant, & sponte sua (vt de insertis, ac maiori-
bus vasis implexis diximus) excidant. *Adiuuandum*
autem erit vinculum aliquo exedente medicamenta & de-
siccante. Demulcendus quoque erit dolor oui candido li-
quore, rosaceo, vnguento populeo, *aut quouis alio*
doloris mitigatorio: Vbi autem sponte deciderint funiculi,
locum emplastro Barbara *fouendo sanabis; vel eo modo*
quem supra explicamus, persanentur. Isti Canones iam di-
cti non solum ad strumas curandas faciunt, sed & priores
alii tres, quos explicauimus Scholio Obs. 8. *in vniuer-*
sum ad abscessus toto genere præter naturam consistentes, à
pituita præsertim ortum ducentes, faciunt; quemadmo-
dum & Tagautius de excrescentiis phlegmaticis *an-*
notauit, quem & Leonus sequutus est, quæ partim ex Pau-
lo, & Aetio, partim etiam ex Guidone decerpta sunt.

OBSERVATIO XI.

De quodam scrophulam habente in collo.

CVM quidam scrophulam in collo haberet,
vtile mihi visum fuit vt ab omnibus frigidis
abstineret, quemadmodum eidem lingua vulgari
scripsi: deinde vt omni septimana semel sumeret
ex sequenti puluere pondere vnius floreni Rhe- 286
nensis, in diluculo: ℞. *turbith electi* ʒ iij *zinz. ma-*
stich ana ʒ j. *zacch. albi* ʒ vi. fiat pul. mane bibat
sæpius ex decocto *rad scrophularis, fil: edula & im-*
petiella. Bis in die inungat se cum isto vng ℞. *empla-*
stri oxycrocei ℥ ß *olei chamomill lilior. alb ana* ℥ j *misce.*
Quidam lolium cum *surfure, sem lini & stercore co-*
lumbino, cum modico vino decocta pultis instar
apposuere: quod duritiem mirabiliter resoluit. &
à proprietate valere volunt *agrimoniam* collo sus-
pensam: *radicemq; asphodeli* contusam & impositā.
sed egregie cōfert pinguedo destillans ex ansere,
inuncta. At & hoc vnguentum quoque mirabile
habetur ad scrophulas. ℞. *arsenici rubri* ʒ ij. *argenti*
sublimati ʒ ß *rad serpentariæ, rad betonica, panis porci-*
ni ana ʒ ß *aloes epatica* ʒ j. omnium fiat pul. & cum
axungia fiat vng. dissoluit enim scrophulas: ego
tamen cum cautione, si in collo sint, vel sub axil-
lis, eo vtendum suaderem. Sed potius hoc sequēti
vti vellem, quod ad scrophulas, glandulas & no-
dos duros facit: ℞. *medulla crurium vituli* ℥ ij *butyri*
recentis, dialthea ana ℥ ß. *misce* fiat vng & ad glan-
dulas in collo valet egregie *farina siliginis* cū melle
apum, emplastri modo. Sic cum iuuencula quæ-
dā pateretur scrophulas in collo circa furculam;
Laurentius Brunisck chirurgiæ doctor ad eam
accitus istud emplastrum apposuit: ℞. *cineris caul.*
rub. combust. salis communis tosti part æqual. & cum
melle cōmuni fiat emplastrum supra ignem. Diu
admotum fuit, sed parum aut nihil profuit. quare
præscripsit fotum partim maturatiuum, partim
resolutiuum: mox eodem emplastro apposito, ci-
to suppuratæ sunt, natura faciente duo vel tria fo-
ramina, quæ tandem per concauitates intercura-
neas in vnum congregatæ sunt. hoc viso, forcipe
aperuit in modum crucis, ac labia deinde abscissa 287
cœpit primo mundificare cum *vng. Ægyptiaco*, de-
inde cum *dulcibus*, & bene valuit cum *populeone* vel
alio ex *succis cum butyro parato.* Vnde facta est incar-
nario, & per alumen vstum superflua caro corro-
sa, si nimium excresceret. vbi parum, cum pulue-
re ossis sepiæ incarnatum est. & etiam cicatrice
obductum est vlcus; & putabatur curata. sed tan-
dem in angulo vnius vlceris parua quædam albe-
do apparuit, quæ cum tangeretur ac cannula pro-
baretur, ad cānulam gutturis videbatur quasi in-
trare: at postea tamen exiccatum est: quanquam
postremo abscessus pituitosi alii superuenerint,
vnde valde debilitata est: quia in omnibus quasi
iuncturis magnis superuenerunt; & sic diu per-
mansit languens, neque exulcerationes poterant
exiccari, corpore ad vltimū valde exhausto. & id-
eo recte dicebat Rhases, *Qui patiuntur scrophulas,*
non viuunt secure: nam eodem reste, adeo aliquando ex-
crescunt, vt melonem superent. Hic in mentē mihi ve-
nit puellæ apud Amatum, quæ iam diu strumis
in collo & aliis torquebatur, curata melius habe-
bat, imo à multis earum sana euaserat; sed nunc
denuo illi duæ circa tempora natæ sunt, quæ ad
mollitiem ita peruenerunt, vt apertione indigere
viderentur. At quum medicus in earū incisura se-
gnior

gnior factus esset, ex se resolutæ sunt, nullum ini-bi relinquentes vestigium: ab hoc vero vno vel altero inte:posito mense in sincipite altera nata est, quæ vt reliquæ mollis erat: medicus vero credens hanc vt cæteras ex se quoque resolutum iri & difflatum, ad tempus aperturam distulit; & eo magis, quia minor indies veniebat At quũ puella de loco quereretur, illico strumam aperiri fecimus, eam in cute secantes, à qua nullum pus aut sanies exiuit; in ea tamen crassa quædam membranula liquido cõspiciebatur, & ea quidem carnosa, cuius portiunculam extraximus; sed sequẽti
288 die versus eam partem frontis vbi pili à fronte separantur, cranium totum corrosum comparuit, quam cranii corrosionem cariemve, neoterici chirurgici talpariam appellant, & eam scalpro radendo ad duram vsque meningem extrahi fecimus. Postea vero humore ad expulsionem parato per syrupos de epithymo, de betonica & fumoterra, cum decocto sena dilutos, per catapotia eum expulimus: ac postea puellam illini fecimus eo vnguento, quo ad morbum Gallicum aliptæ vti sæpe consueuerunt. Porro interea dum puella inungebatur, struma quædam in pectoris alta parte comparuit, cui emolliens emplastrum, quod officinæ publice parant, & alterius luminaris autor Venetiis in maximo & frequenti vsu habitum refert, applicitum fuit. Vt tamen puella hæc ex integro sana fieret, ne amplius in morbum recideret, post syr. de elleboro cum decoctione sena exhibitum, ac per catapotia de nitro Alexandri & fœtida repurgatum corpus ligni guaiaci decoctum epithymo, sena, carthamo, polypodio & hermodactylis compositum, illi obtulimus ad quadraginta fere dies: quo puella sanitatem adepta est, nec morbus grauis & sæuus amplius recruduit. Ita & nostro ægro, cui scrophulæ collum occupauerant, decoctum guaiaci cum iam dictis feliciter propinauimus.

SCHOLIA.

QVIDAM (vt Valescus quoque refert) ante particularem curationem scrophularum, aliquot canones præter eos, quos antea diximus, etiam ponunt: qualis ille primus canon est Auicennæ, quod radix super qua est fiducia in curatione habentium scrophulas, est euacuatio & subtiliatio regiminis, vt loquuntur; in quo canone continentur duæ intentiones. Secundus canon: si signa sanguinis appareant phlebotomia ex cephalica, Auicennæ authoritate commendatur. Tertius, & est Arnoldi de Villanoua parabol. doct. 6. Turma scrophularum colli securius extirpantur, corrosione medicinali, & per saniem, quã ferro. Quartus, qui ab eodem ponitur, eodem lo-

Canones vniuersales obseruandi in curatione strumarum seu scrophularum.

289 co: quælibet extirpatio pestis inguinariæ vel subaxillariæ, & præcertim scrophularum, in pueris ac debilibus est vetanda, maxime in æstate, ne corpora febribus aut nimia purulentia cõcalescant. Quintus: vsus aquarum mineralium, & maxime saponis tartarei vel acuti, non solum interiora bocia, sed extrinseca valet attenuare. Sextus, vti & quintus, ab eodem Arnoldo ponitur ibidem: glandulosa collectio non inhærens neruis aut magnis venis, vt nodus extirpari debet incisione cum cysti sua. Septimus & est Auic. cap proprio: de euacuationibus laudabilibus in scrophulis, est vomitus: & hoc dicit eo quod euacuat materiam antecedentem: Octauus: euacuare pituitam crassam præ cæteris iuuat cum turbith: ipsum enim purgat phlegma grossum (vt dicunt) sine calfactione. & sine rasura intestinorum. Nonus: quando scrophulæ magnitudine valde excedunt, caueant chirurgi à curatione earundem cum ferro aut medicamine acuto, quem canonem & Auic. posuit. Decimus est Gal. 14. artis par. si scrophulæ fuerint in loco vbi non sint multæ venæ nec arteriæ, & sunt quasi separatæ, & nõ possunt resolui cum resoluẽtibus, oportet tales cum putrefactione putrefieri, aut cum chirurgia incidi: & tunc caueamus venis & arteriis & neruis, ne simul cum incisione patiantur. Vndecimus: propterea quod rheuma capitis aliquando causa existit scrophularum colli, ad caput effumans, ideo rheuma exiccandum est, & tollendum, quo scrophulosi deinde commodius iuuari possent. Cum itaque strumosæ ægritudines sint valde suspectæ, & sæpius ad peiores ægritudines conuertantur, vt de signis prognosticis alias diximus, ideo scrophulas patientes sollicite studere debent vt particularis curatio à docto medico & perito chirurgo inueniri possit. Curatio itaque particularis scrophularum in se primam continet intentionem, iuxta tenorem secundæ partis primi canonis, vt regimen subtilietur. At Auicenna non intellexit de regimine tantum cibi ac potus, sed totius vitæ institutionem circa res non naturales: quare aer illi commodus ac vtilis erit clarus, mundus, siccus, & in caliditate temperatus. ideo neque in aere nebuloso, crasso, turbido, paludoso, aquoso aut multum frigido immorandum: non versetur sub radiis lunæ: vitandus erit somnus diurnus, & is qui statim à

Curatio particularis.

Vitæ institutio.

290 cibo fit, vel solito longior. dormiat vero vertice sublimi, non super faciem incumbendo aut collum premendo, aut caput. Tristitiam quoque declinet, sollicitudinem, mœrorem, fortem locutionem, cantum clamorem seu vociferationem, vt admonet Auicenna; tum maxime ab iis omnibus caueat quæ concitant humores versus caput. Sit illius exercitium temperatum, ante cibum & coctionem eiusdem in ventriculo ambulatione vtatur, frictionibus matutinis, tibiarum, pedum brachiorum, abstineat à pectinationibus. Cibus eius sit attenuans, optimæ digestionis, vt sunt carnes mutonum, vituli, caponum, gallinarum iuuenum, perdicum, phasianorũ, auicularum maxime in campis & nemoribus degentium potius assarum quam elixarum. Caueat sibi à carnibus porcinis, vaccinis, leporinis, ceruinis, & potissimum multum salitis, & à carnibus auium in aquis degentium, maxime à capitibus animalium & interaneis, etiam à carnibus fumo induratis, caprinis: similiter à leguminibus, pisis, fabis, phaseolis, ciceris pisorum iuscula & c terum concedi possent. Vitanda quoque oryza, frumentum, panicum, milium. Cauere enim oportet à pane ozymo & miliaceo, & omnibus quæ crassum generant humorem; vt omni leguminum substantia, frumento cocto, caseo: caules quoque dimittantur & quæcunque humorem aquosum generant, vt sunt species fructuum recentium omnium recensitum; pisces grassi, glutinosi, viscosi, belua marina, & singulariter salita, offæ, turcæ

Cibus.

to. Porro tametsi plerique valde multa admoueant, quæ in
Arsenicum lib. 6. apud Tagautium *recensentur; arsenicum tamen*
in hac re primum obtinet, modo quis nouerit eo recte vti.
Vsus autem ipsius certus modus describi non potest, vt lib.
3. Therap. Gal. annotauit. *Proinde non temere eo v-*
tendum est. Quandoquidem medicamentum est supra mo-
dum vehemens ac violentum, febres excitans, & multa
Quantitas arsenici. *alia praua symptomata inducens. Adde quod minima e-*
tiam quantitate adhibitum, mirum & fere incredibilem
effectum præstat. Communis tamen eius modus seu quan-
titas est, medietas grani vnius frumenti tritici, in corpore
quidem robusto & particulis à principibus membris longe
remotis: in debilibus vero naturis, & locis iuxta principes
partes sitis, minor quantitas admouenda erit. Vt autem in
vniuersum pronuncietur, melius ac tutius est parum &
sæpius ex eo offerre, quam semel & vice vna quantitatem
immodicam. Eius autem operatio, seu effectus durat tres
dies integros. Quare toto eo tempore, laborans victu febri-
citantium vti debet. Membrum vero affectum, & partes
circumiacentes ad tutelam sui, & fluxionem (quam im-
moderatus calor excitare posset) *prohibendam, vn-*
guento quod populeon *appellatur*, aqua *quoque, vel suc-*
co solani *& aceto, aliisque id genus refrigerantibus il-*
285 *lini, ac perfundi debent. Quando autem certo tibi consta-*
Quando crusta resoluenda. *bit, glandulam iam corruptam esse, atque absumptam*
(quod ex duritie & tumore crustæ inductæ de-
prehendes; *tunc crusta à vino resoluenda erit. admoto*
scilicet butyro loto, & momento farinæ triticeæ
inspissato, *vel aliquo alio pingui & vnctuoso non salito,*
vt axungia suilla: *Vbi vero crusta exciderit, si quippiam*
adhuc ex glandula, lupia, *aut* struma *remanserit, id*
absumendum erit erodente medicamento vt puluere aspho-
delorum, vnguento Ægyptiaco, *aut* alio consimi-
li. *At si nihil amplius supersit more aliorum vlcerum ad*
Canon 6. Ligatura & euulsio. *cicatricem perducetur. Vt sexti canonis scopum assequaris,*
vinculo serico aut setis equinis deligandi sunt eius-
modi abscessus, vel etiam strumæ, quæ bases seu
radices habent in angustum venientes, atque in
dies magis ac magis prioribus vinculis, aut nouis
adhibitis, stringendi, donec scilicet resiccati ap-
pareant, & sponte sua (vt de insertis, ac maiori-
bus vasis implexis diximus) excidant. *Adiuuandum*
autem erit vinculum aliquo excedente medicamento & de-
siccante. Demulcendus quoque erit dolor oui candido li-
quore, rosaceo, vnguento populeo, *aut quouis alio*
doloris mitigatorio: Vbi autem sponte deciderint funiculi,
locum emplastro Bathara *fouendo sanabis; vel eo modo*
quem supra explicamus, persanentur. Isti Canones iam di-
cti non solum ad strumas curandas faciunt, sed & priores
alii tres, quos explicauimus Scholio Obs. 8. *in vniuer-*
sum ad abscessus toto genere præter naturam consistentes, à
pituita præsertim ortum ducentes, faciunt; quemadmo-
dum & Tagautius de excrescentiis phlegmaticis *an-*
notauit, quem & Leonus sequutus est, quæ partim ex Pau-
lo, & Aetio, partim etiam ex Guidone decerpta sunt.

OBSERVATIO XI.

De quodam scrophulam habente in collo.

CVM quidam scrophulam in collo haberet,
vtile mihi visum fuit vt ab omnibus frigidis
abstineret, quemadmodum eidem lingua vulgari
scripsi: deinde vt omni septimana semel sumeret 286
ex sequenti puluere pondere vnius floreni Rhe-
nensis, in diluculo: ℞. *turbith electi* ʒ iij *gummi ma-*
stiches ana ʒ j. *sacch. albi* ʒ vj. fiat pul. mane bibat
sæpius ex decocto *rad scrophulariæ, flor. sambuci & pim-*
pinella. Bis in die inungat se cum isto vng ℞ *empla-*
stri oxycroce. ʒ ß *olei chamomill. lilior. alb ana* ʒ j *misce.*
Quidam lolium cum *furfure, sem lini & stercore co-*
lumbino, cum modico vino decocta pultis instar
apposuere: quod duritiem mirabiliter resoluit. &
à proprietate valere volunt *agrimoniam* collo sus-
pensam: *radicemque asphodeli* contusam & impositã.
sed egregie cõfert pinguedo destillans ex ansere,
iuncta. At & hoc vnguentum quoque mirabile
habetur ad scrophulas: ℞. *arsenici rubri* ʒ ij. *argenti*
sublimati ʒ ß *rad serpentariæ, rad betonicæ, panis porci-*
ni ana ʒ ß *aloes epaticæ* ʒ j. omnium fiat pul. & cum
axungia fiat vng. dissoluit enim scrophulas: ego
tamen cum cautione, si in collo sint, vel sub axil-
lis, eo vtendum suaderem. Sed potius hoc sequẽti
vti vellem, quod ad scrophulas, glandulas & no-
dos duros facit: ℞. *medullæ crurum vituli* ℥ ij *butyri*
recentis, dialtheæ ana ʒ ß. *misce* fiat vng & ad glan-
dulas in collo valet egregie *farina siliginis* cũ melle
apum, emplastri modo. Sic cum iuuencula quæ-
dã pateretur scrophulas in collo circa furculam;
Laurentius Bruninck chirurgiæ doctor ad eam
accitus istud emplastrum apposuit: ℞. *cinerum caul.*
rub. combust. salis communis tosti part æqual. & cum
melle cõmuni fiat emplastrum supra ignem. Diu
admotum fuit, sed parum aut nihil profuit. quare
præscripsit forum partim maturatiuum, partim
resolutiuum: mox eodem emplastro apposito, ci-
to suppuratæ sunt, natura faciente duo vel tria fo-
ramina, quæ tandem per concauitates intercuta-
neas in vnum congregatæ sunt. hoc viso, forcipe
aperuit in modum crucis, ac labia deinde abscissa 287
cœpit primo mundificare cum *vng. Ægyptiaco*, de-
inde cum *dulcibus*. & bene valuit cum *populeone* vel
alio ex *succis cum butyro parato*. Vnde facta est incar-
natio, & per alumen vstum superflua caro corro-
sa, si nimium excresceret. vbi parum, cum puluere
ossis sepiæ incarnatum est. & etiam cicatrice
obductum est vlcus; & putabatur curata. sed tan-
dem in angulo vnius vlceris parua quædam albe-
do apparuit, quæ cum tangeretur ac cannula pro-
baretur, ad cãnulam gutturis videbatur quasi in-
trare: at postea tamen exiccatum est: quanquam
postremo abscessus pituitosi alii superuenerint,
vnde valde debilitata est: quia in omnibus quasi
iuncturis magnis superuenerunt; & sic diu per-
mansit languens, neque exulcerationes poterant
exiccari, corpore ad vltimũ valde exhausto. & ide-
o recte dicebat Rhases, *Qui patiuntur scrophulas,*
non viuunt secure: nam eodem teste, adeo aliquando ex-
crescunt, vt melonem superent. Hic in mentẽ mihi ve-
nit puellæ apud Amatum, quæ iam diu strumis
in collo & aliis torquebatur, curata melius habe-
bat, imo à multis earum sana euaserat; sed nunc
denuo illi duæ circa tempora natæ sunt, quæ ad
mollitiem ita peruenerunt, vt apertione indigere
viderentur. At quum medicus in earũ incisura se-
gnior

gnior factus esset, ex se resolutæ sunt, nullum ini-
bi relinquentes vestigium: ab hoc vero vno vel
altero interposito mense in sincipite altera nata
est, quæ vt reliquæ mollis erat: medicus vero cre-
dens hanc vt cæteras ex se quoque resolutum iri
& difflatum, ad tempus aperturam distulit; & eo
magis, quia minor indies veniebat At quũ puella
de loco quereretur, illico strumam aperiri feci-
mus, eam in cute secantes, à qua nullum pus aut
sanies exiuit; in ea tamen crassa quædam mem-
branula liquido cõspiciebatur, & ea quidem car-
nosa, cuius portiunculam extraximus; sed sequẽti
288 die versus eam partem frontis vbi pili à fronte se-
parantur, cranium totum corrosum comparuit,
quam cranii corrosionem cariemve, neoterici
chirurgici *talpariam* appellant, & eam scalpro ra-
dendo ad duram vsque meniogem extrahi feci-
mus. Postea vero humore ad expulsionem parato
per syrupos de *epithymo*, de *betonica & fumoterra*,
cum decocto *sena* dilutos, per catapotia eum ex-
pulimus: ac postea puellam illini fecimus eo vn-
guento, quo ad morbum Gallicum aliptæ vti sæ-
pe consueuerunt. Porro interea dum puella in-
ungebatur, struma quædam in pectoris alta parte
comparuit, cui *emolliens emplastrum*, quod officinæ
publice parant, & alterius lominaris autor Vene-
tus in maximo & frequenti vsu habitum refert,
applicitum fuit. Vt tamen puella hæc ex integro
sana fieret, ne amplius in morbum recideret, post
syr. de elleboro cum decoctione *sena* exhibitum, ac
per catapotia de *nitro Alexandri & fœtida* repurga-
tum corpus ligni guaiaci decoctum in *epithymo, sena,
carthamo, polypodio & hermodactylis* compositum, il-
li obtulimus ad quadraginta fere dies: quo puella
sanitatem adepta est, nec morbus grauis & sæuus
amplius recruduit. Ita & nostro ægro, cui scro-
phulæ collum occupauerant, decoctum guaiaci
cum iam dictis feliciter propinauimus.

SCHOLIA.

QVIDAM (vt Valescus quoque refert) *ante
particularem curationem scrophularum, aliquot
canones præter eos, quos antea diximus, etiam ponunt:
qualis ille primus canon est Auicenna*, quod radix super
qua est fiducia in curatione habentium scrophu-
las, est euacuatio & subtiliatio regiminis, vt lo-
quũtur; *in quo canone continentur dua intentiones Se-
cundus canon*: si signa sanguinis appareant phlebo-
tomia ex cephalica, Auicennæ authoritate com-
mendatur *Tertius, & est Arnoldi de Villanoua parabol.
doct.6*. Turma scrophularum colli securius extir-
pantur, corrosiuo medicinali, & per saniem, quã
ferro. *Quartus*, qui ab eodem ponitur, eodem lo-
289 co: quælibet extirpatio pestis inguinariæ vel sub-
axillariæ, & præcipue scrophularum, in pueris ac
debilibus est verenda, maxime in æstate, ne cor-
pora febribus aut nimia purulentia cõcalescant.
Quintus: vsus aquarum mineralium, & maxime sa-
poris tartarei vel acuti, non solum interiora bo-
cia, sed extrinseca valet attenuare. *Sextus, vti &
quintus, ab eodem Arnoldo ponitur ibidem*: glandulosa
collectio non inhærens neruis aut magnis venis,

Canones vniuersales obseruandi in curatione strumarum seu scrophularum.

vt nodus extirpari debet incisione cum cysti sua.
Septimus & est Auic. cap proprio: de euacuationibus
laudabilibus in scrophulis, est vomitus: *& hoc dicit*
eo quod euacuat materiam antecedentem: *Octa-
uus*: euacuare pituitam crassam præ cæteris iuuat
cum turbith, ipsum enim purgat phlegma gros-
sum (vt dicunt) sine calfactione & sine rasura in-
testinorum. *Nonus*: quando scrophulæ magnitu-
dine valde excedunt, caueant chirurgi à curatio-
ne earundem cum ferro aut medicamine acuto,
quem canonem & Auic. posuit. *Decimus est Gal.
14. meth. par.* si scrophulæ fuerint in loco vbi non
sint multæ venæ nec arteriæ, & sunt quasi separa-
tæ, & nõ possunt resolui cum resoluẽtibus, opor-
tet tales cum putrefactione putrefieri, aut cum
chirurgia incidi: & tunc caueamus venis & arte-
riis & neruis, ne simul cum incisione patiantur.
Vndecimus: propterea quod rheuma capitis aliquando
causa existit scrophularum colli, ad caput effu-
mans, ideo rheuma exiccandum est, & tollen-
dum, quo scrophulosi deinde commodius iuuari
possent *Cum itaque strumosæ ægritudines sint valde su-
specta, & sæpius ad peiores ægritudines conuertantur, vt de
signis prognosticis alias diximus, ideo scrophulas patientes
sollicite studere debent vt particularis curatio à docto me-
dico & perito chirurgo inueniri possit. Curatio itaque par-* *Curatio particularis.*
*ticularis scrophularum in se primam continet intentio-
nem*, iuxta tenorem secundæ partis primi canonis,
*vt regimen subtilietur. At Auicenna non intellexit de re-
gimine tantum cibi ac potus, sed totius vitæ institutionem
circa res non naturales: quare aer illis commodus ac vtilis
erit clarus, mundus, siccus, & in caliditate temperatus. id-* *Vitæ institutio.*
*eo neque in aere nebuloso, crasso, turbido, paludoso, aquoso
aut multum frigido immorandum: non versetur sub ra-
diis lunæ: vitandus erit somnus diurnus, & is qui statim à
cibo fit, vel solito longior. dormiat vero ceruice flexili, non* 290
*super faciem incumbendo aut collum premendo, aut caput.
Tristitiam quoque declinet, sollicitudinem, mœrorem, for-
tem locutionem cantum clamorem seu vociferationem*,
vt admonet Auicenna; *tum maxime ab iis omnibus
caueat quæ concitant humores versus caput. Sit item exer-
citium temperatum, ante cibum & coctionem eiusdem in
ventriculo ambulatione vtatur, frictionibus matutinis,
tibiarum, pedum brachiorum, abstineat à pectinationi-
bus. Cibus eius sit attenuans, optimæ digestionis, vt sunt* *Cibus.*
carnes mutonum, vituli, caponum, gallinarum iu-
uenum, perdicum, phasianorũ, auicularum ma-
xime in campis & nemoribus degentium potius
assarum quam elixatum. *Caueat sibi à carnibus* por-
cinis, vaccinis, leporinis, ceruinis, *& potissimum*
multum salitis, *& à carnibus* auium in aquis degen-
tium, *maxime à capitibus animalium & interaneis, et-
iam à carnibus fumo induratis, caprinis: similiter à legu-
minibus, pisis, fabis, phaseolis, etsi pisorum iuscula & ci-
rum concedi possent. Vitanda quoque* oryza, frumen-
tum, panicum, milium. *Cauere enim oportet à pane
azymo & miliaceo, & omnibus quæ crassum generant hu-
morem*; vt omni leguminum substantia, frumen-
to cocto, caseo: *caules quoque dimittantur & quæcunque
humorem aquosum generant, vt sunt species fructuum re-
centis fructuũ omnium recentium; pisces grossi, glutinosi,
viscosi, belua marina, & singulariter salita, offæ, intranea*

herbis humidis, vt cucurbita, fructus crudi, *herba quoque cruda, calida, vaporosa sicut* allia, cæpe, pastinaca, *& quæcunque ad caput effumant, ac multum calida aut frigida. Panis eius sit ex frumento optimo, parum salitum, & momentum furfuris habens. Omnia visciда offas & pinguedines declinet. Caueat insuper à rebus omnibus replentibus caput, & rheuma generantibus, vt est nimia comestio, superfluus potus, crapula, vsus caparum, all orum crudorum.* *Potus.* *Bibat vinum subtile album vel claretum, in parua quantitate & misceat ei (inquit Valescus)* aquam mineralem saporis tartarei vel aluminis. *Caueat* pomaciam, ceruisiam, & aquã turbidam, & aquam frigidam, *iuxta doctrinam primi canonis. Potest tamen, ob consuetudinem, concedi ceruisia bona, bene cocta & clara, parum sumpta, idque solum ex consuetudine: alioquin vi-*
291 *num eius sit subrubrum, clarum, non fumosum, neque fictitium: & si mustum eius reprimatur admixtione aquæ bullitæ. Vitet magnos haustus, & repletionem ad satietatem: sit sobrius, & famem patiatur. Semper procuret sibi bonam digestionem & vtatur indifferenter rebus vsualibus, & herbis calidis, vt est* petrosel. fœnic. saluia, serpyllum. *&c. & studeat quotidie deponere aluum, si possit, natura vel arte. Sed quantum ad primam partem primi canonis, scilicet euacuationem;* *Medicamentorum vsio.* *duplex euacuatio intelligenda est, nempe* vna *quæ respicit materiam antecedentem, &* vna *quæ coniunctam. Pro materia antecedente dicebat Rhases* 13. Continent. *non vidi velocius in exterminatione scrophularum, quam laxationem frequentem: & hoc clamant omnes doctores, & commendant purgationem de* turbith: *quam & nos quoque commendamus post* *Phlebotomia.* *vniuersalem purgationem, scilicet phlebotomiam, iuxta canonem secundum, modo signa sanguinis aliquo modo appareant, quam & laudant Auicenna; quæ fieri potest ex cephalica, saltem ad ℥ iiij. vel plures cæteris omnibus consentientibus ad venæ sectionem requisitis.* Secundo *die post venæ sectionem, iuxta tenorem primæ partis primi canonis, primo digeratur materia antecedēs cum* oxymelle diuretico, *vel* squillitico, *vel si fuerit composita* *Digestio materiæ antecedentis.* *cum additione* aquæ mineralis, *& erunt meliora. Vel vtatur hoc decocto, vel simili:* ℞ foliorum filipendulæ, pilosellæ, pimpinellæ, betonicæ ana m. j. rad. vrticæ, rad rubiæ maioris, rad. aristolochiæ longæ ana m. ß sem. fœniculi, anisi ana ℥ ij. sem. end. portulacæ, cicoreæ ana ℥ j. fiat omnium decoct. ad lib. j. colaturæ adde syr. de byzantiis, è stœchade ana ℥ j. ß. *misce.* *Purgatio.* *Deinde purgetur iuxta tenorem octaui canonis capiendo pilulas* vii ℞ pil. de agarico ℈ ij. pil. cochiat. de Rhab. ana ℈ ß. cum aqua fœniculi fiant pilulæ vii. *Vel dentur pilulæ descriptæ cap.* de paralysi, *& pil.* de agarico *vel* esula, memoratæ cap. de asthmate: *vel detur puluis* diaturbith: *aut hic bolus.* ℞ turbith. albi & gummosi intus & exterius bene mundati ℥ j. ß. zinz. viridis ℥ j. ß. zacch ℥ iij. *fiat bolus cum conserua eiusdem zinzib. detur bis in septimana, vel ad minus semel si patiens ætatem commodam habeat. Quod si venter stringatur, capiet aliquo mane cum iure* cicerum *vel* pisorum *ad quantitatem mediocris cyathi,* ℥ j. pul. *supra scripti; vel capiat* ℥ ij. *& continuando teneat ventrem lubricum. Hinc fiat sternutatoria cum*
292 oleo persicorũ aut nigellæ. *tempore quo nullum aliud* *Sternutatoria.* *medicamentum adhibeatur. & possunt tunc fieri frictiones, & pectinationes capitis leues, ad euaporandam partem materiæ antecedentis, & ad diuertendum. Eo tempore potest & exhiberi potio illa ad scrophulas & strumas descripta à Guidone de Cauliaco, quam posuimus* scholio obs. 7. *huius libri. Istis igitur exhibitis poterunt applicari* *Resolutio & emollitio materiæ coniunctæ.* *remedia ad causam coniunctam, quæ duplicem requirit intentionem:* vnam *quæ curat scrophulas à proprietate occulta tam intus quam extra:* alteram, *quæ ad mollificationem & resolutionem materiæ coniunctæ facit, aliis tamen canonibus prius completis & ita, quemadmodum & Valescus dicebat quantum ad resolutionem scrophularum, duos modos habemus.* Vnus *est quod si materia est multum dura, vt mollificetur quantum possibile est modo mollificando, modo resoluendo: & fiat sic ad maturandum, resoluendum & emolliendum:* ℞ ceparum lilij albi, rad. althææ, ireos, ebuli ana ℥ ij. *conquassata coquantur sub prunis, corporata & pista cum fæce olei, & adiecta* ℥ j. sulphuris viui, *fiat emplastrum, continuetur per xii dies. His adiunge ea quæ diximus & digerere & suppurare* scholio obs. 8. *Sciendum autem quod in* *Nota.* *istis & in multis aliis apostematibus frequenter credimus maturare, & natura cum illis maturatiuis resoluit apostemata: & aliquando credimus resoluere, & maturamus; propterea quia ista medicina calida calefaciunt & subtiliant materiam, & hoc fit maxime quando cum istis resolutiuis miscetur aliqua humida et viscosa, sicut fit in emplastro Guilhelmi Placentini, vt:* ℞ lithargyrii triti *Emplastrum Guilhelmi Placentini.* ℥ ij. olei communis ℥ v. muccilaginis fœnugræci, sem. lini ana ℥ iiij. muccilag. althææ ℥ ij. lithargyrum *ponatur in* caciola *cum oleo super ignem, & bulliat, semper agitando cum spatula: deinde addantur muccilagines & bulliant ad ignem iterum, vsque ad spissitudinem emplastri: & in fine addantur de pul.* ireos quasi ℥ ij. *& fiat emplastrum super alutam, & teneatur super scrophulas. Laurentius Bruninck pro materia coniuncta supra locum magis eminentem emplastrum sequens ad quantitatem loci, supra corium extensum apponere iubebat, dimittendo tribus diebus, absque remotione* ℞. diachylonis magni ℥ iiij. pul. rad. ireos ℥ j. muccilag. althææ ℥ ß. fimi columbini exiccati ℥ ß. olei irini q. s. *ad incorporandum: fiat massa & quando remotum* 293
erat, iubebat lauari cum spongia madefacta in decoctione infrascripta, tepide fomentando locum, scilicet mane. ℞. corticum salicis, rad vrticæ ana ℥ ß. sem. lini ℥ j. *fiat decoctio cum aqua* fabrorum & vini albi ana lib. ij. *ad consumptionem tertiæ partis. Postea exiccato loco applicabitur aliud nouum emplastrum eiusdem substantiæ sicut primum fuit, & hoc continuabitur per mensem, si videatur emendatio; si non, fiet aliud subsequens emplastrum fortius quod etiam poterit continuari:* ℞. radicis cucumeris asinini ℥ j. stercoris caprini ℥ j bdellij dissoluti in aceto ℥ j. pul. radicis cappatis, cineris truncorum aut radicum caulium rubr. an. ℥ j. terebinthinæ q. s. *ad incorporandum: fiat massa cum, lastris.* *Puluis valens à proprietate occulta.* *Postea hic puluis, qui sequitur, valens à proprietate occulta, interius sumptus, & exterius admotus. & poterit eo patiens vti in progressu post continuationem emplastrorum, capiendo mane:* ℥ ß. *cum modico vini albi, habendo respectum etiam sexum, et ad radicalem ægri temperiem:* ℞. rad. pentaphylli, filipendulæ, agrimoniæ ana ℥ ij. sacch. albi ℥ iij. *fiat pul. in modum pul. ducis. Sed & hæc sequentia egregie iuuant:* ℞. scrophulariæ, filipendulæ, pimpinellæ; florum genistæ, pilosellæ, *Potus.*
caulium

caulium rub. agrimoniæ, rubiæ maioris ana m. j. aristoloch. totundæ, radicis spatulæ fœtidæ, raphani ana ʒ j. ænulæ ʒ ß. sem. coriand. ʒ j. ß. (*mihi satis sufficere videtur* ʒ j. ß.) *fiat decoctio* ad lib. ij. ß. in ij. partibus vini albi & vna parte aquæ, & dulcoretur cum sacchato, *& fiat potus.* ℞ ammoniaci, galbani, dissolutorum in aceto ana ʒ j. bdellij ʒ ß. medullæ cerui, axungiæ anatis ana ʒ j. ß. muccilag. althææ, fœnugræci, sem. lini ana ʒ ij. lithargyrii ʒ. ß. pul. ireos ʒ j. olei aneth. ceræ ana q. s. *fiat emplastrum. deinde vales & hac embrocha, cum spongia:* ℞ rad. ebuli, viticellæ, lapathij acuti, raphani, ireos, althææ ana ʒ j ß. sem. coriand. ʒ ij. chelidoniæ, agrimoniæ, scrophulariæ an. m. j. furfuris tritici ʒ ij. *bulliant in tribus mensuris aqua ad tertiæ partis consumptionem & fiat embrocatio cum spongia. Sed & hoc remedium mirabile habetur, valens à forma specifica in qualibet specie scrophularum:* ℞ succi rad. ireos, euphorbij ana. *confice xxx. pilulas ad quantitatem cicerum; & da vnam omni die, triginta diebus: nam mirabi-*

Emplastrum. *Embrocha.* *Pilula.*

294 *liter valet ad eas remouendas; sed adde de* spica *& de* mastice *q. v. est enim correctorium euphorbii. ego tamen cum magna cautione, ob euphorbium, iis vtendum suadeo. sed & pul.* rad. pentaphylli *exhibitus per aliquot dies, obseruato regimine conuenienti, preseruat hominem à scrophulis, & sumatur cum optimo vino. idem præstat radix* filipendulæ, *&* agrimoniæ. *Aliud præstantissimum ad omnes scrophulas delendas valens, & ad omnia alia apostemata scirrotica antiqua.* ℞ rad. ellebori nigri, aristoloch. rotundæ, farinæ graminis, *cum melle conficiantur, & sic ponantur super locum; & expertum est. Mulier quædam dabat omni die puellæ cuidam strumosæ* de euphorbio *puluerisato ad quantitatem, quam potuit leuare vnum denarium paruum per os: & miraculo quodam eam liberauit à scrophulis. Sed illo cum cautela vtendum* est, vti diximus, *quia facit mala accidentia. Oleum sequens optimum quoque est, quo mediante scrophula noua & recentes inprimis curantur.* ℞ rad. capsiæ, raphani ana ʒ j. olei communis veteris ʒ ij. *ponatur hoc oleum cum ipsis radicibus tritis in aliquo vase aut ampulla, & illud vas in caldario pleno aqua bulliat, quousque medietas aqua consumatur. & de hoc oleo tepido dua gutta vel tres instillentur in aurem patientis ab illa parte in qua sunt scrophula. Hoc fac pluribus vicibus,* secundum Arnoldum de Villanoua. *At quando materia est benigna, nec multum dura, & si non resoluatur, nec suppuretur, cum incisione aperiatur cutis exterior, & scrophula cum folliculo extrahatur,* vt dictum est latius scholio præcedente. *hanc curationem præsente Valesco vti & is refert, chirurgus. Guillermus Sagarriga perfecit in Gerunda pulchra quadam muliere. Si autem aliqua ex scrophulis venerit ad maturationem, incidatur si ibi non fuerit vulnus ab vna parte ad aliam, ita vt tota scrophula comprehendatur ab incisione facta. & impleatur totum* alumine vsto, *cum* vitello oui, *deinde intende ad mundificationem cum* vng. viridi *vel* apostolorum: *& si ibi aliquid remanserit, destruatur cum puluere* asphodelorum. *Et si maior corrosio est, necessario addatur aliquid auripigmenti rubri. In omnibus dictis & dicendis obseruentur canones illi generales supradicti, facta autem mundificatione perfecta, incarnetur vulnus, sicut cætera vulnera aut vlcera. His aliqui addunt Empirica permulta,*

Præstantissimum ad omnes scrophulas delendas. *Historia mulieris.* *Oleum mirabile ad scrophulas.* *Si non resoluatur, aut suppuretur, quid agendum.*

quorum vsus cum non adeo mihi probetur cum Tagaultio,
proinde neque duxi illa nostris commentariis esse inseren- 295
da. Hoc vnum tamen confidenter affirmat Tagaultius. Christianissimo Francorum Regi, diuinitus peculiari dono esse indultum, vt quamplurimos strumosos, seu (vt vocant) *scrophularios solo manuum attactu, integræ sanitati restituat. Rex etiam Eduardus* (vt referunt historiæ) *solebat diuinitus solo tactu sanare strumosos. Quod immortale munus iure veluti hæreditario ad Reges posteriores manauit. Nam Reges Angliæ etiam nunc, vt qui*dam referunt, *tactu. ac quibusdam hymnis, non sine ceremoniis prius recitatis strumosos sanant. Atque hæc iam superius scripta in vniuersum de abscessibus toto genere præter naturam consistentibus, à pituita profecto morbum ducentibus, tum strumis seu scrophulis, dicta sufficiant. Post quæ, non ab re fore putauimus, si propriam ac peculiarem* meliceridum, steatomatum *ac* atheromatum *curandi rationem subiecerimus: hæc enim & frequentissime nostris corporibus incidunt, & alias quasdam sub se tumorum præter naturam species seu differentias, nouis quibusdam, atque apud veteres prorsus inauditis nominibus à neotericis appellatas, complectuntur:* vt talpam, testudinem, natam, *& id genus alia, quæ in præcedentibus à nobis explicata sunt.*

Galliarum Reges diuino quodam munere strumas curant.

OBSERVATIO XII.

De steatomate, atheromate & meliceride.

CVM vir quidam in capite abscessum pituitosum haberet, eum chirurgus Petrus Fredericus compater meus statim incidit: & ex eo humor seuo similis exibat: quemadmodum & alteri in pede etiam abscessum habenti quasi medulla vitulina exibat. Vterque abscessus proculdubio pertinebat ad tumores pituitæ crassioris & magis muccilaginosæ, qui etiam abscessus dicti, sub apostematis nomine à Græcis comprehensi, ab Halyabbate Selaa, *vt antea diximus*, & ab Auicenna nodi vocati sunt, de quibus etiam meminit Manardus *lib. 7. Epistolar. epist.* a. quorum iuxta diuersas materias in eis contentas, diuersæ etiam
sunt species. Si enim veluti adeps sit quod conti- 296
netur, *steatoma* à Græcis, à nostris *adiposus nodus* appellatur; si veluti puls, ab illis *atheroma* dicitur, si veluti mel, *meliceris* ab illis, à nostratibus melleus nodus. Cæterum hic abscessus pertinebat ad steatoma. Steatoma enim nihil aliud est quam *tumor præter naturam, concolor, & tactu lenis in principio quidem exiguus, sed temporis progressu augescens & amplior factus: in quo humor seuo persimilis, membranula inclusus subest.* Hoc à meliceride & atheromate distinguitur duritie. Nam plenum ac solidum est, tactuique renititur adeo, vt digitis prementibus minime cedat. Cum autem illum abscessum ob duritiem chirurgus neque discutere posset, neque ad suppurationem ducere, sectione aperuit, & tota extracta pinguedine, & adhibitis linamentis quæ pus generarent, curationem vt in reliquis vlceribus compleuit. At in viro illo qui in platea Rietveldia longo tempore abscessum frigidum pituitosumque habuerat, in capite tandem facta incisione, post suppurationem effluxit pulticula caseata instar lactis concreti, ex quo caseus fit, quod

Steatoma quid.

nostri vulgati idiomate *vvrongel* appellant. Spectabat autem hic abscessus proculdubio ad atheroma, quod atheroma etiam est *tumor concolor & indolens, in membrana seu neruosa tunica humorem lentum continens, athera, id est, pulti similem, quae ex farina decocta conficitur.* Interdum quoque in atheromatibus simul cum humore pultaceo lapidosa quaedam, duraque corpora, & alia tanquam sulphuris ramenta inueniuntur, nonnunquam veluti mansa gallinarum ossicula, saepe etiam tanquam pili complicati tactui occurrunt. Tumor atheromatis, specie & figura oblongus & aliquantum sublatus visitur; qui digitorum appressu ob humoris lentorem & crassitudinem tarde retrocedit, &
297 amotis digitis, tarde quoq; regreditur. Caeterum hic abscessus post sectionem, admodum difficulter postea, tandem tamen, à chirurgo curatus est. At alteri, cui similis tumor in capite, sed rotundior, apparebat, facta sectione humor mellis instar effluebat: sed hic postea medicamentis exedentibus facile curatus fuit, ne malum rediret.

Atheroma quid.

Erat autem hic abscessus meliceris; qui nihil aliud est quam *tumor, similis modo dolore carens sed rotundus, in quo neruosa etiam tunica, quam cystin appellant, inclusus reperitur tenuis humor, mellis substantiam repraesentans*; vnde & *mellifauium* Latine quibusdam dicitur. Itaque meliceris ab atheromate differt figura & humoris substantia. Nam & figura rotundior est, humoris substantia tenuior. Proinde melleus hic tumor magis quam atheroma extenditur, pressuque digitorum celerrime cedit; & amotis digitis pari celeritate ad situm pristinum redit. Vide Antonium Beninenium *de abditis morborum causis*, quomodo ab imperito medico meliceris carbunculus iudicata sit, *cap. 67.*

Meliceris quid.

SCHOLIA.

Celsus lib. 7. cap. 6.

ATHEROMATA *& melicerides in capite magna parte oriri solent: steatomata vero & in ceruice & in alis & in lateribus: licet haec in capite tum in pede quoque apparuisse constat. Omnes autem hi affectus ex paruulo incipiunt, & diu paulatimque increscunt, & tunica sua includuntur. Fiunt autem abscessus seu apostemata, ex vaporoso spiritu aut humida materia, aut vtraque mixta. quocunq; autem modo isti abscessus fiant, id spacium quod abscedentes partes interiacet, humoribus illum efficientibus impletur: qui si diutius aliquando maneant, in varias formas mutantur. etenim lapidibus, arenis, testis, lignis, carbonibus, luto, strigmento, amurca faeci, multisque id genus similia saepe in abscessibus contenta reperiuntur, & praecipue in atheromate,* vt diximus. *Sed & iam signa abunde patent ex superius adductis. Haec autem,* inquit
298 Fernelius, *in reliquis partibus corporis rarissime, crebro in capite progignι solent, quod huius cutis densa materiam diu cohibeat, dum in alienam externamque substantiam concedat. Ad haec quoque genera pertinent capitis tumores, iunioribus* testudo *& talpa dicti, nisi quod forte distent magnitudine. de quibus* schol. obs. 7. *ad longum diximus. Quoniam autem lenti sunt hi abscessus, ac sensim multoque tempore gignuntur, aut nullo aut obscuro dolore excruciant, nisi cum forte acrius suppurant. In hisce tribus abscessuum generibus, quae frequentissime incidunt, steatomate,* inquam, *atheromate & meliceride, vnum commune curationis consilium est vt quod tunica illa, quam* cystin *appellant, continet, discutiatur, aut medicamentis totum vna cum tunica exedatur, aut sectione auferatur. Quidam autem ex iis tumoribus triplici hac ratione curantur: ii nimirum qui liquidiorem humorem continent, qualis est meliceris: aliqui duplici tantum, vt est* atheroma, *quod & sectione tollitur, & medicamentis exeditur. Steatoma vero nec discuti nec exedi potest: sed sola manus opera, hoc est, sectione duntaxat curatur. Curationis itaque eorum sunt communes indicationes, nempe vt id quod continetur, vel digeratur, vel totum putre reddatur, vel excidatur. Sed vt res clarior fiat, non grauabor vniuscuiusque praedicti abscessus separatim curam proponere. Quoniam steatoma,* vti diximus, *distinguitur à meliceride & atheromate duritie ipsa: nam plenum ac solidum est, tactuiq; renititur, adeo vt digitis prementibus minime cedat ob crassitudinem. Ideo nec discussionis, nec suppurationis spes relicta est: ad chirurgiam igitur deueniendum. Sed quantum ad chirurgiam communem, quae omnibus abscessibus istis fieri potest; si talis abscessus* (vt etiam annotauit Tagautius) *sectione curare voluerimus, in ea quidem curandi ratione, siue pultaceus, siue melleus, siue adiposus, siue cuiuscunque alterius substantiae humor in eis contentus fuerit, vna nobis intentio perpetua est, vt scilicet tunicam qua humor concluditur auferamus. Sed dum hoc molimur, imprimis studiose cauendum est,* (vt de strumis supra diximus) *ne temere membrana vulneretur, aut dilaceretur: vnde humor, qui in ea continebatur, effusus, operationem impediat, & portio ipsius relinquatur. Si enim dissecta tunica, ac humore profuso, tumor subsederit, difficulter admodum tunica excoriari curarique poterit. Si vero humoris aliquid reli-* 299
ctum sit, periculum est, ne morbus renascatur, quemadmodum & struma, cum portio eius relicta sit. Quod si tale quid incidit, melius est non consuere, & exedentibus medicamentis postea dicendis aut consumentibus reliquias absumere. Caeterum quod ad steatoma attinet, quia non discutitur nec suppuratur, vt diximus, *statim ad chirurgiam deueniendum, sectione pro tumoris magnitudine facta: simplici nimirum, aut ad myrtei folii similitudinem. Atque hic libere tutius incidimus. non enim, sicut in atheromate & meliceride, sectionem formidamus: nam pinguedo adiposa etiam si secetur, non effluit. Verum illud negligendum non est; si steatoma eleuatum fuerit, in circuitu, & subter excoriari oportere: in circuitu per scalpellum, subter vero digitis: insertum vero in ambitu, & subter incidendum esse. Peracto opere, vulneris labia suturis constringantur, vt melius glutinentur: aut linamenta profunda indantur; & curatio ad puris generationem accommoda adhibeatur. At vero si steatomata apicem amplum & basim angustam habuerint, omissis reliquis aliis superuacaneis auxiliis, totum à radice ipsa seu basi amputandum est. ita enim chirurgicum opus expeditissimum erit, & vlcus paruissimum, planumq; reddetur, & curatio breuissime absoluetur. Atheroma vero & sectionem & suppurationem admittit. Quae autem suppurant, in praecedentibus diximus. Sed ob humoris lentorem discuti minime potest.* Chirurgiam *itaque aggressuri, aegrum in sella locabimus: & quod si paruus fuerit tumor, simplicem sectionem faciemus; si vero maior, ad myrtei folii figuram, pro tumoris ratione, cutem incumbentem rescindemus.*

Causa.

Signa.

Curatio.

Quot & quibus modis curentur praedicti abscessus.

Steatomatis curatio.

Curatio per chirurgiam communis.

Quomodo steatoma per sectionem curetur.

Aetius lib. 15. cap. 8.

Atheromatis curatio.

Aetius loco praeallegato cap. 7.

Sed ne-

Sed neque hic vno impetu tota sectio fiat, ne pellicula hu-
morem continens dissecetur, & humor euacuetur. Si enim
euacuatus fuerit, & tumor conciderit, tunica difficulter
excoriari, ac curari poterit. Summa itaq; diligentia pel-
licula paulatim excorianda est, nihilq; de ipsa circa basim
relinquendum ne malum regeneretur. Post ablatam pel-
liculam, labia sectionis committimus: & si nimis laxa fue-
rint redundantem cutim resecamus: deinde suturis labia
connectimus. Illud porro animaduersione dignum est, vt si
in capite huiusmodi tumor fuerit, post ablatam pelliculam
membranam ei ambientem secemus, & caluariam dili-
300 *genter deradamus. Peracto opere, in paruis tumoribus, cum*
paruam sectionem fecerimus, nulla difficultas imminet, &
statim post suturam, medicamentum glutinatorium, &
inflammationibus arcendis idoneum adhibemus. Qui ve-
ro adhuc cruenti sunt, & glutinari non possunt, in his ex
maioribus interuallis suturas fieri oportet: vt sectionis fi-
gura oblonga fit, deinde linamenta indere, & puris gene-
rationi studere per tetrapharmacum, *& similia rosaceo*
diluta. Caeterum suppuratione facta repurgantibus atten-
dendum est, ex quorum numero praestat emplastrum Æ-
Aetius lib. 14. cap. 32.
gypriacum, *quod recipit* terebinthinæ liquidæ, &
mellis ac rosacei *portiones aequales simul liquatas. Sed*
in robustioribus corporibus, ac in huiusmodi vlcere impu-
riori, terebinthinae ac mellis par mensura absq; oleo liqua
tur: mirifice repurgat. Repurgato vlcere, ad incarnantia
transeundum. Inter quae probatur Isis emplastrum, mul-
to rosaceo *dilutum, quod est tale:* squamæ æris com-
busti, aristoloch. rotũdæ, salis ammoniaci, thuris,
guttę ammoniacę, succi rad. dracunculi ana ℥ viij.
alum. sciss. ℥ v. vel vj ceræ ℔ j. resinę colophonię
℔ ij olei veteris ℥ iij. myrrhæ, aloes, galbani, ana ℥
xij. aceti q. s. *Quicunq; recta via medicandi procedet, v-*
bi agri naturam considerauerit, statim dignoscet quo me-
dicamento vlcus indigeat. Itaq; has compositorum formu-
las pro exemplo apponimus, vt facilius sit studiosis quippiã
Meliceridis cura.
addere inuentis. Quod vero ad meliceridis curationẽ atti-
net, praesupposito debito victus regimine & humoris conue-
nienti praeparatione simul & euacuatione, meliceridis cu-
ra triplici via comprehendi potest, discussione nimirũ, pu-
trefactione, seu medicamẽtis exedentibus, & sectione. Nec
Manardus lib. 6 epist. 1.
putandum concoctionem, discussionemq; ita impugnare
inuicem vt idem medicamentum vtrumque non possit ef-
ficere: sicuti neq; fatendum suppurationem per res calidas,
discussionem per res frigidas perfici: nam cum vtraq; ope-
rationes calidas desideret: suppuratio aequaliter; discussio
exigit magis calida. Adeos igitur qui chirurgiã recusant,
medicamentis tumorẽ discutientibus vtemur. Porro medi-
Curatio per digerentia.
camentorum quae discutiendi ac dissipandi vim habent, in
huiusmodi affectibus materiam, inter haec quae de strumis
supra edocuimus reperies. Privatim vero ac proprie meli-
ceridas dissipat Paulus lib. 4. cap. 34. *medicamento quo-*
dam quod continet vuas passas (exemptis acinis) viginti
301 squammæ ℥ iij *partis fomentis prius nutrita imponitur.*
Aliud emplastrum ad meliceridas, quod ad Leonidem re-
tulit lib. 15. *Aetius, accipit* passularum detractis vina-
ceis ℔ j. cumini minutissime triti ℥ vj. nitri ℥ iij. *o-*
mnia simul in mortario subacta conficito, & alligato. A-
liud eiusdem discussorium ad meliceridas; quod habet sa-
lis ammoniaci, spumæ argenti. id est, lithargyri, ce-
ræ, terebinthinæ, chalbanæ, opopanacis ana ℥ j.
rubricæ sinopicæ ℥ vj. aceti heminam, *hoc est* ℥ vij.
ß. spumam argenti, cerussam, *sal ad exactum leuorẽ*
tritum, simul decoquito, deinde rubricam prius aceto tri-
tam iniicito, & cum vniuersis liquabilia misceto. Postre-
mo omnibus simul confectis & refrigeratis, opoponacẽ
& chalbænam *aceto soluta admisceto, & vtere. Caeterũ*
Curatio per exedentia.
si medicamentis exedentibus, quae Graeci septica *vocant,*
humorem in eiusmodi abscessibus absumere volueris, eos
(sicuti etiam & strumas) *medicamentis adurentibus*
cute superposita partem prius denudare expedit: è quorum
numero (inquit Paulus lib. 4.) *simplicius quidem est,*
quod constat calce viua, *id est*, aqua non extincta, sa-
pone & cinere lixiuij stillatitio. *Aliud varium ma-*
gis, quod reconditum diu seruari potest: ℞. calcis viuæ ℥
iiij. sphecles, id est, feculæ vini combustæ, nitri li-
quidi, tosti ana ℥ ij minij seu rubricæ sinopicæ ℥ j.
cinere lixiuii stillatitio *teruntur: vbi ad mellis liquidio-*
ris crassitudinem reducta fuerint, ter feruefacito: vt me-
diocrem consistentiam habeat, & pyxide plumbea reponi-
to, lixiuium desuper distillans, ne cito nimis exarescat. Er-
Medicamentum valde exedẽs absque morsu.
go circumfusam cutem eiusmodi medicamentis crustam
inducentibus, primum abrumpito: postquam vero crusta
deciderit, exedentia adhibeto. Erodit autem valde citra
vellicationẽ & morsum, quod habet squamæ æris ℥ iiij.
sandarachæ, (id est, arsenici rubri) ℥ ij. ellebori ni-
gri tantundem: *cum rosaceo vtitor. Aliud ad idem val-*
de efficax: ℞. erinaceorum combustorum, testæ se-
piæ auripigmenti ana æquale pondus, rosaceo *mi-*
scentur. Sed quae adiacent, atque in ambitu sunt partes
Curatio per chirurgiã.
omnes, prius cerussa cum oleo delinito. At vbi talem ab-
scessum sectione curare volueris, eandem curationem com-
munem per chirurgiam, quam paulo ante diximus, adhi-
beto. Et haec de steatomate, atheromate & meliceride satis
dicta sunt. Nunc ad bronchocelen *seu* bocium gulę,
vel gutturis tumorem, *qui etiam ad hos abscessus pitui-* 302
tosos refertur, veniamus.

OBSERVATIO XIII.

De Bronchocele, bocio, seu hernia gulae.

Rvsticus quidẽ ex proximo pago, anno 1546.
Iunio mense Alcmariam veniebat, vt à chi-
rurgo à bocio gulæ curaretur: ad hunc & ego ac-
citus sum, vt medicamenta etiam interna præscri-
berem. Huic omnium primo hunc syrupum bi-
bendum quinque diebus præscripsi: ℞. *syr. è stœ-*
chade ℥ j. *syr. ex quinque rad.* ℥ ß. *aquar. betonicae saluiae,*
hyssopi ana ℥ j. *misce.* Deinde cum esset rusticus val-
de robustus, iuuenis annorum viginti sex, pro ma-
gna parte pituitosus, cucurbitulas cum scarifica-
tione scapulis admouimus, pauco extracto san-
guine ad diuersionem: deinde reiterato digestiuo
pilulas sequẽtes longe à cœna exhibuimus: ℞. *pi-*
lul. cochiar. agarici trochisc. pilul. de hiera simplici, ana ℈
j. *diagridij gr. j.* cum *syr. è stœchade* fiant pilulæ vij. tã-
tum bis eduxerunt. Postea descripto decocto *be-*
tonica, saluia, maioran. fumiterra. & adiectis *folliculis*
senae ad ℔ j. ß. addendo *syrup. è stœchade mellis ros. co-*
lati ana ℥ iß. *syrup. de epithymo, de fumoterra ana* ℥ j.
misce. Cum autem ex hoc decocto senæ ven-
trem satis lubricum haberet, has pilulas tandem
dedimus: ℞. *pilul. cochiarum aggreg. aggar. trochisc.*

ana ℈ j. *diag. gr.* iij. fiant pilul. ix. dentur tres tribus
continuis diebus: quibus quotidie ad minus ter
quaterue aluum deponebat; ita vt materia ante-
cedente satis purgata, ipsa coniuncta per chirurgũ
facilius topicis remediis resoluta fuerit.

SCHOLIA.

Bronchocele quid.

B*Ronchocele appellatur* tumor in gutture oriens,
Omnis enim tumor apud antiquos Cele *nuncupa-*
303 *tur. Nomen igitur commune est, sed species tumorum dif-*
Aetius. *ferunt. Nam κήλη Græcis (quemadmodum* scholio ob-
seruat. 8. lib. 27. Obseru. & Curationum nostrarũ
medicinalium diximus) *hernia seu ramex Latinis,*
ruptura & crepatura *Barbara medicina scriptoribus*
Κήλη nomen commune. *dicitur. Est enim κήλη nomen commune inflammatio-*
nibus arteriæ, vmbilici scroti & inguinis, sed varias pro-
pter affectionem materiæ sine partis accipit appellationes:
& quia varius fit modus, varias quoque propter adiectio-
nes accipit appellationes. Si enim in aspera arteria fiat tu-
mor, vt plerisque accidit ex potu aquæ ex liquefactis niui-
bus. quæ alpinis & aliis montanis in vsu est, Βρογχοκήλη
Græcis, Gutturis hernia, *Gallis dicitur. At de aliis her-*
niis diximus loco iam citato. Cæterum tumor hic, de quo
Bocium gulæ. *nunc agimus, scilicet* Bronchocele, Bocium gulæ &
Gossum. Gossum *vulgo dicitur, ita & Valescus tract.* chirurgiæ
cap. 13. *de Boctognle sic scribit:* Bocium gulæ est apo-
stema phlegmaticum in gula generatũ: & est qua-
si carneum, sine dolore, & vocatur nata. *Leono teste*
de Bronchocele, id est, gutturis tumore; cap 30. *hic*
tumor vel ad steatomata, vel ad atheromata, vel ad meli-
ceridem referri poterit: vel potius refertur ad illum tu-
morem quem vulgo seu recentiorum chirurgorum turbæ
Causa. natam *vel* naptam *antea appellari diximus. Generatur*
autem (vt idem refert Valescus) *ex phlegmate grosso*
per viam rheumatismi, cui adiungitur materia melan-
cholica coadiuuans, faciens ad indurationem phlegmatis
cum sua siccitate: & quamuis istud Bocium in pluribus
locis possit generari, vt dicebat Galenus 14. artis par-
uæ. *& quamuis à multis causis possit fieri; tamen de illo*
quod fit in gula, intendimus hic agere. Et ita constat
(inquit Valescus) *quod materia eius est phlegmatica,*
cum melancholica mixta ad gulam descendens, & ibi in-
crassata, congelata & indurata, & ad hoc iuuat pluri-
mum longus vsus rerum phlegmaticarum. & frequens po-
tus aquæ frigidæ, quæ transeundo per œsophagum congelat
Duplex causa. *phlegma, quod ibi cadit. Alij duplicem causam ponunt, vt*
Leonus: *vnam ex hereditate; nam parentes hoc modo*
laborantes filios sic affectos procreare solent. Alteram *ve-*
ro vel ex ambiente aere, vel ex ipsa aqua, præsertim niuali,
quæ aerei ac terrei plurimum continens, venas & arterias,
ac musculorum inanitates valde inflare solet (vt nos sæ-
304 pius in montibus alpinis accolas eiusdem loci vi-
dimus, cum Italiam versus iremus, tales humores
habentes) *pariter cibo potuq;, quæ à solo talem contra-*
hunt qualitatem occultam: & hæc qualitas communica-
tur plantis, herbis, aquis, fructibus. Fernelius tamen hoc
negare videtur, cum & ipse Bronchocelen *ad ganglion*
referat; sic statim subiungens, postquam de ganglio scripse-
Fernelius. *rat. Huius generis est* Bronchocele, *nostris Hernia*
gutturis appellata, inter asperam arteriam cutemque con-
gesta non, vt plerisque visum est ex immodicis clamori-
bus, aut ex potu aquæ liquefactarum niuium, quæ Alpinis
aliisq; montanis in vsu est: sed ex crassa lentaque pituita,
quæ eo sensim è capite eiusq; partibus externis per aures po-
steriora deuoluitur. Ego tamen quod cum tanti viri pace
dixerim, experientia contrariũ inueni: nam post duos an-
nos, postquam hunc rusticum vna cum chirurgo curasse- *Historia de altero rustico habente bocium gulæ seu bronchocelen.*
mus, & alius mihi sese obtulit rusticus ex Waterlandia,
qui cum lotio ad me deflectebat, vt hoc ipsum spectarem (vt
apud nos pessimus mos inoleuit:) id quidem album ac val-
de crudum & sincerum esse reperi, aquæ instar transpa-
rens. Hinc autem bronchocelen habebat, seu tumorem non
valde magnum in gutture, paulatim tamen increscen-
tem, cuius causa is ad me quoque consultum venerat. Tem-
pus quo me accessit tunc vernum erat: hyemsq; asperrima
præcesserat. Cœpi rusticum interrogare quo victus ge-
nere vsus esset, *is autem cum valde pauper esset*, se pisci-
bus vsum esse perpetuo dicebat, tum per totam
hyemem nihil aliud quam aquam frigidissimam
bibisse: *ex qua statim malum fuisse (non aliter quam in*
accolis alpium, qui aquam gelidam perpetuo bibunt) con-
tractum existimaui. neque mea opinio me fefellit, nã cum
huic aqua prorsus in potu interdixissem, & post purgatio-
nem discussoriis remediis vsus fuissem, breui admodum hic
curatus est. Cæterum quod ad signa attinet, ex iam su- *Signa.*
pradictis ea etiam per se admodum manifesta sunt, & o-
mnibus facile conspicua, per visum & tactum lippis & tõ-
soribus nota. Quod ad prognostica attinet: primo ex Vale- *Prognostica.*
sco bronchocele hæreditaria & naturalis curam non reci-
pit, nisi cum ferro, vt idem refert. *Secundo bocium ma-*
gnum & inueteratum est incurabile. Tertio, authore
Arnoldo de Villanouo, in Patab. doct 6. *Bocium*
colli verendum est incisione vel corrosione dissoluere seu ex-
tirpare. Quarto, *Bocium incipiens & circa annum v-* 305
num bona victus ratione & dissoluentibus medicamentis
ac resoluentibus curari potest. Quinto, *bocium est mor-*
bus proprius aliquibus regionib. sicut est Sanarta (inquit
Valescus) *in comitatu Fuxi. & hoc est ratione regimi-*
nis, aut ratione aquarum frigidarum quas bibunt, & vl-
tra hoc aliquando est hæreditarius in successione: magis
tamen si vtantur malo regimine. Quod ad curationem *Curatio vniuersalis.*
attinet, primo vniuersalem ipsius bocij gulæ, canones vni-
uersales prædicti in curatione abscessuum pituitosorum
scholio obseruat. 7. & 10. & potissimum 11. *etiam*
hic sunt obseruandi & victus ratio in aliis tumoribus pi-
tuitosis, & locis iam dictis hic quoque quam diligentissi-
me obseruetur. At curatio particularis medicamentis *Curatio particularis.*
perficitur, vel chirurgia. Medicamentis vero (præmissis
tamen vniuersalibus remediis, vt digesta materia
cum oxymelite scillino, in quo sit virtus pyretri &
piperis, deinde purgata cum bolo dicto in capite
de scrophulis seu strumis, etiam peracta phlebo-
tomia, si opus sit) *vel discussoriis vel causticis perficitur.*
Confert autem tale resolutiuum seu discussorium: ℞. flo- *Resoluentia seu discussoria remedia.*
rum chamomillæ, meliloti ana ℥ j. rad. ireos, aco-
ri sicc. sem. anisi, rutæ ana ℥ j. ß. stercoris anseris
& columborum siccorum, salis gemmæ ana ℥ ij.
fiat conquassatio. de quolibet p. j ß. ponatur & bulliatur
in lixiuio facto cum cineribus clauellatis: & in isto lixiuio
bullienti intingatur spongia noua compressa, ac calide lo-
co applicetur bis terve, & vltimo fascia ligetur. & ibidem
detineatur. Sed & hoc emplastrum vtile habetur: ℞. dia-
chylon. magni, apostolici ana ℥ j. *incorporatis hic*
pul. addatur: ℞. pigami, rad. ireos sicc. salis gem-
mæ ana

næ ana ℥ j. terebinthinæ q. s. fiat emplastrum seu cerotum supra alutam, & non cooperiatur continuetur noctu dieque. & supra membrũ affectum portetur, nec amoueatur nisi cum fiat fotus cũ suprascripto. Potest & fieri similiter emplastrũ ex solo gummi ammon. pauca cera & pul. suprascripto. vel ex pul. & diachylone. Inungi potest & locus axungiis oleisque calidis, deinde emplastrũ appone. Quod ad medicamenta discussoria attinet, Græcis proponitur aqua marina; vt æger quotidie bibat tres vncias huius aquæ, qua pariter os abluat: vel si huius non detur facultas confecta aquã muriæ. Proderit &
106 bolum diu tenere in ore, & paulatim deglutire: ℞ rad. bryoniæ nigræ & albæ, cyclaminis, polypodij, rusci, radicis asparagi, aristolochiæ rotũdæ, serpentariæ minoris, verbasci, spongiæ marinæ vstæ, algæ vstæ, ana q. s. contundantur, & fiat pul. misce cum melle, & fiat electuar. Vide apud Valesc. cap. proprio aliud Electuar. huic valde conforme, deinde & aliud hoc ipso multo efficacius, & magis solutiuũ: vt & sal gemmæ, rad. scrophular. filipẽdulæ, tu bith, hermodactyli, chelid. cyperi, rad. zinz. & pyrethri ing. edantur. A ij & iij ℥ huius decocti propinant: ℞ rad. cyclaminis, verbasci, polypodij, fol. beton. rad. braneæ vrsinæ ana q. s. misce: & cum vino fiat decoctũ, propina. omnia gargarismata quæ habent omne educendi saliuam. constituunt, vt ex puluere pyrethri, piperis, staphisagriæ. Sed & puluis hic ad bronchocelẽ & gutturosos egregie commendatur dũ malum adhuc recens est, & est Arnoldi de Villanoua: quod ipsum refertur etiam ad Constantinum cap. 8. de med. ℞ spongiæ marinæ, pulegij marinæ, ossis sepiæ, piperis longi & nigri zinz. cinamomi, salis gẽmmæ, pyrethri, galangæ, lacũ, spongiæ tosatũ, id est, spongiæ tost. syluestri ũ ana ℥ j. omnia puluerizentur excepta spongia marina, quæ comburi debet & cum cinis prædictis commisceri, ac omnia cribrari. De hoc sæpius interdiu & noctu in ore teneat: & quotidie sæpe & parum sumat. Conseruandus puluis in lignea pyxide, vel sacculo ex aluta, ne vnquam euaporet. Ad discutiendã bronchocelẽ, vide Gal. in lib. de med. secundum genera. Inter localia discutit hoc Aetij, quod habet calcis viuæ, ammoniaci, bdellij, testæ clibani vstæ, æruginis, sulphuris viui ana partes æquales. Cum aceto tritio, & axungia aut terebinthina excipito, ac imponito. Multa alia huius generis ab Aetio pete, vt emplastrũ e cupresso, superius in cura aneurismatis recitatum. Vnguentum a idem, quod etiã à Valescio ponitur: ℞ euforbij ℥ j. sul. huius, sandaracæ ana ℥ ß ceræ & olei q. s. fiat vnguentum. quo vngatur collum & bocium, & superponatur emplastrum superius positum: & possunt fieri multa alia remedia, quæ dicta sunt in cap. de scrofulis. Nos enim in bocio (inquit idem Valesc.) ab vno anno incipientibus per viam resolutionis vt immediate dictum est operati fuimus & inde honorem habuimus & vtilitatẽ consequuti sumus. Si autem cum istis non curatur nec resoluitur, tunc ad putrefactiua aut excedentia veniendũ est.
107 Nam, vt dicit Gal. 14 art. par. cura bocij fit cum resolutiuis, aut cum putrefactiuis, aut cum chirurgia, nempe ferro, & dicitur ibidem quod putrefactiua & corrosiua cum multo tempore operantur, & in hoc sunt molesta membris, & infirmis, & cruciatum afferunt. Bonum est ergo, idem inquit, vt superficietenus incidantur, & cum sacculo, si fieri potest, extrahantur: & si aliquid de sacculo remanserit, vt ibidem ponantur corrosiua & putrefactiua, postea mundificatiua & carnis generatiua, & vulneris sanatiua poni possunt. At cum caustico summa cutis, tum subiecta tunica exeditur, quo facto siue humor est, profluit; siue quid densius, digito educitur, tum vlcus sublinamentis sanescit. Sed hæc cura est semichirurgica, & minatur periculũ fistulæ, vt ẽ annotauit Leonus. Verum cura quæ perficitur chirurgia, educendo incisione ma etiã cum humore contentã, & hæc breuior est, sed difficilior, & quandoque bonum finem sortitur. Rogerius autem iubet fieri duos setones cum ferro igni to; vnum secundum longitudinem bocij, alium secundum transuersum: & iubet eos bis in die moueri, donec sit totum euacuatum. Sed hoc magis (teste Valesco) videtur habere locum, quando aquosa materia continetur in sacculo, vel alia pituitosa quæ possit fluere. Sed hæc de abscessibus, tumoribus pituitosis præter naturam dicta sufficiant; quibus tertium hunc librum Obseruationum Chirurgicarum & Curationum de tumoribus præter naturam finiamus.

Marginalia: Discussoria Græcorum. — Gargarismata. — Puluis ad bronchocelẽ & gutturosos. — Aetius. — Valescus. — Galenus. — Curatio per putrefactiua & corrosiua. — Quomodo caustico curatur. — Curatio per chirurgiam.

FINIS lib. III Obseruationum & Curationum Chirurgicarum, de tumoribus præter naturam.

OBSERVATIONUM ET CURATIONUM Chirurgicarum, 108

Liber Quartus.

DE TUMORIBUS PRAETER Naturam;

D. PETRO FORESTO Alcmariano, Auctore.

OBSERVATIO I.

De duritie quadam scirrhosa sub poplite, post malignorum vlcerum curationem manente.

CHENARDI Harstij filiæ, Weyræ nomine, quæ Delphis in intersignio elephantis prope totum habitabat, post vlcerum malignorum in crure per decoctum hagioxyli curationem à nobis factam, durities sub poplite, postea quam longo tempore curata foret, remansit, vt difficulter incedere posset. Sed inunctio crebra olei vermium terrestrium & olei chamæmelin. & vini Rhenensis optimi ita profuit, vt postea recte quo vellet incedere posset, neque alio remedio opus fuerit. Quod si id non fecisset, emollientibus cum resoluentibus, vt in scirrho fieri assolet, vsi fuissemus.

SCHOLIA.

109 HActenus de tumoribus ex sanguine, flaua bile, & ex pituita exiccatis dictum est, nunc de iis tumoribus agamus, quibus atra bilis generationis materiã præstat. quales sunt scirrhus: & qui sub nomine scirrhosorũ veniunt, vt cancri ea, cini, carcinomata, elephantiasis, lepra Græcorum, psora seu scabies, varices, polypi, verrucæ, quæ vulgo porri adueniunt:

Marginalia: Tumores qui ab atra bile oriuntur & tumores scirrhosi.

myrme-

myrmeciæ, *hoc est*, formicantes verrucæ, acrochordones, *id est*, pensiles verrucæ: *item* calli, claui, thymi, dracunculi seu vena medeni, *ab Halyabbate vena santosa dicta: de quibus omnibus singulatim in hoc libro diximus. Sed vt res clarior fiat, pauca de succo melancholico & de atrabilari, tanquam de eorũ causa efficiente, in medium adducamus.* Est igitur melancholicus succus naturalis, veluti fex sanguinis, parsque illius terrea: & densa, qui nobiscum simul cum cæteris humoribus à primo semine originem habet, præstatq; vt sanguini permistus solidiora nostri corporis membra, qualia sunt ossa, alat: tũ vt sanguinem ipsum crassitie sua densando, quasi restringat & roboret firmioremq; faciat: altera vero illius portio, qua sanguis ad eos vsus non eguit, in lienem (quemadmodum de affectibus lienis alias diximus) transfunditur, eius visceris natiua facultate humorem eum trahente. *Augetur autem hic succus & conseruatur simul cum sanguine, à cibis ipsis ingestis: nam, quemadmodum ex vino recens ab vuis expresso & feruore alterascente, ex eo, quem in se habet calore, duo excrementorum genera proueniunt, alterum leuius, magisq; aereum; alterum grauius ac magis terreum, quorum illud florem, hoc fæcem nominant: sic sane secundũ hanc exempli similitudinem intelligendum distributum à ventre ad hepar χυλὸν, hoc est, succum, à visceris caliditate, velut vinum ipsum musteum feruere, concoqui alterarique ad sanguinis vtilem generationem. In hac autem ebullitione, hanc quidem eius superfluitatem subsidere, quanta cunque est lutosa & crassa: hanc autem, quæ est subtilis & leuis, velut spumam quandam supernatare sanguini: horum igitur alteri si flauam bilem, alteri nigram assimiles, minime pecces. Talis humor melancholicus secundum substantiæ varietatem non obscuras habet differentias: nã*

310 *quem supra descripsimus, est spissus & veluti fex sanguinis: quo alius est essentia multo tenuioris, & quodammodo præter naturam, atq; vomentibus eum, & ossacientibus videtur, qui etiam terram radit, attollit & fermentat, atque ampullas, quales seruentibus iusculis supernatare videmus, excitat. Sed is quem crassæ faci similem esse dixi, in terram effusus non inducit fermentationem, nisi forte in ardenti febri ipsum maximopere præassari contingat: neq; vlla acida qualitate participat. hic enim non recte adhuc atra bilis appellari potest. at tamen quando supra modum plurimum augetur, vel à tempore ab initio comparata: vel à cibis* (qui cum in venis concoquuntur, in huiusmodi humorem transmutari solent.) *morbum comitialem, vt crassus pituitæ succus, vbi in meatibus ventriculorum cerebri retinetur, siue in medius, siue postremus, efficere solet. Vbi vero in ipso cerebri corpore abundat, eã insaniæ speciem, quam Græci vocant* melancholiam, *causat. Differt itaq; melancholicus succus ab atra bile, quoniam hic fit actione naturæ chylum immutantis, & in sanis corporibus semper inuenitur. Atra bilis vero & præter naturam est omnis: ob idq; morboso & nusquam sano degente animali inueniri potest. Gemina atra bilis existit generatio, ex flaua bile supra modum exusta, assataque, & ex sanguine ipso crasso, hoc est, seu eo melancholico, qui supra modum assatur propter vehementem caliditatem à putredine, aut à febre contractam: Bilis flaua cũ supra modum assatur, primo migrat in* vitellinam: *secundo in* porraceam: *tertio in* æruginosam, *& tandem in atram. Atram bilem igitur nullum animal, ne ipsi quidẽ mures gustant: &* (sicut diximus de tenuiori ipso melancholico succo) *terra quoque raditur ab ea: ac partes quæ raduntur, omnis in altum attolluntur, vocaturq; is affectus* (vt Plato quodam loco inquit) *tum fermentatio: est namque is humor talis, quale esse a*cetum *diximus: proinde quibus corporis partibus pura, impermistaque adhæserit, eas prorsus exedendo vlcerat. Acetum namq;, vt quod tenuium sit partium, permeat: atra autem bilis crassitudo, cuius sedem sibi stabilem, firmamq; præbeat, erosionis fit causa. Sicuti autem à nigris siue humoribus siue deiectionibus siue edulijs dicere malis, bilis atra ex positis notis dignoscitur, ita in eo quoq; quod ne musca quidem aliudue quoduis animal gustare eam velit,* 311 *vti neque meram salsedinem: neque enim in ea degit animal, vt mare, quod* mortuum *vocant, argumento esse potest: atque idcirco eius generatio exitialis esse videtur, vt quæ atro humore superassato contingat. Multo vero hac profecto perniciosior censenda ea bilis atra, quæ à flaua bile superassata progignitur, quanto nimirum & humor humore efficacior est, nempe flaua bilis, quam ea quæ sanguinis veluti subsidentia existit: & hæc atra bilis quando in cerebri corpore abundat, ferina deliramenta inducit, modo sine febre, modo cum febre. Sed interea dubium insurgit,* an videlicet atrabilis ex pituita superassata conflari possit. *Auicennas fuit huius opinionis, quod pituita possit per incinerationem in atram bilem conuerti, cum nuspiam tamen ea de re quicquam à Galeno sit proditum: qui si fieri posse id arbitratus esset, id profecto prætermissurus non fuisset: præsertim eo in libro qui* de atra bi*le inscribitur. imo ipsemet* Galenus 2. Præsagiorum, *de pituita exassata in pectore loquens*, fieri ex ea sputum album, tenax & rotundum, non autem nigrum *affirmauit. Adde quod cum plurimum pituita ab atra bile & colore & substantia distet, magnas variasque fieri ea in transmutatione alterationes, tum in colore, tum in substantia pituita oporteret. Quin nec ipsa reuera vnquã, etsi maxime, vel per assationem, vel congelationem crassescat, à sua ipsius natura, & forma degenerat, ita vt pituita non sit, & dicatur: ac proinde* Galenus libr. de tum. præt. nat. *scirrhos à crassa & tenaci pituita factos ab iis distinxit, qui à succo melancholico fiunt: quasi sentire id voluisse sit visus, à pituita quantumuis crassa, scirrhos melancholicos nunquam fieri: sed sui generis, hoc est, pituitosos scirrhos. Hanc quæstionem Manardus* lib. 9. Epist. epist. 2. *fusissime tractat: in ea igitur diutius nobis non immorandum: Pro defensione tamen ipsius Auicennæ dicimus*, pituitam superassatam fieri atram bilem, nõ colore (*quem semper album retinet*) *sed* aliis qualitatibus: *induit enim sibi & frigiditatem & siccitatem, proprias ipsius atræ bilis qualitates. Ad institutum redeundo, atra bilis præter naturam ex assatione genita innumeros eosque exitiales morbos creare solet*: cancros, elephantes, scirrhos, *& iis similes: de quibus agere proposuimus.*

Succus melancholicus naturalis.

Gal. de natural. fac. 2. cap. vlt.

Gal. de loc. aff. 3. cap. 4.

Gal. in primum Prorrhet. com. 1. tex. 4.

Gal. meth. 14. cap. 9.

Gal. de atra bile cap. 3.

Gal. de loc. aff. 3. c. 6.

OBSERVATIO II.

De apostemate duro lapideo, scirrhoso, in femore, crure & genu. 312

IN quodam, qui durum apostema lapideum scirrhosumq; habebat in femore, post vniuersalia

falia remedia lapidem *marcasitam* seu *lapidem molarem* candentem accepi, & asperso acero locum vt sudaret suffumigaui: Postea *emplastrum de mucilaginibus*, deinde de *ammoniaco* commode apposui. Videbatur hoc apostema maximam materiam pituitosam habere, & vix paucum melancholiæ, quare cutis color naturalis erat; & non plumbeus. Materialia autem, *vt dicit Gordonius capit. proprio*, tam vnguentorum quam emplastiorum sunt ea quæ materias duras resoluunt & emolliunt, vt *axungia gallinæ, anatis, vulpis, lupi, leonis, vulturis, aquilæ; medulla vituli, cerui; semen fænugræci, lini, gummi opopanacum, galbanum, serapinum, bdellium, storax calamita, mastix, ladanum, pix naualis*. Et de omnibus istis quanto recentiora tanto meliora, gummi temperentur in acero aut fece eius, quando est in loco neruoso, & fiat compositio ex vno, vel ex multis secundum quod videbitur expedire, per modum olei, emplastri, vel vnguenti: cuius rei electio medico perito relinquenda est. At si scirrhus magis sapiat naturam melancholicam, difficilius curatur, vt nuper nobis euenit in seniore quodam, qui nisi diligenter tractatus fuisset, facile ad cancrum deuenisset. Vide egregium exemplum apud Amatum *centuria 2. curat. 82.* in qua agitur de scirrhoso tumore ob casum, postea aucto & nigro facto, ac demum suppurato, & in vlcus verso; ex quo mors subsequuta fuit. Sed & ego Alcmariæ Æmilium Medicum vidi iam seniorem, scirrhosum tumorem magnum habuisse in genu, qui tumor

313 licet euanuerit decocto ligni guaiacani, is tamen senex eo vtens, cum morbi Gallici suspicio esset, valde exsiccatus ex ligni decocto, quod in sene dissuadebam, tabe tandem consumptus obiit. At pulchrum ponit exemplum quoque Amatus *centur. 1. curat. 26.* de scirrhoso quodam tumore Gallicano, sic scribens: Christophorus Almeida, morbo Gallico correptus erat, & scirrhosum quendam tumorem in crure habebat, à quo maximum patiebatur dolorem, cui doloroso loco post exactam medicamentorum bibitionem, cerotum hoc admouimus: ℞. *diachilonis albi, ammoniaci bdellij, sagapeni ana partes æquales, argenti viui extincti* ℥ j. *misce.* fiat cerotum membri figuræ & magnitudini conueniens: cum quo dolor quieuit, & Venetias iuit cum illo homuncione omnium hominum, quos naturæ conditio hucusque videre permitit, minimo. At paulo ante hoc tempus cum hæc scriberem, Anno 1570. mense Iulio adolescens ad me consultum venit, conquerens de duritie quidam scirrhosa, quæ in tibia in parte minus carnosa apparebat, sine dolore, nisi cum paulo longius ambularer. Sanguinem cum extraxissem, valde corruptus erat, vt de Gallica lue suspicionem haberem: quare huic linimentum ex pinguedinibus præscripsi. Sed quorsum affectus euaserit, nescio, adolescente non amplius ad me redeunte. Cæterum de istis tumorib. Gallicanis atq; gummis alias latius diximus.

SCHOLIA.

Q*Vanquam de istis tumoribus duris lapideis, tum de scirrho alias egimus* Obseruat. 12. & 13. de scirrho iecinoris. & scholiis eiusdem obseruat. lib 19. Obseruationum & Curationum nostrarum Medicinalium, *tum fere per totum* lib. 20. *cum de scirrho lienis ac scurbutto malo ageremus, & maxime* obs. 8. 9. & 10. de scirrho lienis: & obseru. 11. & 12. de scurbuttu lib. 20. *Attamen cum ibidem potius dixerimus de scirrhis, qui in partibus internis fiunt, quamquam etiã de crure scirrhoso in scurbutto diximus, hic tamen magis ex* 314 *proposito agentes de tumoribus præter naturam in partibus exterioribus apparentibus, hic rursus de scirrho verba faciamus. Itaque scirrhi, sicut & phlegmones, erysipelatis & œdematis, gemina est recentioribus chirurgis differentia, vno scirrhi nomine comprehensa, nempe* scirrhus verus, & non verus. *Barbari vero* (vt Valescus) *schirosim appellant* durum apostema, & *apud Auicennam vocatur* Sephiros. *Porro* verus scirrhus, *seu* legitimus, *recentioribus quoque chirurgis appellatur*, qui ex melancholia naturali procreatur. *Est autem melancholia naturalis* vt diximus, *boni sanguinis fex, ac veluti limosa quadã superfluitas. hoc est, crassior, quam sanguis, cuius color niger est, sapor vero acerbus vel acidus, vt vomentibus eum non raro innotescit; in massa quidem sanguinaria* (in qua humores vniuersi continentur) *existens, aliis non partibus melancholicis à natura factus.* Scirrhus *vero non* legitimus, *iuxta neotericorum placita, is est*, qui ex melancholia non naturali procreatur. *Est autem melancholia non naturalis, quæ à modo descripta naturali degenerat, intra tamen limites suæ latitudinis permanens: quod si prætergrediatur, non iam amplius* (inquiunt) *melancholia, sed alius humor dicetur.* Vera melancholia, *si in vniuersum definiatur, humor est frigidus & siccus, ex crassiore* (vt ait Guido) *ipsius chyli portione progenitus. Cæterum non* naturalis melancholiæ quatuor differentiæ *communiter statuuntur.* Prima *est, quando humor ipse melancholicus, qui* naturalis *dictus est, & quotidie gignitur in corpore, dum animal sanitate fruitur, in propria sua essentia aduritur & putrescit; fitque bilis atra exquisita. Talis enim* (vt ait Galenus 14. libr. Therap. & lib. de atra bile) *ex humore atroso seu sanguine melancholico supramodum assato, adusto seu combusto conflatur, habetque splendidum aliquid, veluti* bitumen & pix. *Hæc autem bilis atra, sapore est acida* (vt diximus) *& in terram effusa velut acetum feruet, & ipsam fermenti ritu eleuat, tum omni animanti iniucunda, adeo, vt ne mures quidem ipsi, aut muscæ, eam gustauerint, non magis quidem, quam copiosum salem, in quo nullum animans vitam peragit, vt mare, quod* mortuum *ap-* 315 *pellatur, indicat. Porro tum gignitur huiusmodi nigra bilis, cum ille veluti sanguinis limus* (quam melancholiam naturalem *diximus*) *diutius moratur in corpore, & neq; per aliquem sensibilem effluxum, neq; occultum excernitur: verum transmutatur, corrumpitur, & putrescit. Siquidem* (inquit Galenus) *hic humor vbi amplius incaluerit, aut propter putredinem, aut febrem inflammantem, nigram efficit bilem: quæ quidem frigida est, quia terrestris, sed tamen caloris non expers, quemadmodum &* citus & acetum: *& partes eius per aluum*

Scirrhi duplex.

Barbari schirosim dure apostema dicunt.

Scirrhus legitimus.

Scirrhus non legitimus.

Melancholia non naturalis.

Non naturalis melancholiæ quatuor differentiæ.

Bilis atra exquisita.

Gal. com. 23 lib. 4 aphor.

Lib. de atra bile cap.

Scirrhi lapsu

quando generantur ex lapsu & concidentia, aut inflammationis, aut erysipelatis, aut œdematis, cum immoderatius refrigerata sunt, vt testatur Galen. de tumor. præter naturam cap. 9. Sic & Tagautius: Caussæ scirrhi, vt & aliorum tumorum præter naturam, triplices sunt: primitiua scilicet, vt est praua viuēdi ratio, crassum & melancholicum sanguinem generans, coaceruansq;: antecedēs, vt succus melancholicus in corpore collectus, a liene, (cuius officium est, hepar a crasso illo & lutoso sanguine expurgare) male attractus & extra corpus minime vt debebat expulsus. Coniunctæ, humor ipse melancholicus in laborante particula impactus. Signa ipsius scirrhi præsentis, Guidonis sunt tumor durus, & valenter renitens, color inter rubrum & nigrum medius: cuiusmodi color fuscus est. Hunc, cum in corporis partibus sæpe incidat, plerique medicorum (vt Galenus 14. Methodi med. inquit) pelidnon, hoc est, liuidum vocant. Adhæc si venas euidentiores membrum laborans habet, exaltatas eas a crasso & nigriore quodammodo sanguine, cuiusmodi per aluum aliquando non paucis hepaticorum excernitur, videre licebit: sed iam scirrhus impurus & cancrosus erit. Hæ enim notæ quas hic ad scirrhum accommodat Guido, cancri propriæ sunt notæ apud Galenum lib. 14. Methodi medendi: non inepte tamen scirrho adaptari possunt, hoc vno demto, quod venas tumentes, & exaltatas non habet scirrhus, vt cancer, nisi scirrhus (vt diximus) fuerit cancrosus. Quippe non raro scirrhus in cancrum degenerat, cum ab eadem fiat materia, succo scilicet melancholico. Propriæ igitur scirrhi legitimi notæ sunt tumor durus, pertinaxque, ac tactui resistens, in quo & hebes sensus adest. Adde, quod & aliæ notæ apparent, quæ melancholicum humorem in corpore subesse testantur. Tumores vero scirrhosi ab initio, dum adhuc prima rudimenta concipiunt, magna ex parte exigui apparere solent: procedente vero tempore, paulatim augentur & maiores fiunt. Ex iis quidam vnum duntaxat membrum occupant: alii vero eo membro, quod prius infestabant, relicto, ad aliud postea transferuntur, quod dum fit, nominatur tunc vitium fermot Auicennæ. Præterea huiusmodi tumores melancholici, vt plurimum, si rite tractentur, resolutione terminantur, nonnumquam indurata manent, & non raro in cancrum (quod pessimum est) degenerant ac transmutantur. At de scirrho illegitimo aut non exquisito, ex vehementi refrigeratione aut exsiccatione originem sortito, sciendum est (vt paulo ante diximus) quando medicorum imperitia, inflammationes (quas Græci phlegmonas appellant) aut erysipelata impendio refrigerantur, aut admotis medicamentis vehementer trahentibus & per halitum digerentibus, temere resoluuntur; tunc totum id, quod in eis tenue magis erat, dissoluitur: quod vero reliquum est, velut congelatur atque impensius resiccatum, lapideam duritiem assequitur; fitque tandem affectus, qui Græcis scirrhus sic vocatur. Ceterum contingit, quandoque particulam aliquam indurari, propter tensionem, quam sustinent ex flatibus, aut humore quopiam aquoso, vt supra dictum est, dum de tumoribus flatuosis & aquosis ageretur. Nonnunquam & tophacea durities in particulis quibusdam oboritur,

Caussæ scirrhi legitimi tres.

Notæ scirrhi legitimi.

Guido notas cancri tribuit scirrho.

Indicia scirrhi.

Scirrhus illegitimus quomodo generetur.

Duritiei in particulis caussa.

propter priuationem humiditatis, & nimiam desiccationem, vt in duritia iuncturarum in articularis morbis ac doloribus procreatis. Verum enimuero hic duntaxat agimus de scirrhis seu induratis tumoribus, qui ex phlegmone aut erysipelate, paulo ante commemorato orti sunt, aut etiam ex œdemate impendio refrigerato & adstricto. Atque eos non absurde scirrhos ex coincidentia procreatos nominabimus. Scirrhi illegitimi & non omnino exacti, notæ sunt, tumor durus, vix sensibilis, id est, quasi sensus & doloris expers, corporis colorem ad vnguem repræsentans, ex melancholia non naturali ortum ducens. Hic nec incurabilis est, nec facilem sane curationem admittit. Siquidem humor, vnde huiusmodi vitium contrahitur, lentus seu glutinosus crassusque est, aut (vt Galenus ait) vtriusque rationis particeps, qui particulis induratis infartus, solui contumaciter repugnat; vbi præsertim resoluta ex ipso subtiliori humiditate, quod reliquum est, exsiccatum lapideumque efficitur. Scirrhus vero exquisitus, & qui omnino sensu vacat, curationem non recipit. Si tamen aliquo modo iuuari possit, humectandi ratione id præstari debet. Durities quoque ex nimia exsiccatione & marasmo, hoc est, consummata prorsus siccitate, insanabilis est: satis enim est prohibere, ne vltra siccitas procedat. Sed & scirrhi, in quibus pili enascuntur, quique magni sunt, ac vehementer duri, & corporis colorem referunt, nec sanantur, nec vmquam permutantur, vt scriptum reliquit Auicennas. Præsagia itaque in his tumoribus scirrhosis bona esse non possunt: nam difficile resoluuntur, & nonnumquam magis, dum tractantur, indurescunt. Scirrhi cancrosi medicum fatigant, & per medicamenta sæuire solent. Hæc de scirrhi ortu, caussis, signis & indiciis sufficiunt: nunc igitur ad curationem veniamus; & primo veri ac legitimi, non tamen exquisiti.

Signa scirrhi non legitimi.

Indicia.

Scirrhus exquisitus curationē non recipit.

OBSERVATIO III.

De Scirrho legitimo, non tamen exquisito.

QVI in crure scirrhum legitimum habebat, non tamen exquisitum, huic victum tenuē boni succi & probi sanguinis generatiuum præscripsimus: & quia aderat sanguis melancholicus, & vir hirsutus erat ac niger, sanguinem quoq; detraximus ex vena lienari: nā in crure sinistro scirrhus erat. deinde exhibito syrupo, de fumeterra, de epithymo, cum decoctis appropriatis, postea & adiecta sena, humorem melancholicum sæpius expurgauimus. Deinde hoc ceratum vt applicaretur, mandauimus, fotu tum iniunctione præcedente: ℞. rad. inulæ, lapathi acuti recentis, rad. altheæ, rad. brancæ vrsinæ, rad. lilior. albor. ana ℥ j. rad. ellebori nigri m j. folior. bismaluæ, maluæ, lapathi, meliloti ana m. j. ß. furfuris triti & bene cribrati m. ij. hordei mundati m. j. bulliant simul omnia in s. q. aquæ, & fiat fotus. A fotu inungatur: ℞. olei lilior. amygd. dulcium, pingued. anseris, gallinæ, emplastri e meliloto ana ℥ ij. misce. fiat inunctio. deinde ceratum hoc apponatur: quod est resolutiuum, mollitiuum in tumoribus omnibus duris & scirrhis: ℞. anatis, anseris, gallinæ ana ℥ iij. ammoniaci in aceto dissol-

luti ℥ j. *bdellii, galbani ana* ℥ j. *dialthaa, emplastri de* 321 *meliloto ana* ℥ ß. bulliant in muccilaginibus *sem. lini, fœnugraeci. altheae ana* ℥ j. ß. quo ad formam cerati induant. valet in omnibus scirrhis & duris tumoribus ex melancholia non naturali grossa congelata: quale hoc quoque est ceratum a nobis expertum: ℞. *diachilonis albi gummati, dialthea. vng. Agrippa ana* ℥ ij. *olei lilior. albor* ℥ j. *pingued. anatis* ℥ ij. dissoluantur: & misce ad ignem, addito *ammoniaci. bdellii. ladani ana* ℈ j. *dissol. in aceto*; fiat ceratum. Curtius in resoluendis duris tumoribus & duritiebus vtebatur sæpe *ecrispharmaco Gal. ex litharg. oleo veteri, & aceto*: addebat interdum *salem & baccas lauri*. Fertur & hoc emplastrum expertissimum esse ad resoluendum omnem duritiem in vna septimana: ℞. *sem. sinapi, sem. vrtica, sulphuris, spuma maris, aristoloch. bdellii, ammoniaci, olei anethini ana cum cera & modico aceto fiat* emplastrum. At sequens expertum habetur ad scirrhum cancrosum: ℞. *tutia alexand.* ʒ ij. *antimonii, plumbi vsti, litharg. argenti ana* ʒ j *succorum plantag. centumnodii, solatri ana* ℥ ß bulliant simul omnia ad consumtionem succorum: deinde conterantur diligenter in mortario plumbeo, quoad colorem fuscum induant.

SCHOLIA.

Tres intentiones in curatione legitima scirrhi obseruanda. CETERVM *absolutam induratorum huiusmodi tumorum, præter naturam, qui veri scirrhi,* non tamen exquisiti, *nominantur, curationem tribus intentionibus assequemur.* Prima *conuenientem viuendi normam præscribit.* Secunda *materiam antecedentem* (id est, quæ parata est, statim morbum efficere) *tollendam monet.* Tertia *coniuncta* (vt vocant) *materia & morbum iam committentis vacuationem moliendam esse nobis insinuat. Itaq.* (vt in vniuersum
Viuendi ratio. dicatur) *victus rationem eorum, qui scirrho laborant, sobriam & moderatam, & quæ ad calidum & humi-*
322 *dum declinet in rebus* (vt dicunt) *non naturalibus in-*
Euchyma. *stituito. Ergo alimenta euchyma, id est, boni succi, &*
Panis optimus. *probum sanguinem generantia exhibeto.* Panem *itaq. triticeum, probe subactum & moderate igne in furno coctum, quiq. fermenti aliquid habeat, & salis quod satis est præscribito.*
Vinum. Vinum *substantia tenue, & odoratū deligito: crassum vero nigrumq. vitato.*
Oua. Oua *sorbilia,*
Carnes. *pullos, capos, gallinas & eorum iura præbeto.* Perdices, *phasianos, coturnices, capreoli iuuenes, vituli lactantes, & anniculi verueces, laborantis in deliciis sunto. Ex o-*
Olera. *leribus id quod Arabes* Aspanac, *nos vero nomine paulum mutato*, spinaciam *dicimus: lactucas item, lupulum, boraginem, & buglossam, atq. id genus alia, quæ sanguinem expurgant, & puriorem reddunt, ne aspernator. In summa, ea omnia quæ sanguinem melancholicum suapte natura pariunt, fugito*: ea autem *Galeno*
Carnes melancholica. *lib. 3. de locis affectis cap. 6.* fere sunt caprina, bubulaq; caro, magisq; hircina, taurina: sed maxime asinorum, camelorumq; carnes: item vulpinæ caninæq; leporum quoq; sed multo magis aprorū:
Limaces. præterea limaces, si frequens sit eorum vsus: atque omnes terrestrium animalium carnes sale conditæ. *Aquatilium quoq. carnes, vt* thunni, balænæ, vituli marini, delphini, canis, atque cetaceorum o- *Pisces.*
mnium. Ex oleribus autem brassica fere sola hu- *Olera.*
iusmodi sanguinem gignere consueuit. Quem- *Ὀξάλμη fit ex aceto & sale.*
admodum & arborum germina, vbi vel *muria* vel oxalme condiuntur; præcipue lentisci, terebinthi rubi, & rubi canini, qui Græce *cynosbates* ap- *Legumina.*
pellatur. Leguminum vero omnium maxima lentes, inter melancholicos cibos numerantur:
mox *panis furfuraceus*, & qui ex typha atq; vitiatis *Panis.*
seminibus factus est, quorum apud quasdam nati- *Typha exilis est triticum, specie siligi non dissimile.*
ones vsus loco frumenti habetur, Præterea vina
crassa, nigraq; aptissima sunt vt ex ipsis melācho- *Vinum.*
licus humor fiat: præsertim, si quis abunde ipsa ingerēs, oblata occasione in multo calore corpus
contineat. Vetus deniq; caseus, vbi forte fortuna *Caseus.*
in corpore fuerit supercalfactus, facile huiuscemodi parit humorē. *Hac ex Galeno hactenus. Cauēdum insuper est a torrefactis, assis quoq. & frixis vehementer exsiccatis: item salitis, acidis & acribus* (veluti
sunt allia, cæpe, piper, sinapi) *& aliis id genus omni-* *Sanguinem adurentia.*
bus, quæ sanguinem adurunt. Vitare etiam oportet irā, 323
mœstitiam, vigilias, sollicitudines, atque immoderatas exercitationes. *Animi tranquillitas, ac* *Animi affectus.*
letitia magnopere est expetenda: summaq. ope mitendum, vt quotidie ventrem deiciat. Hactenus de primo *Excretio.*
scopo. Vt autem quod secundus scopos *nobis proponit, consequamur, præcipit Auicennas, corpus vniuer-* *Inanitio.*
sum vacuandum esse *tum vena sectione, si sanguis niger admodum & crassus apparuerit: tum medicamento purgante, quo bilem atram exigat: cuiusmodi sunt Mesua* epithymum. senna, polypodium, fumus terræ, lupulus, volubilis, *item* cassia fistula, myrobalani indi, lapis lazuli, *qui Græcis* cyaneus, *Romanis* *Vacuatio materia antecedentis.*
cœruleus *dicitur*: diasene, diacatholicon, hiera Ruffi. *Alii, vt Leonus materiam antecedentem euacuant, si fuerit pituitosa, per medicamenta in superioribus tumoribus pituitosis descripta: si atrabilaris sit, & a sanguine nigro & crasso, a vena sectione exordiuntur vacuationem, dummodo cetera consentiant, & exhibent syrupos humorem atrum præparantes, quales sunt* de epithymo, de fumoterræ, de lupulis: *præparatum vacuant tum cassia, sena, & aliis iā dictis, quæ humores melancholicos per aluum expurgant. Sed hæc, quæ ad pharmaceuticen & diætaticen attinent, chirurgiæ metas excedunt. Hæc igitur medicæ artis professoribus relinquentes, ad tertium scopum properabimus, qui versatur præcipue in euacuatione materia coniuncta:* *Vacuatio materia coniuncta.*
quem sane nos assequemur, si quod præter naturam in particula est, totum vacuetur. Quæ communis quidem ac prima indicatio est omnium, qui præter naturam consistunt tumorum: in quibus vtiq. adhuc non sunt geniti pori. Modus autem vacuationis eius proprius est, circa quem circumspectum & maxime attentum esse curantem oportet. Si quidem materia eiusmodi tumorum, natura tam maligna est, vt in duritiem veluti lapideam abeat, si temere resoluatur. Si vero plus quam par est, eam emolias, periculum sane imminet, ne ipsa corrumpatur, & scirrhus in cancrum degeneret. Sequendum igitur in hac re Galeni ac Pauli

(qui

(qui de ea ante Auicennam scripserunt) consilium est: Nempe vt scirrhosis ipsis affectibus, nullum vehementer excalfaciens siccansq; medicamentum applicetur: nullum item quod duntaxat emolliendi atq; humectandi vim obtineat. Quod enim superfluũ humorem habet, nihil omnino dissoluit: quod vero minimũ, plus quã oportet exsiccat. Hinc non omnino absurde praecipiebat Auic. alternatis vicibus ad hos induratos tumores modo emollientibus, modo digerentibus. p halitũ, vtendũ esse. Verum quoniam id & tædiosum & factu vt oportet perdifficile est, satius ac tutius Galeno visum est, medicamentis mixtã facultatẽ habentib⁹, ad horum curationem vtendum esse. Eodem enim tempore, quod induratum est, emolliemus, & sensim p halitum digeremus: illis tamen ab initio aliquid, quod modice reprimat, erit admiscendũ. Ad hanc rẽ Auicennas quãplurimas remediorũ formulas instituit: verũ quoniã ea magis dicata sunt scirrhis ex phlegmone aut erysipelate impendio refrigeratis (vt in sequenti scholio ostendemus) procreatis, illis relictis assumo medicamentum a Rhase lib. 7. ad Almansorem descriptum: facta tamen prius ab initio aliquali influentium humorum (moderatis quibusdam repellentibus admotis) repressione. Rhasis autem medicamentum ad hunc modum habet: ℞. bdellii, ammoniaci, galbani ana part. æquales: terantur in mortario cum oleo de been, seu potius ben (quod Græci balanon myrepsicon, Latini glandem vnguentariam vocant) aut de lilio. Dein desume muccaginem fœnugræci, sem. lini & ficuum, pondus omnium prædictorum: terantur omnia simul, donec in vnũ coeant. Galenus 14. Therap. ad eam rem magnopere commendat corticem radicis althææ (quam, inquit, vulgus anadendromalachen, quasi dicas arborescentem maluam, vocat) anserino vel gallinaceo adipe liquatã, & cũ eo contusam, atq; in cataplasmatis formã redactam. Quod si tumor ad suppurationẽ spectet, summopere cauendum est, ne particula laborans calorificis auxiliis, aut quouis alio modo irritetur: ita enim facile cancer accerseretur. Si vero aperiatur tumor, materia iam in pus conuersa, ab vsu vnguenti, quod diachylõ nominatur, minime tibi discedendum fuerit. At si in lapideam duritiem degenerauerit, ad ea auxilia, quæ scholio sequenti describentur, erit accedendum, & quæ obseruatione sequenti dicemus.

Materia scirrhorum eatenus tractanda. *Gal. 2. ad Glauc.* *Medicamẽta quibus accommoda.* *Rhasis medicamentum ad scirrhos emolliendos & discutiendos.* *Galeni cataplasma.* *Si scirrhus ad suppurationem spectet.*

Observatio IV.

De phlegmone scirrhosa in scirrhum illegitimum, & nõ exquisitum seu duritiem lapideam mutata.

IVVENIS quidam cum phlegmonem scirrhosam istis temporibus in femore haberet, ac chirurgi imperitia nimium refrigerata in duritiem lapideam transiisset, seu in scirrhum illegitimum & non exquisitum; nos cum ad eum acciti essemus cum axungia anserina, gallinacea & vitulina inunximus locum, & emplastrum de muccilaginibus cõmode apposuimus, postea & nostrum emplastrum de ammoniaco.

Scholia.

Summa curandorum scirrhorum.

CVRANDI vero scirrhi illegitimi & non exquisiti communis indicatio est (nam signa tũ causas ac iudicia superius diximus.) vt quod præter naturam in particula est, totum vacuetur. Modus tamẽ vacuationis eius proprius est, vt lib. 14. meth. Gal. annotauit. Nã detergere (inquit) id. quod contumaciter inhæret, oportebit. Quod si quis iis, quæ vehementer tenuiter digerunt, medicamentis vacuare tentet, nec iis quæ excalfaciant & humectent, molliant, ac liquent; huic pauci primis diebus egregie profecisse curatio videbitur: scirrhus enim manifesto decreuisse apparebit: cæterum quod de affectu restabit, id insanabile erit, siquidem toto, quod in eo tenuium partium erat, digesto dissipatione; quod reliquum est, veluti lapidosa concretio relinquitur. Hac igitur de caussa ad scirrhosos affectus nullum vehementer excalfaciens, siccansue medicamentum idoneum est. Sed ea tantum, quæ cum molliendo, hoc est, præter quod molliant, digerere etiã commode possint: cuiusmodi sunt, tum ceruina medulla, tum vitulina, tum seuum hircinum, taurinum pardalæ, & leoninum. Ex adipibus volucrum commendatur inprimis anserinus; quem proxime sequitur gallinaceus, & phasianicus. Ad hæc ammoniacũ thymiama, id est, suffimen, galbanum & bdellium vtrumq;, magisq; Scythicum: grãto videlicet est humentius. Styrax quoq;, qui humentior est, & pinguis. Radix ẽt althææ, & syluestris maluæ, quæ passim nascitur, folia modice ante decocta, cum anserino adipe, aut gallinaceo: vel si horũ facultas non sit, suillo contusa, ad hanc intẽtionem apprime sunt idonea. Probibet autem Auicennas axungias salitas: & prædictis addit maltychen, ladanum, œsipum humidam, strigmenta gymnasiorum, quæ sordicies balneorũ appellantur, stercus asininum, & feces oleorum de lilio, de alchanna, quod cyprinũ vocant, & de cherua, quod Latini ricininum dicitur. Cæterum curatio quæ per acetum administratur, vtilis est huic vitio, hoc est, scirrho iam adulto, & cum præparata iam sub emollientibus pars fuerit: vt etiam Galenus annotauit. Siquidem (inquit) aceti vis, modo eo quis modice & debito tempore vtatur, salutaris huiusmodi affectibus est, seu crassos humores dissecans & resoluens. Sin autem vel immoderatius, vel in tempore non idoneo adhibeatur, tenuiores partes violenter absumens, id quod reliquum est, lapidescere sinit: sed & si quis eo diutius vtatur, substantiam ipsam neruorum delibauerit. Ob id igitur nec sæpe, ac inter initia, nec longo tempore, medicamentis, quæ ex aceto componuntur, ad ligamenta & tendones est vtendum. Eam ob rem (Cercilis puerũ Galenus, cui ex erysipelate nimis refrigidato & vehementer adstricto, tumor durus, ac scirrhosus in toto femore relictus fuerat, ita curabat. Inprimis femur pfudit oleo Sabino, quod omnium est tenuissimum: cuius loco hodie vtuntur sambucino, quod vulgus Iasminiunum vocant. postquam vero partem sic finisset, ammoniacum thymiama, hoc est, suffimentum, quod pingue & non vetustum esset, prædictis medullis & adipibus remixtum adhibuit. Post hæc ammoniaco pinguissimo, aceto acerrimo dissoluto, circumleuit totum femur. iussitq; puerũ altero crure salire, quo plus in id alimenti ferretur. Itaque relaxantibus, quæ molliorem tumorem reddebant, & digerentibus, seu resoluentibus ita vicissim, ac moderato vtendo, puerum curauit. Verum in ten-

Medulla. *Seuum.* *Adipes.* *Gal. 14. methodi.* *Strigmenta gymnasiorũ.* *Oleum ricininum.* *De aceti vsu in variis scirrhosis partibus.* *Historia lib. 6. ad Glauc.* *Oleum Sabinum.*

donibus & ligamentis scirrho obductis, aceto ex Galeni consilio, libr. 14. Therap. & 2. ad Glaucon. ad hunc modum vtendum est: Lapis igni candens aceto acerrimo extinguendus est: & siquidem haberi potest, pyrites: si eius copia non est, molaris, quẽ Graci mylitem vocant. Deinde ascendente post infusum lapidi acetum, vapore calido, in hoc pars affecta commoueri debet, vt vaporem ascendentem recipiat, a quo scirrhus dissoluatur: atque eundem rursus medicamen, quod emolliat imponendum. Oleo tamen non aqua: quotidie ab initio omnino laborans particula perfundenda est. Esto autem id oleum haudquaquam adstringens, sed plane tenuium partium, cuiusmodi Sabinum est. Interdum autem incoquenda oleo est al-

307 thææ radix, ac sylucstris cucumeris, & si qua est eius generis alia. Sane plurimi hac curationis ratione pauco tempore perfecte sanati sunt, adeo vt multis fere (inquit Galenus 2. ad Glauc.) magnum opus videretur. Ex his igitur constat, curationi, quæ per emollientia fit, tum in tendonibus, tum in ligamentis, cum scirrhosæ fuerint, aliquid incidentium debere admisceri. Ex quorum numero vel inprimis acetum est. De medicamentis autem, quæ vim molliendi duritiei obtinent, diffusius tractatur a Tagautio libr. vi. de re chirurgica. Nunc autem capita curationis scirrhosorum tumorum breuiter ex eodem adiiciamus. Scirrhum, qui resoluta, atque absumta humiditate, in tophaceam duritiem concreuit, sensuque omnino caret, cuiusmodi est, quem exquisitũ Galenus vocat, tanquam immedicabilem curare ne aggreditor. Scirrho non exquisito (qui non sine sensu quidem omnino est, sed ægre admodum sentit) medicamenta, quæ tepido calore, ac mediocri humore prædita sunt, hoc est, quæ emolliendo moderate digerant, adhibeto: Vehementer digerentia atque immodice exsiccantia, partibus scirrho laborantibus ne vnquam admoueto: iis enim subtilior humiditas resoluatur; quod vero reliquum est, exsiccatum lapidosumque efficitur. In duris ac densis partibus scirrho obsessis, (cuiusmodi sunt tendones) atque aliis etiam in locis, si affectus iam inueteratus est, medicamentis quæ dissecent, atque incidant, cuius generis est acetum, emollientibus & moderate digerentibus misceto. Scirrhosam quoque partem hanc duram ac densam, & quamlibet aliam diuturno scirrho affectam, super vaporem calidum, quem molaris lapis igni candens acerrimo aceto perfusus emittit, collocari, ac subinde versari iubeto. Quotidie etiam oleo aliquo tenuium partium, in quo cucumeris syluestria, aut althææ radix, aut anethum viride recens, aut id genus aliud incoctum fuerit, affectam partem perfundito. Eiusmodi desiccantia, incidentia, ac crassos humores resoluentia modice, id est, non sæpe, nec longo tempore, atque opportune, hoc est, non inter morbi initia, & interposito emollientium vsu, prædictis scirrhosis partibus admoueto. In summa, scirrhos omnes, qui nondum callum contraxerunt, medicamentis, quæ commode digerendo emolliunt, curato. Scirrhosi lenis, atque etiam tetrioris curationem, medicorum prudentia committito.

OBSERVATIO V.

De cancro non vlcerato in mammilla dextra.

MONIALI aquæ ad nos venit, obscura rudi- 328
menta cancri in mammilla dextra habebat, tumorem exorientem ciceris magnitudine cum dolore & colore quasi ferientis & candentis acus; sed subinde dolorem iterum nullum habebat: quare cum ferrum adhibere nollet, post aliquot menses fabæ, deinde iuglandis & oui magnitudinem æquauit; & post annum in maiorem molem excreuit. Præter palliationem cum nulla alia remedia admitteret, postea hæc varios consuluit chirurgos, & quosdam qui perfectam curationem pollicerentur. Vnde materia tum vetustate tum errore viuendi, & forte medicamentis, quibus vtebatur, longo tempore incalescebat: quo factum est, vt dolor calorque citra inflammationem eandem magis exerceret; & tandem para conspicue liuescebat & nigricabat, venæque in ambitu crasso nigroque sanguine nonnunquam turgebant. Hæc denuo cum ad me veniret, &, si non integram ac perfectam curationem, saltem palliationem quæreret, consideraui ipsius cancrum nondum vlceratum esse, sed originem suam habere ex atra bile mitiore, & tamen facillime posse exulcerari. Et quia cancer, *vt dicebat Valescus*, est apostema melancholicum, ex melancholia adusta generatum, *vt 2. de arte curat. ad Glauc. & apud Auic. c. 34.* ex melancholia adusta a materia cholerica: hic tamen sciendum, quod cancer modo sumitur *pro apostemate duro melancholico doloroso*, modo pro *vlcere sequente apostema dolorosum & durum*. Sic in nostra hac ægra erat apostema melancholicum non vlceratum, & fiebat talis cancer ex melancholia adusta, *vt 1. aph. commento 2. in perturbationibus ventris &c.* Talis erat quoque tumor ille durus in gena, illius Petri Florentii, quem diximus *obser. 9. libr. 2. noli me tangere* habuisse: sed hoc tempore, anno 1570, 27. Iulii, cum hæc scriberem, cum durus ille tumor cancrosus etiam vltra 25. annos latuisset, nunc latior & maior factus ac durior, vsque ad oculum tum nasum sese dilatabat, & totam genam vsque ad os occupauit. *Ceterum* quomodo ibi vsi simus palliantibus, locum citatum vide. Sed quod ad hanc monialem attinet; hic cancer nondum erat vlceratus, nam, *vt Auicenna & Galenus 14. Artis, parua* in principio est, sicut faba parua, durus, rotundus, fusci coloris; & modo est cum vehementi dolore. Cancer autem dicitur vel ob suam tenacitatem, *vt dicebat Valescus*, quia firmiter tenet locum, in quo nascitur, vel ex forma sua rotunda dura in superficie, quam habet cancer. Aut dicitur cancer propter plenitudinem venarum circũquaque: sicut pedes cancri sunt in circuitu corporis eius. *Differt* cancer non vlceratus a scirrho seu sclirosi, quia cancer fit de melancholia adusta cum cholera adusta. Scirrhus vero seu sclirosis fit a melancholia feculenta pura vel mixta cum phlegmate. *Secundo*, quia in cancro adest dolor & acuitas

Cancer non vlceratus.

Differentia inter scirrhum & cancrum non vlceratum.

acuitas & pulsatio, in scliros i nihil horum inuenitur. *Tertio*, in cancro sunt venæ circumquaque nigræ, non rubeæ, sicut in phlegmone. *Quarto*, cancer fit incipiendo, sclirosis non; sed sequendo alia apostemata. *Quinto*, in cancro adest nimius sensus, in scliros i non. Ceterum quia hæc monialis me rogauit, vt illi consilium scriberem; inprimis prognosticon feci, quod non posset curari perfecte, nisi ferro, cum iam esset confirmatus. At ipsa potius mori volebat, quam ferro vti. & eo tempore nec ipse ei volebam consulere, vt ferro exstirparetur, cum eius dilatatio vsque ad axillas processisset, ac timor esset de arteriis magnis incidendis: & quia hic confirmatus erat, sola palliatione contenta esse debebat, licet Auicenna dicit: *Accidit in quibusdam horis vt sanetur cancer incipiens; confirmatus vero non.* Quod ad curationem attinet cancri non vlcerati, hos canones a Valesco positos, & hic animaduertendos proposuimus: qualis erat hic primus canon vniuersalis, *vt cancrosi ab omnibus cibis bilem atram generantibus abstineant.* Secundo, & speciatim, *cibos calidos sanguinemque adurentes vitare debent.* Tertio, ex Galeno 2. ad Glauc. cap. proprio, *diæta sit euchyma, id est, boni succi.* Quarto, *ex eodem, in principio cancri sanguis ex media vena demendus.* Quinto, *venter ex apozemate epithymi frequenter soluendus: idque non tantum ad curationem iuuat, sed vitæ prolongationem*, vt 6. ad Alanz. c. de cancro patet. Sexto, ex Galeni loco citato: *Cum mulier cancro vexatur, non habens menstrua, si quinquagesimum nondum attigerit annum, oportet ea prouocare.* Septimo, auctore Haly, *non sat est semel bis aut ter euacuasse, sed toties, donec corpus ab isto humore sit repurgatum, quia talis humor difficile purgatur, nec mouetur propter sui frigiditatem & siccitatem.* Nono: *cum victu & regimine supradicto cauendum est, quantum fieri potest, ne cancer non vlceratus, vlceratus fiat.* Ideo quod ad curationem particularem, procedemus primo iuxta tenorem primi canonis, vt hæc ægra versetur *in aere bono ac temperato, tendente ad caliditatem temperatam, & humiditatem.* Cauebit a cibis bilem atram gignentibus: vt sunt *caules, lentes, caro bubula, anseris, vinum nigrū, turbidum, & secundum Rhasem carnis leporina, salsa & effumata, caseus salsus siccus, faba, & legumina omnia, anguillæ piscesque limosi.* Et iuxta tenorem canonis secundi caueat ab *omni aromate & calidis speciebus, pipere, allio, cepis, porris, eruca, sinapi, nasturtio, raphano, & similibus; & declinet exercitium in sole in aere calido*, aut *apud ignem: sed potius conseruet se in locis temperatis.* Et iuxta tenorem tertii canonis secundum Haly vtatur *cibis bonum sanguinem generantibus, vt sunt gallina, pulli, caro agnina, hœdina, perdices, phasiani; & secundum Rhasem, pisces squamosi, seu in aquis mundis vel petrosis degentes.* Conceditur & *borago; lactuca, cucurbita, portulaca suo tempore*, & in potu *vinum clarum lymphatum, vel ceruisia clara bene defæcata:* nutriatur *vitellis ouorum sorbilium, hordeato, auenato:* & diæta vergat summatim ad frigiditatem & humiditatem: si autem fuerit æstas, vt nunc est, Auicenna dabat *lac bubulum, a quo extractum erat butyrum.* His ita præscriptis, iuxta 4 canonem fiat *phlebotomia ex mediana*, instante autumno, & extrahatur sanguis pro consuetudine: nam, vt illa dicebat, consueta erat sanguinem mittere: & secundum tenorem sexti canonis, digeratur *materia frigida* & sicca melancholica cū syr. *de fumoterra, ex apozemate borag. bugloss. scolopend. epithymi, thamarisci.* Vel hoc modo, vt Laurentius Bruninck chirurgiæ doctor insignis procedebat in iuuencula nobili de Mastain cōmorante in Act, in Hannonia, habente cancrum absconditum in mamilla dextra absque vlcere, sed cum maximo aliquibus temporibus dolore, cuius mamilla erat dura & multum consumta: R. *syr. de epithymo* ℥ ij. *syr. de fumoterr.* ℥ j. *syr. viol.* ℥ ß. *aquæ bugloss. borag. scolopē. ana* ℥ ij. *aquæ nenuphar. cichoreæ ana* ℥ j ß. Deinde purgetur secund. Gal. 2. *ad Glauc.* & Haly & omnes alios auctores, cum ʒ iiij. *epith.* dissoluti in sero caprino. Vel dentur pilulæ Haly contra melancholiam, quæ ita fiunt: ℞ *myrob. indorum, myrob. chebul. epithymi, dauci Cretici ana* ʒ j ß. *elleb. nig.* ʒ j. *agar.* ʒ j. *cum succo fumiterræ* fiant pil. datur ʒ j. Vel sic lenius purgetur, vt in iuuencula supra scripta: R. *cass. fistul. recenter tracta, cum syr. viol. diacathol. ana* ℥ ß. *pul. fol. senæ & epithymi ana* ʒ j. *Zacch. q. s.* fiat Bolus. Et iuxta tenorem 4 canonis hæc digestio & purgatio frequenter est iteranda: quia iste humor melancholicus vtraque qualitate est inobediens digestioni, & purgationi resistens: ideo ista frequentanda sunt. Et, vt probatur 6. *canone*, si mulier habens cancrum non purgetur per mēstrua, prouocentur ea. Postea ad topica veniemus, quale hoc est, quod dolorem in virgine nobili prædicta leniebat, R. *olei nenuphar. myrtill. ana* ℥ j. *olei cheirini* ℥ ij. *camphoræ puluerisatæ* ʒ ß. *aceti vini* ℥ ß. ducatur in mortario plumbeo, & *pistillo plumbeo*, donec colorem & virtutē plumbi acquirat: & post inunctionem ipse Bruninck prædictus pannum intinctum succo *morellæ, scabiosæ*, adiecto cochleari *vini aceti*, & ℈ ij. *camphoræ* apponebat, & si forte ista non iuuarent, vnguentum sequens præscribebat: R. *bol. armen. cerussæ, plumbi ana* ℥ ß. *terræ sigillatæ* ʒ ij. *muccilaginis psyllij extract. cum aqua solatri, olei de cheiri, & aqua nenuphar. an* q. s. fiat vng. satis solidum, addendo ℈ j. ß. *camphoræ.* Sed ne procedat, tali quoque vtebatur: R. *tutiæ exstinctæ & lotæ in aqua ros.* ℥ ß. *litharg. cerussæ ablutæ in aqua plantag. ana* ʒ ij. *olei de cheiri* ʒ ij. *ceræ* ʒ iiij. *camphoræ* ℈ ß. puluerizanda puluerizentur subtiliter, & cribellentur vt alcohol: *oleum & cera* fundantur simul: postea misceantur cum reliquis in mortario plumbeo, cum pistillo plumbeo calido. imperauit quoque eidē puellæ generosæ, vt in digitis portaret lapides pretiosos, præsertim sapphiros, & vt mane fricaret pedes, eos tamen custodiendo a frigiditate: commendabat & pedum lotionem. Sed cum domina illi rescripsisset, hæc remedia non iuuisse, ipse admiratus denuo rescripsit vt fieret leuis pur-

gatio cum foliis senæ, & fieret phlebotomia ex venæ splenis supra paruum digitum sinistri pedis, sanguine pauco extracto: ac rursum præscripto optimo regimine, hoc vnguentum iterum supra mammillam vt poneretur, imperauit: ℞. *succi plantaginis maioris & minoris morellæ ana* ℥ j. ß. *semperuiuæ, consolidæ minoris ana* ℥ j. *albumina oui tria. olei ros.* ℥ ij. *aceti* ℥ j. istis simul incorporatis iussit cum panno poni supra mammillam; & panno exsiccato iterum madefieri: & asserebat, si ista fierent in mortario plumbeo, multo fore efficaciora: & volebat (*vt etiam de omnibus medicamentis*) vt non deberent continuari nisi ad quatuor dies: quia ab eo, *vt dicit Auicenna*, quod consuetum est, non fit passio. Iussit quoque vt subinde sumeret parum de theriaca optima, saltem bis in septimana: & scripsit ipsi hunc syrupum capiendum de mane, antequam surgeret, & de sero vna hora ante cœnam: ℞. *cancrorum fluuiatilium num. x. herbæ roberti, agrimoniæ, sanamundæ, tormentillæ cum rad. ana* m. j. *polytrichi, adianthos, ceterach, capill. Ven. hypericonis, scabiosæ ana* m. ij. *buglossæ* m. j. ß. cõtundantur & coquantur in aquæ fontis *lib. x. vsque ad libras 4.* colaturæ addendo sacchari *q. s.* & fiat syr. longus, debito modo clarificatus. Sed & hoc Vng. eidem præscripsit, cum ipsa puella nobilis Louanii habitaret: ℞. *gummi drag. dissol. in aqua solatri* ℥ j. *vitellorum ouorum* num. ij. *camphoræ* ʒ j. misceantur secundum artem in mortario plumbeo, & fiat Vng. Hæc ipsa etiam vt fierent nostræ moniali, proposui: vel vt vteretur vng. *diapompholygos*, seu de *tutia*. Sed & hæc Bononiæ in quadam muliere Elisabetha nomine, cancro laborante ex melancholia innaturali adusta grossa, præscripta fuere: ℞. *succi linariæ & saxifragiæ ana* ℥ ß. *pul. ligustri* ʒ ij. *misceantur cum vnguento hoc:* ℞. *olei viol. ros. ana* ℥ j. *chamomill.* ʒ ij. *vng. popul.* ℥ ß. *lithargaurei, cerussæ ana* ʒ iij. *ammoniaci* ʒ ij. *resinæ q. s.* fiat ceratum. item, ℞. *olei ros. viol. an.* ℥ j. *vng. popul.* ʒ vi. *decoct. maluæ, viol. althææ* ℥ iiij. *succorum solatri, plantaginis an.* ℥ ß *ping. anseris, & castrati ana* ʒ iij. bulliant simul omnia ad consumtionem succorum, & decoct. deinde coletur: cui addantur *lithargaurei* ℥ j. ß. *tutiæ Alexand.* ʒ ij. *pul. ligust.* ℥ ß. puluerisentur subtilissime: *ammoniaci dissoluti in aceto* ℥ ß. *ad ignem rursus cum cera albæ & resinæ* q. s. secundum artem fiat ceratum: ℞. *follicul. senæ, thymi, epithymi, cuscutæ ana* ℥ j. *polypodii quercini* ℥ ß. *bugloss. borag. meliss. capill. Ven. recentis ana* m. j. *passul. enucleat.* qr. j. *liquir. rasæ* ℥ ß. *rad. asparagi, rusci, fœniculi ana* ℥ j. ß. *enulæ campanæ* ℥ ij. ß. *fœniculi, anisi ana* ʒ iij *agar. electi tantundem*: fiat apozema, &c. vel potius syr. longus, cum sacch. ℞. *olei ros. myrt. ana* ʒ j. *succi arantii, acetos. aceti ros. ana* ʒ j. ß. *vng. popul.* ʒ ij. *aquar. plantag. solatri ana* ʒ iij. bulliant simul ad consumtionem liquoris: deinde modico ceræ addito fiat vng. molle. item R. *olei myrtillorum, ros. ana* ℥ ß. *pengued. castr.* ʒ ij. *aquar. plantag. solatri ana* ℥ j. bulliant simul ad consumtionem aquar. additis *litharg. tutiæ, sarcocoll. mastich. ana* ℈ j. *antimonii* ℈ ß. additis in fine coctura *gr. v. camphoræ*. Ego tamen in hac monacha, cum cancer iam processisset, & metueretur ne vlceratus fieret, proposui, vt *diapompholygos vnguentum* apponeretur: oportet enim apostema durum & dolorosum cum calore refrenare, eius malitiam refrigerando, & resoluendo: ad quod maxime valet succus *granorum alkakengi* seu *morellæ*, vt Galenus asserit: Vel, ne crescat cancer, linimentum fiat ex *terra sigillata* & *bolo arm.* in mortario plumbeo diu ductis cum succo *agrestæ* aut *lactucæ*, aut *semperuiuæ*, & *cerussæ*. Ista enim valent ante vlcerationem, & post, secundum Haly, *vt & Valescus annotauit*: & dicit Auicenna, quod illa dicta cum *mucilagine psyllii* in mortario plumbeo præ ceteris conferunt, & emplastrum *de cancris fluuiatilibus*, cum *climia*, id est, fece vel argenti, vel aliquibus similium virium aliis medicamentis.

SCHOLIA.

QVOMODO *cancri fiant, & in quibus locis, diximus abunde* lib. 17. obser. & curationum nostrarum medicinalium, *cum de mammillæ affectibus scriberemus, potissimum* lib. 17. obs. 24. & 25. de cancro in mamma, *plurima etiam diximus de cancris vlceratis & non vlceratis, & de cancris occultis* lib. 28. obs. & cur. medic. obs. 46. & 47. *cum de vteri cancro loqueremur. Quare hic de cancris, qui etiam in aliis locis maxime aucnosis, exterius euenire possunt, pauca dicemus, & primo de cancroso tumore, quem vulgo* cancrum apostemosum *vocant, vel* nõ vlceratum. *Secundo de cancro vlcerato. Cancri enim nomen medicis & chirurgis æquiuocum est: eius enim significatio ad duo morborum genera extenditur: nempe ad cancrosum tumorem (quem vulgo* cancrum apostemosum *vocant) tam euidentem, hoc est, in summa corporis parte hærentem, quam absconditum, vt qui in penitioribus & latentibus corporis partibus est, sede nimirum, palato aut sinu muliebri conditus: &* ad cancrum vlceratum. *Vterque affectus gignitur ex atra bile, hoc est, eiusmodi natura succo, cuiusmodi est fæx in vino, & amurca in oleo vt* 14. Therap. & lib. de tumoribus præter naturã Gal. testatum reliquit. *Vbi a. mitior fuerit succus, huiusmodi latentem seu occultũ cãcrum, sine vlcere progignit. si vero acrior malignior*q*, cutim erodit: & cancrum facit cũ vlcere:* de quo scholio sequenti dicemus. *Hic autem solum sermonem faciemus de cancro in extimis partibus constituto, & nondum exulcerato, qui & ipse quandoque* occultus *Galeno dicitur. Est igitur cancer, de quo hic agitur,* tumor durus, inæqualis, rotũdus, venosus, *id est,* venas habens in circuitu turgidas & exaltatas, liuescens siue fuscus, *& (vt Paulus ait)* colore magis quã inflammatione nigricans, calidus, sed nõ adeo, vt inflammationes: subito accrescens, ægros maxime fatigans: & perpetuo fere dolore affligens. Græce *καρκίνος & καρκίνωμα dicitur. Hanc appellationem habet a cancro aquatico animali: quoniam circa hunc implentur & intenduntur venæ, cancrorum pedibus, a glomere illo corporis descendentibus,* persi-

Cancri nomen ad duo morborum genera extenditur.

Cancer ex quo humore gignatur.

Cancer sine vlcere.

Cancer cum vlcere.

Cancrosi tumoris descriptio.

Quare cancri nomẽ hoc vitium sibi adoptarit.

persimiles. Nonnulli vero inde sic nuncuparunt, q. difficillime ab his partibus, quas obsederit, euellitur, quemadmodum cancer aquaticus *animans: is enim loco, quem semel apprehenderit, pertinaciter haret. Adde quod & hic tumor cancri animalis colorem repraesentat, nempe subnigrum. Ceterum prima cancri istiusmodi rudimenta tum confusa interdum exiguaq; sunt, vt vulgus ipsum latere possint: vix enim, dum adhuc incipit, ciceris aut fabae magnitudinem aequat. Quare nihil miri est (inquit Galenus* lib. 14. Therap.) *si vulgus tunc lateat, non secus profecto quam fungi, qua e terra iam exeunt: quoniam haec quoq; peritis tantum agricolis agnoscuntur, postea vero in tantum molem attollitur, & tam vehementia, & magna & cunctis euidentia adfert symptomata, vt ne puerum quidem clam sint. Itaq; tunc nemo de appellatione ambigit, sed nominant vno assensu omnes eiusmodi affectum, cancrum: quoniam* (vt diximus) *venae in hoc morbo ex vtraque parte intumescunt, destenduntur q; ac figuram omnino similem cancro repraesentant.*

Canceri nota per initia confusa atq; obscura.

Nota cancri euidentis nō vlcerati.

Ad signa itaq; & indicia cancri euidentis & non vlcerati vt perueniamus, cancrosus tumor (vt superius dictum est) *duritiem habet, & inaequalitatē, qua tactu facile deprehenditur. colorem prae se fert liuidum, siue fuscum, qui inter rubrū & nigrum medius est; Graeci μελιδρόν vocant. Circa locum cancro affectum, quidam ictus quasi punctim illati sentiuntur: interdum etiam torpet (Celso. Venas ostendit in circuitu tumentes, & exaltatas, cancri bronchiorū modo: nonnumquam etiam in quibusdam delitescunt, tactusq; is locus, aliis dolorē aufert, in aliis eum non habet. Renixus quoq; huic tumori valens est,* ait Galeuus 14. Therap *Adhac extraneam quandam caliditatē habet. Cancer seu carcinoma a toto genere morbus est grauis & perniciosus. Vix enim vnquā propter succi crassitiem consanescit, vtpote quod nec repelli nec discuti queat, nec totius corporis purgatione cedat. Sed & tanta eius vim malignitas est, vt mitiora plane contemnat remedia, illisq;* (vt dici solet) *mediū vnguem porrigat: vehementioribus vero, veluti crabro irritetur excandescatq; atq; efferetur. Id vitiū in quailibet corporis parte oriri consueuit, sed maxime in partibus superioribus circa faciem, nares, aures, labra & mammas foeminarum, atque earum praecipue, quae a natura purgationem menstruorum non habent. Sed viris etiam plerumq; accidunt cancri, quibus assueta per mariscas purgationes suppressae sunt: per has enim turbidus ac crassior sanguis* (vnde prima vitium hoc rudimenta accipit) *expurgari a natura consueuit. Porro cum humor ipse melancholicus feci vinariae proportione respondens, in particulam aliquam defluit, ibiq; impactus manet, interdum* varices *fiunt, aliquando vero* cancrum, *vtpote cum ipse deferbuerit. Cum vero ad cutem vniuersam expellitur, fit is morbus, quem* elephantem *nominant. Est itaq; cancer particularis quaedam elephantiasis, quam vulgus male* lepram *appellitat. Dicit Gal. 2. ad Glauc. cap. proprio,* quod cancrum incipientem multoties sanauerit, sed magnitudine eleuatum sine chirurgia nullus sanauit. *idem & in Arte parua dicit.* Quanto autem sanguis ex quo ortum habet cācer, crassior fuerit ac nigrior, tanto deterior affectus eius est, qui enim sanguinē minus crassum habet, magis obedit purgationibus & pharmacis. *Et, dixit Auicenna,* accidit in quibusdā horis, vt sanetur cācer incipiēs: cōfirmatus vero nō. *Hinc & Leonus;* Hoc malū p sui initia, prius quā in mēbro figatur, curari potest. Sed vbi in molē satis insignē attollitur, insanabile efficitur. Caussa dicta est superius. *Hinc quoq; dicebat Rhasis 7. ad Almans.* Cācer est aegritudo, in qua est maxima fatigatio: & fere incurabilis est, nisi si cū incipit succuratur vt decet, & regatur, forsitā stabit vt est, nec augmētabitur. Cācer vero cōfirmatus nō curatur, nisi cū omnibus suis euellatur & extirpetur radicibus & venis. *Sic et Tagantius.* Cancer n. iā cōfirmatus (vt dicitur) atq; inueteratus, curationē nō admittit, nisi radicitus extirpetur, aut per sectionē sc. aut per vstionē: Verum qui in penitioribus corporis partibus constituti sunt canceri, talem curationē non desiderant, vt sequēti aphorismo nos edocuit senior ille medicorū facile princeps Hippocrates, inquiens Aphor. 38. lib. 6. Cancros occultos omnes melius est nō curare: curati n. citius pereunt, nō curati vero, longius tēpus pdurant. Experientia namq; (vt in Commentario huius aphorismi Galenus testatur) cōpertū est, omnes qui huiusmodi cancros sectione, aut vstione curare tētarunt, illos magis irritasse, & breui homines interemisse. *Soli itaq; cancri illi curationem huiusmodi admittunt, qui in summa corporis parte harent, quiq; exulcerati sunt, & adeo laborantes fatigant, vt & ipsi vltro chirurgi manū effugitent; & simul in talibus partibus cōsistant, quas resecare & exurere vna cū radicibus possit. Voco a.* radices cancri, *cū Galeno, eas venas, q̄ plena sunt sanguine melācholico, & vndiq; versum ad loca circūstātia extenduntur. Ceterū ex cancro nō vlcerato non raro fit vlceratus* (vt longo postea tēpore nostrae euenit moniali, quamq̄ tunc adhuc chirurgus qdā ineptus, veniēs Dordraco, huic pollicebat sanitatē: postea ipsa cōsumta miseris modis tandē vitā cū morte mutauit) *putrescente sc. spatio temporis humore, in vasis delitescente, vel irritato a medicamentis inconsulte admotis, affectu. Hunc autem exulceratum cancrum pessimum esse indicant omnes, & vera curatiom* (quae omnia molitur & agit, vt laborans particula ad sanitatem perducatur) *prorsus ineptum. Hic enim ad perfectam atque absolutam sui curationem mordentia, aspera, ac vehementia desideraret medicamenta. Atqui* (vt diximus) *talibus magis irritatur, efferatur; tantum abest, vt sub iis vel mitescat, vel consanescat. Proinde satis fuerit si cancros non vlceratos, etiānum summa corporis occupantes, praesertim maiores & iā inueteratos, prohibeamus augeri, a perfecta quidem curatione manū subtrahentes. Quod & superiore aphorismo nos commonuit Hippocrates. Cancros enim eos, qui sine exulceratione fatigant, etiam* (Galeno auctore) occultos *nominauit. In quibus sane exulcerationem minantur, vehemens caliditas & pulsatio. Ceterum, quod ad curationem cancri non vlcerati adhuc incipientis & nondum inueterati, summa corporis occupantis, attinet; curatio cancri non exulcerati & adhuc recentis tres habet scopos praecipuos.*

Celsus lib. 5. Gal. lib. 2. ad Glauc.

Qui cancri radicitus tolli debent, & qui non.

Radices cancri quae.

Cancer exulceratus pessimus affectus.

Quae nota in cancro futuram exulcerationem portendant.

Tri[illegible] curatio cancro proponitur.

Primus est, humoris melancholici generationem prohibere. *Secundus est*, succum melancholicum genitum & per totum corpus dispersum vacuare. *Tertius*, humorem, qui locum affectum occupat, vel regerendum vel digerendum omnino; adhęc, particulæ laboranti robur adferendum esse insinuat.

Primus scopus.

Primus scopus perficitur ea viuendi ratione ad vnguem obseruata, quæ supra in capite de scirrho legitimo nominato, tum obseruatione præcedente præscripta est. Id autem inter cetera maxime ac præcipue obseruandum est, vt iis, qui hoc affectu laborant, ea alimenta offerantur, quæ refrigerandi atq; humectandi vim sortita sunt: quæq; probum ac tenuem succum, in corpus ingesta, generāt. Cuiusmodi sunt, cremor hordei, pisces saxatiles, omnis generis aues, præterquam palustres: ouorum, sed maxime sorbilium (quæ Græci ῥοφητὰ vocant) lutea: *& quæ eius generis sunt alia. Quod si caliditas effatu digna, citra febrē tamen, in particula laborante adfuerit*, lac bubulum, *a* quo butyrum fuerit extractum, vel serum lactis *tuto offerri potest. Sed & olera, quæ refrigerantis atque humectantis naturæ sunt, veluti* malua, atriplex, blitum: *& quando tempus tulerit*, cucurbita, *item* citrulli & borago *illis in cibum permittuntur.*

Victus ratio tenuis sit, boniq; succi.

Secundus scopus. Humoris melancholici vacuatio.

Secundus scopus qui est, totū corpus ab humore melācholico, vnde vitium hoc originem traxit, repurgare, completur purgantibus medicamentis vacuandæ atræ bilis accommodis, in capite de scirrho superius enumeratis. Sed vt seriatim & per ordinem progrediamur, purgationē ordiemur, lenito aluo, a sanguinis detractione, & modo ætas & vires permiserint, vena incidenda in gibbero mediæ. Mox humorem præparabimus syr. de fumoterræ, de acetosa, de bug. inde euacuabimus, *semper a lenioribus & simplicioribus incipiendo, & ab ipso* epithymo (*quod Romani* inuolucrum *vocant*) *pondere quatuor drachmarum in sero lactis mulsaue*, vt Galenus præcepit lib. 14. Meth. *Ea autem quantitas epithymi, vel paulo maior, tertio quoq; die offerenda est. vt scilicet melancholicus humor, qui in venis collectus est, & cancro generationem dedit, sic sensim atq; ex interuallo vacuetur: quandoquidem vniuersam simul euacuare vix datur. Sed nec semper prohibere possumus, ne deinceps eiusmodi succus in corpore generetur, & in venis colligatur. Itaq; materiæ eiusmodi antecedentis purgatio, sic per initia quidem simplicium aliquo, per vices molienda est. Deinde si res ita expostulet, antequam ad fortiora veniamus, compositorum aliquo vtemur.* ℞. electuarii lenitiui, diacathol. ana ℥ v. confectionis hamech. ʒ ij. *misce: & cum decocto* florum *&* fructuum cardialium, *&* myrob. chebul. *& emblicorum fiat potio breuis. Vel exhibenda postea* hiera Ruffi, *vel* Auicennæ, *quæ nigrum veratrum recipit. Nec ab iis quidem ita repetitis purgationibus prius desistendum est, quam totus ille succus melancholicus eductus fuerit, & pars non amplius tumescat. Quod si nihil obstiterit, hoc est, si ætas, & vires permiserint, etiam*, vt diximus, *sanguinem mittemus, & postea purgabimus: & si fuerint mulieres, menstrua euocare vtile erit, si quidem nondum quinquagesimum annum attigerint*, vt lib. 2. ad Glauc. Galenus nos admonuit. *Hæc secunda indicatio omnium prima est*

Vena sectio.

Epithymum

Sensim ac blando, non semel atque affatim purgandum in cancro.

Hiera Ruffi. Hiera Auicennæ.

Galeno, quæ vero primo loco posita est, secundum ordinem sibi iure vendicat. Communis namq; (inquit lib. 14. Methodi) *indicatio curationis in cancro est*, humorem vnde vitium est natum, illico vacuare: *mox vero* prohibere, potissimum si fieri potest, ne de cetero eiusmodi succus melancholicus in venis colligatur: *sin id fieri nequit*, saltem eum omnino ex interuallis vacuare; & simul particulam firmare, ne quid humorum redundantiæ ad eam confluat. *Sed, quod omiseramus, si hæmorrhoides in viris, quibus emanare consueuerunt, suppressæ sunt, recludantur. Tertia igitur indicatio* (quæ omnibus eiusmodi affectibus ex fluxione creatis cōmunis est) *nobis insinuat* humorem, qui in particulam affectam procubuit, vel regerendum esse, vel digerendum omnino: *adhæc* particulam firmandam esse, ne quid humorum redundantiæ (vt supra diximus) ad eā confluat. *Porro repellendi quod influxit, tempus accōmodum erit, in principio quidem, tam in ipso purgationis tempore, quam ante. Vbi vero iam totum corpus exquisite purgaueris, tunc digerendi dabitur occasio. Verum si mediocris tantum purgatio præcessit, mixtam habere facultatem, quod applicabitur medicamentum, conuenit*, reprimentem *scilicet, &* digerentē. *Sane, vt has intentiones rite assequaris, deligenda tibi erunt medicamenta, quæ viribus quidem sunt mediocria, qualitate vero minime mordentia. Talia enim huiusmodi affectibus solum sunt idonea. Nam quæ imbecillas vires habent)* vt Galenus ait lib. 14. Therap. *nullum operæpretium efficiunt, sed vincuntur. Quæ vero valentiore sunt facultate, vehementer quidem tenuiores, quæ in venis sunt, sanguinis partes, vel digerūt vel ecrudunt; crassas vero & melancholicas, quas faci prius assimilauimus, nec euocant, nec reprimunt; quoniam potius eas ad soluendum ac discutiendum contumaces reddunt. Ad sanandos igitur incipientes cancros, mediocrium virium medicamentis est opus; quæ scilicet nec propter imbecillitatem vincantur, nec propter effectus vehemētiam, valenter sanguinem incrassare valeant: adhæc item* (vt dictum est) *quæ omnino haud mordeant: quandoquidem vitii malignitas ab iis, quæ mordent irritatur, ac* (vt dici solet) *efferatur. Ceterum cum materia, ex qua ortum habent cancri, magna ex parte crassa sit, repulsioni, ac etiam resolutioni contumax, siue inobedient, multaq; malignitatis particeps, sat fecerimus* (vbi saltem periculum ex chirurgia timuerimus, nec curari affectus aliter possit) *si vsu præcedentium medicamentorum, ex vstis elotisq; metallicis* (vt Galenus consulit) *acceptorum, ipsos augeri prohibeamus, & præsertim si maiores fuerint: aut iuxta Auicennæ sententiam, eos ab vlceratione vindicemus. Ad quas intentiones* lib. 2. ad Glauc. *succum* solani, *& medicamen ex* pompholyge *constant, aut quod ex* chalcide *fit* (diapalma *vulgo appellatur*) *magnopere Galenus commendauit. Proinde Theodoricus ad eam rem vng. institutus* diapompholygos *nominatum, quod eidem recipit*, olei ros. ceræ albæ ana ℥ v. succi granorū rubrorum solani ℥ iiij. cerussæ lotæ ℥ ij. plumbi vsti & loti, pompholygos (*quæ* tutia *vulgo dicitur*) ana ℥ j. thuris ℥ ß. *Refert quoq; Galenus* lib. 1. de compositione pharmacorū secun-

Tertius scopus.

Quid in principio & simul ipso purgationis tempore agendum.

Quod aptum medicamentum cancro.

Succus Solani.

Diapompholygos.

Diaphœnicone seu diapalma.

Vnguentum diapompholygos Theodorici.

Apollonii medicamentum.

secundū locos, *vnguentū quoddam ex Apollonio ad*
manantia capitis vlcera, q̄ Græci achoras *vocāt, institutum que ad eiusmodi cancrosos tumores adprime vtile*
esse affirmat. Recipit autē olei *vel* rosacei *vel* ompha
cini *(id est, immaturi) heminam, quæ Græcis* Cotyle
dicitur; quod in pilam plumbeam infusum tantisper
(sub sole) cochleario etiam plumbeo agitari debet, aut
pistillo plumbeo teri, donec crassescat nigrescatque, adeo vt plumbi colorem referat. Deinde seorsim conterito lithargyri lib. 1. cerussæ tantundem, *& cum* oleo
commisceto, ac fiat vnguentum. Sed & hanc descriptionem fieri vidi in Italia ipsius diapompholygos: ℞.
olei rof. lib j. ß. cerussæ lotæ ℥ iij cerae albæ ℥ x.
plūbi vsti, tutiæ præparatæ ana ℥iij. succi granato-
rū, solatri viridis ℥ vtij. thuris albi ℥j *ex cera & oleo*
fiat cerat ū: dimittatur infrigidari: postea pulueres misce, in fine vero succum solatri: & in mortario bene cōmisce, & malaxetur manib. & fiant magdaleones Sed
& aliud vng. diapompholygos *Bononiæ in vsu est ad*
cancres: ℞. pul. plumbi vsti loti, pompholyg. olibā-
342 ni ana ℥iij absynthii *(credo quod intelligunt succum)*
℥ ij. ceræ ℥iij. olei ros. ℥v. vuæ lupinæ *id est, solatri,*
nēpe baccarum *seu* fructuum succi *q. s. At descriptioni* diapompholygos Theodorici *adijcere licebit interdum* lemnium sigillum, bolū arm. succū sem p-
uiui *vel* vuæ acerbæ *in plumbeo mortario, cum* plū-
beo pistillo *vsque ad glutinis consistentiā subactu. Porro*
quantū valent facultas plumbi, præsertim vsti & eloti, in omnib. cancrosis dispositionib. satis superque, nouerunt omnes, qui de hac re periculū aliquando fecerunt,
& qui attente legerūt quæ scribit Galen. de plumbo (q
molybdos *Græce eidem dicitur)* lib. 9. de simpl. me-
dic. facultatib. *Ad eundem morbosam dispositionem*
laudarunt Paulus & Auicennas emplastrum ex can-
cris fluuiatilibus, *præsertim si parem modum cadmia*
receperit Cancrorum *igitur fluuiatilium* cremato-
rū, & cadmiæ *par modus in pollinē redactus inspergitur, aut* cancrorū cinis *vnà cum cerato inspergitur.*
Panis *etiā cum* symphyto *apponēdus, sua quātitatem*
moderando, ne aggrauet: item rosæ, melilotum. pap.
sem. cū pasto trita, *& paululū* decocta, *ac subinde cū*
luteis ouorum subacta *applicanda. Præterea hoc malo*
correptis dāda sunt medicamēta quæ venenate aduersantur, vt est theriaca & antidotū mithridaticum.
Sed & idē Auicennas iubet minutos cancros, in quib. locis apprehendi possunt, radicitus esse exstirpandos, excidendosve: facta vero excisione huiusmodi crassiorem sanguinē circūquaque, exprimendū esse, deinde cauterio locum esse adurendum. Hoc n. reliquias materiæ dissipat & absumit, mēbrum roborat, & hæmorrhagiam prohibet, Galenus etiam ante Auicennam cancros interdum per chirurgiam exstirpandos esse promisit, lib.
14. method. medendi, *vt de cancro vlcerato postea dicemus. Verumenimuero, tametsi curationē hanc, quæ per chirurgiam fit: Galen. & Auic permittunt; ad vitandū tamē hæmorrhagia & vlcerationis, imo vero & vita ægrotā is periculum, ea omissa, curandi rationem præscriptā, quæ solemnib. & quasi adblandientib. medicamentis fit, tum quia tutiorem & minus calumniæ expositū, amplecti, atque ea solā cōtenti esse debemus. Quandoquidem, si eiusmodi tumor cancrosus, qui satis malē insignem creuit, quæ sanis partib. coniūgitur, totus circumcidatur; statim immodica profusionis sanguinis, propter vasorum magnitudinem, maximeque arteriarum; periculum imminet. Quas venas si laqueis (in* 343
quit Galen.) *intercipias, cor fortiter eæ aliæ partes nisi cientur, & ingenti dolore cruciabuntur. Adde, quod excisa carcinomata (vt* Celsus ait lib. 5.) *etiam post inductam cicatricem tamen reuerterunt, & causam mortis attulerunt, quod & ego ipse experientia ita fieri cognoui, vt post abscissam mamillā cancrosam, cancer postea denuo redierit, mortemque intulerit. Sin eius mali radices exurere velis, neque hoc quidem sine graui iactura vicinarum partium fiet, præsertim si iuxta principes partes exustio fiat. Itaque,* cancri maiores, *& qui iam inueterauerint, neque ferro temere adurendi sunt, neque scalpello excidendi, sed blande potius, ac leniter (vti diximus) tractandi. Plerique enim nullā vim adhibendo, quæ tollere id malum tentent, sed imponendo tantum leuia medicamēta, quæ quasi blandiantur, quo minus ad vltimam senectam perueniant, non prohibentur. Reliqua quæ ad huius operis complementum seu absolutam de cancro tractationem attinent, scholio sequēti de* cancro vlcerato, *tum locis iam superius citatis, requirenda sunt. Interim capitis curationis cancri non vlcerati adhuc incipientis, & summa corporis occupantis, ex Tagaultio hic apponemus.* In cancro inci-
piente, & qui ex humore non admodum crasso
constat, nec venas valde tumentes exserit, humo-
rem melancholicum, vnde hoc genus vitii nasci-
tur, a toto corpore inprimis vacuato. *Ergo* si ætas
& vires ferant, secta in cubito vena, sanguinē pri-
mum, quantum res ipsa efflagitat, mittito: *Deinde*
medicamenta bilem atram per aluum exigentia,
initio blanda, & mitiora, postea vehementiora, ex-
hibeto. Si menstrua in mulierib. ante quinquage-
simum annum, aut mariscæ tum in viris, ex inter-
uallis sanguinem fundentes suppressæ sint, illas
modis omnib. prouocato. Interim tenuem victus
rationem, & quæ probum succum minime melā-
cholicum generet, instituito. Si prohibere nō pos-
sis, quo minus succus crassus & melancholicus in
venis colligatur, cum ex interuallo tum simplici-
bus, tum compositis medicamentis vacuato. Re-
media affectę parti ante purgationē, & ipso pur-
gationis tempore, repellentia; vbi vero *corpus* in-
tegre repurgatum est, digerentia, virib. mediocria
& qualitate minime mordentia adhibeto. *Ergo*
solani succum, vel medicamentum ex pompho-
lyge, aut quod ex chalcite fit (diapalma vulgo ap- 344
pellatur) atque, id genus alia dolenti loco admoue-
to. Quod si per chirurgiā cancrum sanare aude-
bis, melancholico humore prius indici consilio
repurgato, quod vitiatum est, prorsus excidito, &
sanguinem satis multū effluere finito, crassiorem-
que ex vicinis partib. exprimito, atque affectum
tandem similiter reliquis vlceribus sanato.

Hemina capit ℥ VII. & ß.

Alia descriptio diapompholygos.

Plumbi vis mirabilis in cancrosis tumoribus.

Paulus lib. 4 ex Archigene.

Chirurgia in cācris temere non adhibenda.

OBSERVATIO V.

De cancro vlcerato in mamilla dextra, qui postea mortem intulit.

CÆCILIA apud Clarissas Delphenses cum
cancrum inueteratum & magnum in ma-
milla dextra longo tempore habuisset vlcera-

tum, ita vt toto vitæ meæ tempore maiorem mamillam non viderim induratam; tandem hic cancer adeo excedens detegebatur & exulcerabatur, vt corruptæ carnis speciem exhiberet, cum fœtore, & cum sordida illuuie, horrido aspectu, labris præduris & inuersis; quæ omnia signa in cancro vlcerato esse solet; adhæc sanies tenuis nigra subinde & fulua manabat; vapor exspirabat, cordi, ori, cerebroque grauis; febris assidua, eaque lenta inerat, frequensque animi defectio, quæ præsertim cum cancer in mammis inhæret, adesse solent. Iam quoque excisis venis sanguis adeo profundebatur, vt chirurgus Guilhelmus de Dalem, qui eam tractabat, sanguinem reprimere nō possetcui accedebar & Cornelius Ericius consrater meus, vt eam consilio suo interdum iuuaret, aut saltem subinde inuisendo alacriorem redderet, & aliqua ex parte consolaretur. Erat autem tantus fœtor, vt ego ipse, dum a chirurgo medicamenta adhiberentur, semel ex vehementi odore in animi deliquium inciderim. Et profecto vsque adeo malignus erat cancer, & ita longe lateque sese dispergebat, vt neq; chirurgus prædictus ferro eam tangere auderet, quamuis paucis ante annis in alia sororcula in mamma cancrum (*tamen non vlceratum*) excisione curauisset, nostro & Cornelii Ericii consilio, quæ adhuc dum hæc recolligere, nempe anno 1590. viuit. Sed hic cancer adeo inueteratus & malignus erat, vt neque incisione, neque corrodentibus medicamentis per chirurgum curari posset, vlceratione etiam totam mammam fere occupante, & sanguine feculento axillares arterias replente. Quare, cum de plena curatione desperaremus, adhibitis solummodo remediis blandis, vt *aqua plantaginis*, cum *cerussa*, si sanguis profunderetur, tum aliis cancrum vlceratum mitigantibus, palliatio ad tempus fiebat per eundem chirurgum. Sed cum sua malignitate paulatim talis cancer (*qualem similem numquam vidisse me recordor*) proreperet, non solum carnem, sed & alias partes solidiores depascens, non diu post hæc ipsa magna cum miseria quasi cadaucrosa, cum nos & Ericius & ipse chirurgus prædictus vix fœtorem tolerare mus, vsque adeo vt chirurgus eam non satis bene tractare posset, tandem obiit, anno 1570. sub finem Iulii mensis.

S C H O L I A.

Caussa cancri vlcerati.

CANCER *hic vlceratus ex calidiore & acriore fit humore*, vt & scholio præcedente diximus. *Habet quidem eandem caussam cum superiore, nisi quod humor atrabilarius magis sit acrior, vnde & exulcerat. Signa quoque in hoc differunt, quod in cancro vlcerato, præter dolorem, duritiem tumoremq;, vlcera erosa ac inæqualia conspiciuntur, plurima ex parte sordida, labris prætumidis, aspectu horrenda, & concreta humorū colluuie ingrata. Quæ vero* (inquit Paulus) *pura videntur, feculenta, liuida, atq; interdum etiam subrubra & cruenta apparent: sanies inde manat continue tenuis aquosa, nigra, aut fulua, grauiter olens. De prognosticis scholio præcedente satis dictum est.*

Signa.

Sed quod ad curationem cancri vlcerati attinet: si huiusmodi cancrum per chirurgiam curare audeas, cœpisse quidem (vt Gal. 14. Therapeut.) *a vacuando per purgationem melancholico humore oportebit: vbi vero totum, quod vitiatum est, prorsus excideris, ita vt nulla supersit radix, sines effluere sanguinem: nec propere eum inhibebis: imo premendo potius vicinas partes, exprimes ex his crassiorem; mox curabis eo modo, quo alia vlcera curari consueuerunt.*

Ratio sequendo cancrum exulceratū. Vacuatio. Excisio.

Vide Paul. lib 6.

Sunt, qui exciso carcinomate, & crassiore sanguine ex circumstantibus partibus expresso, ferramentis igni cādentib. locū adurunt. Alij cum parte aliquā corporis carcinoma eiusmodi, quod cum vlcere est, occupantis, hoc (si locus nō refragetur) *circumcidi opus esse tradūt, dein vinotentis aduri, tritasq; cantharides ex alumine & cyprino oleo superponi,* Alii *vero a sectione & vstione, quæ fit ignito ferramento, abstinentes, corrosione valida ex adurentib. medicamentis facta vitiū hoc totū exstirpāt & destruunt.* Porro *medicamenta eiusmodi si quando adhibenda sunt, valentis admodum facultatis esse debent.* Nā, vt scribit Hippocrates, *extremis morbis, extrema remedia adhibenda sunt. Tātum aūt est huius vitij malignitas, vt mitiora plane contēnat remedia. Inter cetera vero præstantissimū ac tutissimū auxiliū in hoc affectu Guidoni a* (*auliace prædicatur*, arsenicū sublimatū. *cuius egregias dotes supra iā multoties cōmemorauimus, & in sequentib. adhuc celebrabimus.* Hoc (*inquit Theodoricus*) cancrū, lupū, esthiomenū (hoc est, sphacelū seu sideratione, noli me tāgere, fistulā, & tales omnes pessimos morbos. prima die occidit & exstirpat. *Ceterū & ipse Valesc. refert de medico quodā & chirurgo, qui cācrū, vlcera tibiarū antiqua succo* solatri *vel* plātaginis *fouebat, in eo posito puluere* arsenici; *pannumq; in eo madefactum superponebat: & sanabātur multi cum adiutorio Dei & illius medici. Ceterū magna locorum circūstantium interim, dū hæc admouentur, cura semper habenda est, ne scil. ea ipsa inflāmatione atq; humorum confluxu occupentur: quod incommodum facile deuitabis ipsum arsenicū sublimatum iusta quantitate & legitimo modo adhibēdo* (quā quantitatem coniectura tantū artificiali rationalis definit medicus:) *partesq; vicinas & carcinoma cingentes,* bolo armeno, *vel vng.* de bolo arm. & succo solani, *& id genus aliis illinendo. Inter adurētia & multū corrosiuum, absq; tamen dolore, cōnumeratur* puluis mercurialis, *ex inuentione Iohannis de Vigo. Vbi aūt ipsum* arsenicum, *effectū, quem desideras, præstiterit* (quod ex loci inflatione sine tumore, & mora triduana deprehendes) *dolor mitigandus erit, & crusta casus hoc emplastro procurādus:* R. decoct. althææ, maluarū, viol. ana lib. j farinæ hordei. q. s. *misce: inde bulliāt ad spissitudinē, quib. adde* olei rosati, olei violati ana ℥ j ß. lutea ouorū num. ij. croci parū. *Cancro vero sic penitus exstincto, ac radicitus exstirpato, vlcus ipsū quod remansit, similiter aliis carne vlcerib. curabis. Carcinoma aūt prorsus exstinctum agnosces. si proba & sana caro apparuerit, si & nulla virulenta proluuies so in parte affecta ostenderit, nullaq; amplius graueolentia, eorū qui proxime astant, nares offenderit. Ceterum solis illi cancri etiam cum vlcere coniunctis, curationem eiusmodi.*

Vstio.

Cātharides. Corrosio.

Carcinoma mitiora contemnit remedia.

Arsenicum sublimatum.

Legitimi effectus arsenici nota.

Exstincti carcinomatis nota.

Quinam cācri vlcerati.

vstionē, aut sectionem desiderent.

modi, q̄ vstione vel sectione fit, admittūt, qui in summa corporis parte hærent, quiq; adeo laborantes fatigant, vt ipsi vltro (inquit Gal.) *chirurgi manū efflagitent, & simul in talib. partib. consistant; quas resecare & exurere vna cum radicib. possis. Sed cum hæc curandi ratio, nō fiat graui ægrotātis periculo* (vt supra scholio præcedente de cancro non vlcerato monuimus) *administrari possit, temere adhuc in talib. adhibenda non est. Itaq; si in penitiorib. corporis partib. cōstituti sunt*

Quibus cācris lenitiuæ adblandientiam, vero curationē omissa.

cancri huiusmodi, aut in talib. quidem consistant, quas nec adurere, nec exscindere vna cum radicib. possis, vel si loca principib. membris vicina occupent, vel laborās ob virium imbecillitatē tale curationis genus sustinere non possit, aut forsan extrema hæc subire nō velit; adhæc si ex hac curādi ratione deterius aliq. malū sequeretur: breuiter si periculū ex chirurgia, id est, sectione, aut vstione timeamus, nec curari affectus aliter possit, sat fecerimus, si hūc augeri prohibeamus proba inprimis victus ratione, & cōmodis vacuationib. soliq; lenibus & quasi adblandientib. medicamentis vtentes: a vehemētibus vero & acrib. prorsus abstinentes. Ergo imperandā ægris talis victus ratio est, qua tenuis sit, bonumq; & minime melācholicum succum generet. Quod si ob iecoris caliditatem & siccitatem excedentem, prohiberi non possit, quin crassus & melancholicus in corpore sanguis procreetur, cibis refrigerantib. & humectantibus eis vtendum, quibus hepatis intemperies paulatim emendetur. Conueniunt itaq; in hoc affectu ptisana, cremor, lactisq; serum, vinum paucissimum & aquosum, pisces saxatiles, *atq; omnis generis aues, præterquam palustres. Ex olerib.* malua, atriplex blitum, cucurbita, atq; *id genus alia. Acria mēsis, & vsq; leuo omnis vitanda. Sed & crassior ille succus, qui in venis colligitur, ex internallo vacuandus erit, interdum purgante medicamēto, interdum* (nisi quid prohibeat) *vena sectione. In mulierib. quoque, si quidem liceat, per vterum menses euocandi; atque etiam in viris hæmorrhoides* (si eas pati cōsueuerunt) *prorītandæ. Loco autem affectō imponēda remedia sunt, quæ dolorem leniant, & ita ipsum sūmarē possint, vt nihil redundantiæ humorum amplius excipiat, quæ item refrigerent & exsiccent, minime vero mordeant aut irritent: cuiusmodi sunt* solani succus, *vel* aqua distillata: *cū succis copiā no est* plumbū vstum *&* elotū, vng. album, *quod habet cerussa* in aqua ros. lotæ ℥ ix. litharg. albi loti ʒ vi. olei ros. lib. j. ceræ albissimæ ℥ iij. *vel* paulo plus: *confice secundū artem. Nec minus confert vng. ex* lithargyro & plumbo vsto: ex pompholyge quoq; scholio præcedēte *descriptū: aut aliud id genus metallicis* vstis *&* elotis. Aquæ *etiā, vt vocant,* camphoratæ *similiter & succi in mortario plumbeo ducti, huic vitio efficacissime admouentur.* Laminæ *quoque* plumbeæ *maximo & pene incredibili vsu cancris ipsis exulceratis super inducūtur. Modus aūt vsus succi* solani (*q̄ medicamentum eiusmodi affectib. vtilissimū esse scribit Galen.*) *talis esto.* Solani succo linteū molle duplicatum imbuito, & loco affecto imponito. Extrinsecus lanā molliu seulam eodē succo madētem linteo circumdato; atq; hæc, ne siccescant, eo succo subinde irrigato. *Hoc remediū loco dolenti inductum, sine dolore ac molestia* (inquit Paul.) *exulce-*

Victus ratio in cācro vlcerato obseruanda.

348

Succus melancholicus ex internallo vacuandus.

Quæ loco affecto imponenda.

Succus solani.

Vng. album.

Lamina plumbea.

Modus vtēdi succo solani.

ratis cancris subuenit. Plurima medicamenta cōposita, a Galeno, Paulo, Celso, Aetio ad hunc vsum conscripta sunt, ex quib. duo hæc selegimus cū Tagautio. Argenti spumam, *& cerussam in plumbea pistella cum* oleo rosaceo *tantisper conterito in sole, dū plumbi colorem, vnguentum, quod ex his fit, acquisiuerit. Aliud, quod magnopere probo* ℞. plumbi vsti & eloti, pompholyg. thuris ana ℥ v. absinthii ℥ j olei ros. lib. ß. ceræ ℥ j. ß. succi solani q. s. *ad vnguenti crassitudinē.* *Insigniter autem leniunt solanturq; plurimum in ipsis exacerbationib. & cruciatus tempore,* malua, *aut* althæa (*quam* bismaluā *appellant*) *in mulso subacta liquefactave & rosaceo paulo læuigata, instarq; cataplasmatis illita. Adhæc cataplasma ex* ficubus aridis, meliloto (*q̄ Latini* sertulam campanam *vocant*) ruta, thure, buniade herba, *id est,* napo, *diligenter cū oleo contusa. Lenit itē cataplasma quod constat* palmularum dactylis *in passo decoctis, quib. adiecta sint* ouorū lutea, polentaq;. *Adhæc quod ex* papauere *aut* meconio *factum est, aut* polygono *aut* seride, *hoc est,* cichorio: *hæc quidem in dolorib. vsui sunt. Multi mitigāt eius fraudulentiā & inpacietatē* (ita loquitur Guido) *cū* petia scarlati, *& appositione* carnium gallinarū. *Hinc vitium hoc ideo* lupū *appellari vulgus putat, quoniam carnes vnius gallinæ si apponantur, quotidie fere absumit & deuorat. Quod si forsitan eiusmodi gallinacea carnes, vel similes, illi pro pabulo non offerrētur, carnes sibi proximas, ceu lupus quidā famelicus, ad eandem quantitatem depasceretur & exederet. Quidam huic morbo volunt adblandiuntur, admoto puluere* stercoris humani, *&* anethi, *igne concrematorū: itē appositis quibusdam herbis, vt* scabiosa, trifolio, verbasco, *id est,* tapso barbato, *&* herba Robertiana *nūcupata q̄ quibusdā* myrrhis Dioscoridis *esse putatur.* *Valisius &* scropbulariā, ceterach, gentianam, *&* capillum Ven. *ex quibus,* inquit, *possunt fieri potiones & emplastra. sed &* caprifolium, pilosella, pulicaria & puluis repertus *in* fungo *qui se si dilatat supra terrā ad modū stellæ, si apponatur. Quidā præter vnguenta superius dicta, apponunt* peciā scarlatæ (*vt vocant: alij vng.* ex pul. litharg. ℥ j. cerussæ, tutiæ ana ℥ j. olei ros. ceræ nouæ ana ℥ ij. *fusis simul & coctis addita* ℥ ß plumbi vsti *conficiunt, & in eo* pannū blauium (*ita n. loquuntur, id est* cœruleū) *madefaciunt ceratiinstar, & apponunt per multos dies: interim tamē omni die mundificando cancrū, nonnulli scrophularia iubent cū* cerefolio, *vel* aqua iridis, cardui benedicti *cū puluere seminis eius. Quidam accipiunt extremitates* spinarū mori syluestris, *quæ præsenti anno creuerunt, habentium* quinq; folia: *destillētur: & inde lauant membra cancrosa: est n. mirabile, etiā si cancer ipse in palato esset. Ceterum, vtcunq; res se habeat, cōmemorata nuper remedia* (*quoniam fere temperata sunt*) *si magnopere non prosint, nocere saltē non possunt.* *Hæc de cācro: nunc ad elephantiasin seu lepram Arabum accedamus, quæ totius corporis cancer existit.*

Vng. ad cācros vlceratos.

349

Malua, althea.

Aliud.

Cancer vlceratus cur quibusdam lupus appellatur.

Herba Roberti.

Vales. m.

350

OBSERVATIO VII.

De elephantiasi & lepra Arabum.

CVM in Gallia adhuc praxin exerceremus, vir quidam ad me & chirurgum quendam

in ciuitate Pithueriensi experiendi caussa accessit, vt a nobis sciret, numquid lepra vera afficeretur nec ne. Inprimis colligentes signa tã ex principe Auicenna, Gordonio, Gherardo, Viatico, quam Gilberto, iuxta ordinem satis facilem, hoc modo processimus: *Primo* dando verba consolaria: *deinde* auxilio Domini Altissimi inuocato spẽ ægrotanti adiecimus, *quod ista ægritudo procul dubio futura esset ad salutem animæ: & ideo de ea re non dubitaret, & propterea nobis veritatem diceret de omnibus, quæ eundem interrogaremus: nam esto quod leprosus reperiretur, id sine controuersia, in anima salutem sempiternam accessurum; modo id sibi* a manu *Domini contigisse sine vlla querela aut murmuratione fateretur: nam quantumuis exosi sint leprosi a mũdo, a Deo tamen minime, vt certe constat de Lazaro, quem plus ceteris dilexit Deus (ita vt Christi ipsius historia habet) qui eum in sinu Abrahæ excepit: Diuitem vero, qui Lazarum spreuerat, ad tartara demiserit.* Deinde proposuimus eidem vt nobis iuraret dicere veritatem de interrogandis. Postea interrogare cœpimus de iis, quæ hominem ad elephantiasim seu lepram disponere possunt, *numquid parentes leprosos habuisset*, aut *an cum leprosis vnquam conuersatus fuisset*, vel *etiam aliquando hæmorrhoides habuerit, quæ nunc forte restrictæ sint: vtrum vsus esset cibis melancholicis, iam quoque quales ægritudines in vita aliquando passus esset; nũ quartanam habuisset, aut variolas, vel morbillos passus esset. Aut si in hepate vel splene debilitatem vel caliditatem pati solitus fuerit, vel somnia grauia, ponderosa, premeantia, terrentia, melancholica, subtristia, qualia sunt, bufones videre, serpentes, incubum pati. Vel si sentiat acuitatem, ardorem, puncturam in carne, vt ex vrticis aut spinis fieri assolet.* Hæc enim signa mala sunt. Cum enim elephantia seu elephãtiasis Græcorum seu Arabum lepra, de qua nunc agimus, sit morbus venenatus in terrena substantia, totius corporis naturam (*vt recte annotauit Fernelius doctissimus*) immutans. Quum enim terrenus ac melancholicus humor venenatam qualitatem asciuerit, eam mox tum visceribus, tum partibus omnibus impartitur, quæ de inquinata, terrenum quendam ac melancholicum succum vel ex purissimis alimentis gignũt eiusdem veneni participem: quo partes imbutæ ac nutritæ paulatim ac longo tempore similem naneiscuntur naturã, sitque in eis elephantia totius substantię morbus. Neque vero hic morbus (*quod plerisque visum est*) cutem solam aut corporis summa, sed & intima quæque, ossaque ipsa inuadit & obsidet, quod omnia impuro fruantur succo. Quamquam autem ipsa morbi qualitas, ad totum corpus pertineat, præcipua tamen vis in iecore atque liene residet, quæ sua dein vitia corpori toti impartiunt. Ideo & de moribus hepatis ac lienis inquirendũ. *Præterea* elephantiam alii ab ortu, alii contagione, alii sponte proprioque vitio contrahunt. Ab ortu, qui ex elephantico parentum semine procreati sunt: atqui si parentum alter quum genuit elephanticus erat, fœtus quoque nascetur elephanticus: tanta est diuinæ illius procreatricis facultatis energia, vt in semine intemperato ac prorsus impuro consistens, corporis partes fingat vel ex impura materia. Si nondum elephantia parẽs, quum genuit, tenebatur, sed in eam duntaxat erat propensus, filius eadem ætate qua parens elephãticus euadet. Quorundam etiam literis proditum est, *mulierem quæ instantibus aut profluentibus mensibus conceperit, fœtum edere in elephantiam procliuem*. Ideo recte in Lege prohibitum erat, ne *quis cum menstrosa muliere concumberet*. Contagione vero siue concubitu, siue accubitu, siue assidua vitæ consuetudine, lues hæc hominem adoritur, quod ex elephantico perniciosa qualitas pariter cum humore transferatur in aliud corpus, sensimque irrepat in omnes partes. Proprio corporis vitio inducitur, cum bilis atra plurimum exsuperat, quæ sensim ac tempore venenata labe inficitur. Nam veneni species in nobis gigni potest, vt de peste alias demonstrauimus. Exsuperat autem, quum vel sanguis, vel melancholia, vel bilis flaua supra modum torretur. Quocirca eos adoriri solet, quibus vel *menses suppressi*, vel *varices*, vel *diuturnæ hæmorrhoides curatæ sunt*. & eos qui *bubula, ceruina, asininaue carne vescuntur, ceterisque cibis glutinosis atque crassis*: eos denique, quibus vel *iecoris ardor*, vel *victus calidior* bilem flauam cumulauit, quæ diu cohibita degenerauit in atram. Quæ mala quum non nisi florentes aut etiam prouectioris sint ætatis, elephantia, nec pueros, nec adolescentes sponte inuadet. Ceterũ vt redeamus eo vnde digressi sumus: postea ad vrinam eius deueni; *numquid ipsa liuida, an alba, subtilis, pilosa, an arenosa & cinerosa esset*. Dicit tamen ipse Fernelius, quod quæ ex vrinis aut ex sanguine tradi notæ solent, incertæ omninò sunt atque fallaces. Postea ad pulsum deuenimus; *numquid is debilis, occultus, & paruus esset*. Postea diligenter totum corpus inspeximus: atque id acu pungi iussimus per chirurgum, vt experiremur, *numquid sentiret*, cute leniter perforata. Caput quoque diligenter animaduertimus: similiter & faciem: ea tamen cautione, ne ex eiusdem anhelitu inficeremur. Propterea vidimus, *numquid pili capitis leniter decidere inciperent, & numquid subtiliarentur, & ager tam in superciliis, quam palpebris, & barba depilaretur, ac pili ex iisdem locis extracti carnem in radicem haberent, vt in porcinis pilis apparere solet*. Deinde spectauimus *numquid tuberositas, vel tumor, inflatio, crassities ve in palpebris aut superciliis conspicerentur: numquid & in facie scaturiretur formicatio, tamquam formicæ irreperent per faciem, aut punctura acuum siue spinarum etiam in fronte, & aliis partibus corporis: numquid etiam motus titubationis, seu sectigationis, vt vocant, & distorsio in partibus faciei, & aliis membris fieret*. Propterea & totum corpus nudauimus, *num aspersa aqua tanquam gutta pluuia caderent super faciem aut alia corporis loca, rugositatesq; in fronte apparerent, & contractio palpebrarum adesset, numquid furfures cum vactuositate cutis capitis, & totius corporis haberet*; & ideo,

vt chi-

vt chirurgus eum vnguibus fricaret, mãdauimus.
Nam incipiente morbo viridus ille coloris flos
perit, cutis decoloratior apparet, aliis quidem ni-
gricans, aliis flauescens, aliis albicans: vnde non-
nulli tres elephantiæ statuerunt pro coloris va-
rietate, differentias: hinc densior, durior, aspe-
riorque redditur, quum scilicet iam multo est
humore perfusa. Talis vero præcipue conspici-
tur aut in facie aut in manibus aut in pedibus, na-
tura, quoad licet vitia propellente in corporis ex-
trema. In his sensus torpescit, frigusque perpe-
tuum inest, maximeque in pedibus: licet enim
horum initio integer seruetur motus, stuporis ta-
men & frigoris sensus inest. Tum temporis *ver-
rucæ* plurimæ succrescunt, non in manibus so-
lum, sed & in facie & in reliquo corpore: peculia-
res vero in linguæ radice. Pedes, manus & facies
tumét, in hisque varia prominent tubercula, ma-
354 xime vero in malis quæ extuberant liuido rumo-
re: labra inuertuntur, nares relimæ obstruuntur
crassitie alarum, & rimis discerptę crustulas nigras
atque cruentas excutiunt: oculi candidum fla-
uescit, miraque crassitie quasi vngue obtegitur:
supercilia prædura ac fere callosa, atque etiam
glabra. Ex his enim, quemadmodum & ex pal-
pebris, & ex mento, pili venenata qualitate im-
buti defluunt, dum tandem horrenda euadat
partium omnium deformitas. Manuum pedum-
que digiti siccitate dehiscunt, vnguesque findun-
tur ac dilacerantur: totius etiam corporis cutis a-
rescit, atque fœda siccaque scabie exasperatur,
eaque interdum cum pruritu. ipsa quinetiam
musculorum caro absumitur ac sensim liquescit.
Malo autem ingrauescente, pro stupore cutis
sensus perit, manente motu, vt ne infixa quidem
acicula dolorem moueat, neque inspersa ferui-
dior aqua exurat: vox in gutture raucescit, respi-
ratio difficilior euadit, spiritus totiusque corpo-
ris exhalatio fœtet, sordida virulentaque vlcera
in manibus, pedibus & plerisque locis excauan-
tur, grauisque putredo omnia contaminat. Est
autem eo sæuior elephantia, quo signa grauiora
apparent: maxime vero quum non in summo
duntaxat corpore, sed & in ipsis quoque visceri-
bus, in ossibus cæterisque interioribus partibus
firmius inhærescunt. Non omnia tamen in o-
mnibus, sed alia in aliis comparere solent. Istis
consideratis, oculos quoque eius inspicere cœ-
pimus, cum in iis signa certiora (*iuxta quoque Neo-
tericos*) reperiantur, *an eorum color esset liuidus aut
fuscus, tenebrosus in albedine ipsorum: & numquid ro-
tundiores fierent circa angulos, & lucescerent cum intui-
tu, aspectu fixo & horribili: & num circulos haberent
rubeos. & ex se præberent horrorem videndi eos, vel
quod in eis appareant distorsio, iectigatio, lachryma, &
sit aquositas multa, quamquam tales non reuera plo-
rent* Iam & oculi quibusdam videntur exire à lo-
cis suis, & facies est multum terribilis in aspectu;
quæ signa sunt cæteris potentiora. Nec satis esse
putauimus quod conspiceremus, *numquid pili to-
tius corporis graciles, rari & pauci essent*, cum tales fiãt
ob materiæ crassitiem & compactionem (vt vo-
cant) non potentis exhalare per poros, ex quibus
pili generari debent, ideo & capillos conspexi-
mus ad solem, *vtrum graciles essent, decliues, vel re-
cti admodum*, more setarum porci: nam hoc signũ
est lepræ, ob materiam terrestrem ex qua orti
sunt. & ideo diligenter ægrum conspeximus,
numquid supercilia & etiam cilia pilis nudata haberet:
nam leprosi in superciliis pilos non habent potis-
simum; nec apud oculi angulos. Post hæc consi-
derauimus nares, quæ solent augmentari, incras-
sari (*vt diximus*) & extrinsecus dilatari, interius
vero coarctari & oppilari. ita vt anhelitus eorum,
tum efflatio, fiat eis difficilis & fœtidus: & lo-
quantur per nares (*quemadmodum & quidam nunc
lue gallica infecti*) & cartilago nasi corroditur, vl-
ceratur, & tandem nasus cadit, & est naufragium
manifestum, nam vt ablato frontispicio domus,
ipsa domus deformatur; ita & abiecto naso, tota
facies deturpatur Ab istis signis descendimus ad
partes oris; & cum oris speculo chirurgo imper a-
uimus, vt animaduerteret depressa lingua, *num-
quid grana ad modum porcorum leprosorum in lingua
seu radice eius conspiceret*: adhæc extracta lingua cũ
panno, diligenter conspeximus, *numquid in eius
radice corpuscula quædam ad modum granorum milii al-
bi inueniremus*. hæc enim perfecta signa lepræ exi-
stere solent. Interim obseruabamus, *numquid lin-
gua extra propenderet, tum labia emitterentur, vel san-
guinem funderent, ac vlcerarentur, vel fœtida forent, si-
mul labra incrassarentur, denigrarentur, conuellerentur,
aut distorquerentur*. A lingua ac labiis seu labris ad
aures accessimus, *numquid rotundiores fierent, incur-
narentur, & pulpa earundem contraherentur, gracilio-* 356
res fierent atq; acutiores. Mox ad musculos qui intra
pollicem & indicẽ digitũ erant, deuenimus, con-
spicientes, *num aliqua ægritudine consumpti forent*. Si-
militer faciem quam diligentissime iterum con-
speximus secundo, *num eius color rubicundus foret, li-
uidusve, aut ad plumbeum colorem tendens, vel maximam
nigredinem, vtrum gutta rosacea in ea conspicerentur, vel
tuberositas, pustulæ ac fontes adessent, simulque inflata
foret & aspectus eiusdem turpis esset, leoni similis & hor-
ribilis, tum diuersæ formæ ac fixus*. Interim quoque
iussimus vt cantaret, vt ex illo perciperemus, *num-
quid vox eius rauca, ferox & aspera foret*: quod etiam
signum lepræ est. Postremo eum vestibus detra-
ctis nudum conspeximus, vt diligenter conside-
raremus, *an macilentus esset, niger, ac num asperitas
in ipso corpore aut cutis cum lenitate vnctuosa*, quod et-
iam est signum lepræ, quare & chirurgus para-
tam habuit *aquam in peluı. & sal in vase, & baculum*:
aquam autem spargebat & quasi irrorabat super
ipsius spatulas, vt periculum faceret, *num aqua
cuti adhæreret*, nam si manerent guttæ. & vesicæ
minutæ quasi in loco vnitæ. hoc est pessimum, eo
quod significat vnctuositatem in carne ægri, quo
minus guttæ aquosæ dissoluantur, sed inhęreant.
propterea & curem quoque iussu nostro aqua
confricabat, *numquid eidem adhæreret, vel facile ab ea-
dem dissoluta caderet aut non appareret*. ideo & cu-
tim digitis comprimendo diligenter attigimus,
vt cognosceremus, *numquid caro eius vnctuosa*

alios in quibus suspicio eiusdem morbi æque euidens erat, ob plurima & manifestissima indicia, quæ in illis apparebant, Dei Opt. max. auxilio, debitis accommodisq; remediis præscriptis (*qualia in sequentibus Scholiis memorabuntur*) à fœdissimo hoc malo liberauimus, aut saltem imminens malum auertimus & præcauimus, summi Dei nutu, cuius nomen in omnibus morbis inuocandum.

SCHOLIA.

DE elephantia Arabum, *quæ in crinibus fit, diximus abunde* lib. 29. Obseruat. & Curation. nostrarum Medicinalium, Scholio Obseruat. 23.
Lepra Arabum. *At hic loquimur de* Elephantiasi Græcorum, *quæ lepra recentiorum est, hoc est, ipsorum Arabum: & vulgo*
Morbus Diui Lazari. *dicitur* morbus Diui Lazari. *Longe hic differt à Græcorum lepra, vt sequenti Scholio dicemus. Est igi-*
Elephantiasis Græcorum. *tur elephantiasis* cancer vniuersi corporis, ab elephante animali nomen accipiens, ob affectionis
Satyriasis. magnitudinem, longitudinem, & cutis asperitatem. *Dicitur etiam* Satyriasis, *quod facie qui sic laborant, Satyris similes fiut: quoniam & alacritas quædam vehemens ad coitum ipsis inest, quemadmodum de Satyris fertur, quod scilicet semine abundent: largior siquidem*
Leontiasis. *ipsis generatio in seminariis vasis, ob materiæ crassitiem, accidit. Vocatur etiam* Leontiasis, *quod frons ægrorum cum quodam tumore laxior reddatur, ad similitudinem*
Barbari quatuor differentias lepræ ponunt. *pellis flexilis superciliorum leonis. Barbari autem quatuor species* seu differentias *lepræ ponunt: & primam volunt fieri* ex sanguine melancholico adusto, *aut*
361 melancholia adusta, *& appellant hanc speciem* ele-
1. Elephantia. phantiam. *Quæ vero fit ex sanguine bilioso adusto aut*
cholera adurente, & inficiente sanguinem, vocatur Leo-
2. Leonina. nina: *at quæ de sanguine adusto phlegmatico, aut phleg-*
3. Tyria. *mate adusto inficiente sanguinem fit, appellant* Tyriam *vt primam ab elephante, ita & hanc à tyro serpente, quæ*
4. Alopecia. *vero fit ex sanguine in se adusto & corrupto, aut re aliqua corrumpente ipsum extranea, simpliciter* alopeciam *nuncupant, à similitudine alopeciæ seu capillorum defluuij. Raro tamen volunt has species puras simplicesve inueniri, frequenter vero compositas, binas vel ternas, vel etiam quatuor, simul omnes commixtas. At illi qui Græcos ob id sequuntur, omnes sub elephantiasi differentias comprehendunt: quam eandem & iterum in duas*
Secunda species elephantiasis. *differentias secant.* Cum enim elephantiasis (vt dicunt) *quemadmodum cancer, ab atra bile fiat, hæc atra bilis cum duplici modo generetur, nimirum vel ex melancholico sanguine, feculentioreque, & veluti eius limo: vel ex bile flaua, vtrisque nimium vstis:* prima eius *differentia subrubicundam elephantiasin, mitiorem quodammodo, vt autem verius dixeris, minus malignam procreat:* Altera *vero flaua bilis nimium exusta soboles elephantiasin maligniorem & saniorem producit; in qua totum corpus fœdatur vlceribus, & extrema deciduns. Quapropter morbo iam victis manus admouenda non est.* Dif-
Quibus elephantiasis differat à cancro. fert à cancro, *quoniam hic vnã partem solummodo occupat; elephantiasis vero large per vniuersum diffunditur, ita vt spatio temporis ossa quoque vitiet. Talis mor-*
Galen. ad Glauc. 2. cap. 10. *bus frequens est in Alexandria ob victus rationem & loci caliditatem. Crassis enim cibis, vt pulte, lenticula, cochleis, salsamentis, nonnunquam & asinina carne, Alexandrini vtuntur. Ambientis vero aeris caliditas hũc humorem ad cutẽ euocat: vnde malo huic est origo. In Germania & Mysia raro: apud Scythas, qui lacte vescuntur, vix vnquam apparuit: quoniã neq; crassis cibis aluntur, neq; ambiens aer in ipsorum regionibus calidus est. Sed nunc temporis videmus hic in nostra* Germania inferiori, *seu* Gallia Belgica, *& potissimũ in nostra Batauia seu Hollandia, plurimos passim fieri leprosos, populatim per vrbes vagantes: cum tamen ipse Galenus vix dixerit in Germania fieri: multoq; minus dicere deberemus, eum morbum in Batauia nostra gigni posse, quæ aerem crassum, frigidum, sæpiusq; humidum, ambientem habeat, locis multis aquosis circundata. Igitur ob aliam quandam causam in Batauia nostra illam luem prouenire dicendum, & for-* 362
tassis ob crebram in hisce regionibus salsarum carnium & plurimorum salsamentorum corruptorum ac piscium non bene salitorum esu *plurimi simili elephantiæ malo corripiuntur: simili inquam: nam eos legitima elephantia corripi non crediderim. Et, vt verum fateamur, non omnes illi qui leprosorum nomine per has & vicinas regiones circum vagantur, vere leprosi sunt, sed solummodo ob cutis exteriorem fœditatem aut turpẽ scabiem, à mundis & nimium anxie formidolosis hominibus refugiuntur, & pro* vere leprosis *habentur. Imo vix decimus quisq; illorũ vere leprosus aut legitima elephantiasi correptus esse deprehendetur. Nam, vt hoc exemplo & ratione confirmem, cum inter Henricum Vergerium, Medicum insignem (piæ memoriæ) Hagha commorantem, & inter me, verba de* Lepra Arabum *fierent, tandem rem ipsam diligentius ruminantes & sedulo inspicientes, cum maximo nostro dolore & indignatione animaduertimus, quod ob incuriam vel potius imperitiam Medici illius Harlemensis, cui negotium examinandi leprosos totius nostræ patriæ incumbebat, pro elephantiacis & leprosis iudicabantur quamplurimi, qui duntaxat fœda scabie infecti, vel aliquo inquinamento cutem exteriorem duntaxat deturpante, vel* vitiligine, leucis, alpho *vel* morphea, aut impetigine, lichene, psora, *quæ Græcorum lepra est, laborabant: nam hoc ipsum passim in mendicantibus leprosis sæpe vidimus, qui equidem si bene tractarentur, etiam facile curari possent: & iam plurimi tales à nobis persanati sunt. Quocirca, si omnino signa iusta trutina & diligenti examine excuterentur, non tam subito tam multi nunc homines leprosi ab omnium hominum consortio abiudicarentur. Sed quam sit venenatus morbus elephantiasis, nunc ex parte Obseru. præcedente ostendimus: & eiusdem generationem explicauimus. Est enim morbus hic (vt & Arabes volunt, qui ita suam lepram de qua nunc agimus definiunt)* corrumpens complexionem & formam & figurã membrorum: proueniens ex multa aspersione choleræ nigræ corruptæ ad totum corpus, *quam definitionem Auicenna posuit* 3. 4. tractat. 3. cap. 1. *Quod ad* *Auicenna.*
causas attinet, quamuis iam ex supra dictis haberi possint, tamen ad tres præcipuas reducuntur. Aliæ enim
sunt primitiuæ, procatarcticæ *seu* externæ, *vt est* 363 *Causa procatarctica.*
corruptio aeris, *quemadmodum euenit in aere pestilentiali, in apparatis, aut in participatione aut confabulatione cum leprosis, quia aer inspiratus & expiratus ab eis corruptus & infectus corrumpit aerem circumstantem, & demum qui eundem quoque attrahit, cum morbus sit contagiosus, & inuadens alios,* vt idem dicit

Auicenna: ita & concubitus cum leprosa vel cum mu-
liere cum qua paulo ante concubuit leprosus, semine eius-
Historia Gordonij.
dem adhuc in vtero manente. Propterea, recte dicebat
Gordonius, quilibet caueat sibi ne cum muliere le-
prosa concumbat. Dicam, inquit quod mihi ac-
cidit, quædam Comitissa lepra affecta, Montem
Pessulanum accessit; quam tandem etiam in cura-
tione mea susceperam, & quidam Baccalaureus in
medicina ministrabat ei, & longa conuersatione
tandem rem habuit cum ea, ita vt eandem impræ-
gnaret, ac miser postea perfectissime leprosus fa-
ctus est. Igitur fœlix quem faciunt aliena pericula cautũ.
Iam quoq; res ab externo venientes ad has referuntur, vt
animi accidentia, ita, tristitia, timor, pusillanimitas,
si longo tempore perdurent, melancholicum humorem gi-
gnunt, vt 6. aphot. 23. constat longa similiter conti-
nuatio ciborum melancholicorum, vt sunt, legumina,
caseus antiquus, carnes capratum, vrsorum, vul-
pium, & asinorum, porci, præcipue leprosi, habē-
tis carnes glandulosas, viuiq; carnium salitarum,
& piscium salitorum, & comedere lac & pisces in
eadem mensa, teste Auicenna, Valesco. & aliorum
Causa antecedentes.
authoritate, si diu continuentur. Causa antecedentes
lepræ sunt, nimia caliditas hepatis, adurens vel in-
crassans sanguinem, ipsumq; conuertens in naturã me-
lancholiæ: sed & multiplicatio melancholici humoris in
hepate venis vel liene idq; per viam generationis vel adu
Causa coniuncta.
stionis à complexione calida. Causæ coniunctæ: vt cum
fit ægritudo hæreditaria, quia filius leprosa vel leprosi nu-
tritus est lacte leprosæ. alia autem & coniuncta & si-
mul immediata est ipsa melancholia corrupta ad su-
perficiem corporis transmissa, aut error assimilatiua vir-
tutis in carne, sequens errorem digestiua in hepate & venis:
& causa efficiens magis antiqua, iuxta Auicennam, est
malitia complexionis hepatis, inclinans ad caliditatem &
siccitatem, quoniam adurit sanguinem; quamuis lepra sit
364 morbus frigidus, vt dicebat Auicenna, & causa ma-
terialis immediata est ipsa melancholia. Quod ad signa
Signa.
attinet, licet ea ipsa ex parte obseruatione præcedēte enar-
rauimus; vt ea tamen breuibus complectamur: Conse-
quitur eos, qui obnoxij futuri sunt huic malo, segni-
ties, spiratio tarda, spirandi difficultas, motus dif-
ficilis, assidua constrictio alui, vrinarum, veluti
sunt iumentorum lotia, excretio, respiratio gra-
uis, & fœtida, ructus continui, qui etiã ipsis ægris
aliquid molestiæ addunt, appetitus non obtusi
quidẽ, neq; inflammati, impetus in Venerem in-
tensus. Iam vero vbi ad certem progressum fuerit malum,
malæ primum crassiores fiunt, & mentum, deinde rube-
scunt, non florido, sed liuido rubore, & sub lingua venula
varicosa fiunt, ac nigrescunt quod signum est etiã viscera
ipsa in simili constitutione esse eiusmodi & præcipue iecur.
Capilli magna ex parte rari fiunt, pilique superciliorum
decidunt. Nasus fit simus & prius corrumpitur: vnde Gui-
do etiam lepram à lepore nasi dictam esse vult, quem-
admodum & Valescus annotauit: aures erosæ, labra cras-
sa: vox rauca sub lingua & sub auribus crebra minuteq;
velut glandula, his similes, quæ in porcis grandinis nomen
habent, inueniuntur. In summa, facies aspectu hor-
renda est. Si paululum corpus incaluit, cutis acubus pun-
gi videtur; aut si refrigeratur, instar deplumis anseris exa-
speratur. Quod si magis adhuc morbus auctus sit, tumo-
res crebriores, ac maiores in tota cute oriuntur, ita vt digi-
ti in manibus, pedibusq; sæpe sub his condantur. Turbu-
lenta sunt insomnia, mens subdola: vitam vt amittere me-
tuunt, sic generoso animo (quoniã sunt pusillanimes)
affectum ferre non possunt: verum veluti se ipsos conde-
mnantes, se occultant, & notos homines vitant. Quidam
porro ex iis ad modum eorum, qui suffocantur, aut stran-
gulantur, maxime circa somnos afficiuntur. Eadem fe-
re signa apud Holerium de morbis internis cap. 61. de ele-
phantiasi vera recensentur. Fiunt autem tales pterygo-
des, quasi alati, & Satyros repræsentant. Somnia mo-
lestissima, incubi, mæror, & angustia. Copiosam magis de-
scriptionem habes apud Aetium. Si libet rem omnem
excutere, vide 7. lib. Gilberti, cap. de lepra, de signis
eius generalibus & cuiusque speciei propriis, tum elephan-
tia, leonino, tyria, & alopecia. de his quoque, si libet,
Gordonium & Valescum consulito. Sed quia hic morbus
contagiosus est admodum & abominandus, atque aliquã- 365
do cognitu difficilis (vt etiam annotauit idem Hole-
rius) optime constitutum est à veteribus, vt extra vrbis
Extra vrbis pomœria cur elephantici ablegandi sint.
pomœria ablegentur elephantici: & Medici doctissimi,
velut critici ac censores, constituantur, qui hos explo-
rent, vt apud Belgas & Arelate. Qua de re doctissime
scripsit F. Valeriola in suis Enarrationibus. Institutum est de
annua elephanticorum apud Arelatem probatione, veteri
senatusconsulto instituta. Vnde & recte dicebat Hole-
rius: Sæpiusq; medicus, vt de morbo iudicet, quam
vt eundem curet, appellatur. vt hic fit. Signis ita-
que de morbo pronunciandum est. Temperamentum ho-
minis inprimis spectandum est: & sic qui sunt sanguine
crassiore, huic vitio magis opportuni sunt: & aliquãdo hæ-
reditarium malum est. Locis calidioribus adustus sanguis
aut à frigore congelatus, hoc malum inuehit, à febri-
bus continuis male curatis ab vsu alimentorum & medi-
camentorum quæ melancholiam gignant aut pituitam
crassam (vt Arabes quoq; volunt) quæ aduruntur, quæ
nimium incidunt & attenuant, aut aliter calefaciunt,
nonnunquam huius mali initium est. Signa quædã vni-
Signa vniuoca.
uoca faciunt alia æquiuoca. Vniuoca, vt ab elephan-
tico prognatos esse, ab auis, aut atauis repetita ori-
gine, cum elephanticis consuetudo, excretio-
num consuetarum retentio, ciborum crassorum,
salsorum, acutorum nidorosorum assiduus vsus,
vini mutri & crassi potus, vita ærumnosa in metu
& mœrore, extuberationes in plerisque corporis
partibus, sed in facie magis, & secundum frontẽ,
aures acuminatæ, nasus simus, labra crassa, horrē-
dus aspectus, color faciei ex rubeo liuens, vocis
raucitas, oculorum rotunditas. Signa æquiuoca sunt:
Signa æquiuoca.
extuberationes extremorum & crurũ, color mor-
pheæ similis, & tenebrosus, capillorum defluui-
um, & tenuium regeneratio, musculorum (præ-
cipue pollicis) consumptio, stupor aut sensus a-
missio in extremis partibus induratis & exsiccatis,
scabies, impetigines, gutta rosacea, extuberatio-
nes rotundæ & duræ sub lingua, palpebris, auri-
bus, vlcerosa lassitudo, cutis crispitudo instar im-
plumis anseris, vnctuosa cutis, & tãquam respersa
aqua, sanguis trumbosus, niger, liuens, obscu-
rus. Ex his omnibus notis, vel multis simul concurrenti-
bus, vel paucis, sed essentialibus & pathognomonicis, ex-
plorantur elephantici. Oportet igitur vocatum Medicum, 366
vt de

vt de re magni momenti pronunciet, hæc signa omnia percurrere. Quæ vt aucta sunt, ita & aucti vitij indicium est. Hanc autem rem signorum ad vnguem pertractauit Gilbertus loco citato, *vbi & specierum signa quoque distinguit. Sed de generalibus signis cum satis dictum sit, specierum signa hic breuiter ex eodem annotemus, & primo de*

Signa elephantiæ ex neotericis.

elephantia, *quæ fit ex* melancholia adusta, *ab elephante nomen trahens: quemadmodum elephas cæteris bestiis magnitudine, fortitudine, & cutis turpitudine præcellit, ita & hæc speciebus aliis maior est & fortior, quantum ad causam & curationem: & quia hoc animal maculosum est, ita & elephantia, quamuis hoc commune sit in omni lepra: quia in principio maculæ superueniunt, & cito recedunt: hæc & malitia & turpitudine alias antecellit. & vniuersaliter pronunciatur* eandem incurabilem esse, *quamuis curam eius intensionem recipere, vel remissionem & mitigationem. Fit autem ex cibis melancholicis, vt* iam diximus, *vt carne caprina, bouilla vetusta, ceruina, lentibus vino forti aut corrupto, alliis, cibis potibusque corruptis, angustia, coitu cum leprosis, confabulatione aspectu eorum, cohabitatione, aut hæreditario iure, menstruis repressis, comestione carnium iustarum suillarum leprosarum. His color est liuidus totius corporis ac faciei, ad nigredinem vergens: ex leui frigore talis color apparet, vel leuissima alia causa: aspectus est horridus, cutis dura, squalida, subfusca, subnigra; & in hac maior est & crebrior partium insensibilitas, cum stupore, quam in reliquis. copia strumarum, glandularum durarum & tardantium, continua discoloratio: fere semper subtristes sunt; famelici, sæpe constipati. temporis progressu supercilia arctantur, fit oculorum rotunditas, palpebræ corrugatio, narium constrictio, oculi distorti; labia nares, & frons rugis exarantur: granula sub lingua vocis rancedo, manus nodosæ, contractæ, ac pedes: pustulæ duræ, turpes maculæ, panni, verrucæ nigræ, musculorum consumptio: fissura pedibus ac manibus impotentes sunt. Hæc efficit melancholia sicca. Vrina modo glauca & tenuis: paucus vel nullus sudor, fœtor oris: sanguis in phlebotomia niger liuidus vel citrinus, cum terreo colore, qui cito condensatur à vena egressus, & quanto magis lauatur in aqua, tanto magis condensatur; & in lotione apparent quædam*

367 *venulæ albæ, quasi neruorum rami: & cum tractantur, strident. Hæc ægritudo tarde venit ad augmentum, & quandoque facit fissuras in superciliis manibus & pedibus, & aliis partibus diuersis ipsius corporis.* Leonina *vero fit ex*

Signa Leoninæ lepræ, ex neotericis.

cholera efficiente sanguinem, vel sanguine cholerico adusto, ex rebus adurentibus, cibis calidis, acutis, alliatis, piperatis, vino forti rebusque omnibus acutis. Signa communia quædam cum alopecia habet: nam depilantur supercilia facies citrinum colorem acquirit, aut subrubrum. ita & totum corpus rubet, vel citrinescit (sic enim loquuntur *) punctura in palpebris, oculi rotundi, tremuli, instabiles, constricti, narium compressio vox gracilis, eiusque mira asperitas, quasi catulorum, fissura labiorum, cutis crepatura, separatio vniuersalis iuncturarum, in manibus & pedibus. sed præcedit varia macularum distinctio per totam cutem, ad modum leoninæ pellis, gingiuarum corrosio: valde sitibundi sunt, & clamosi, veneres, iracundiores cæteris; patiuntur constrictionem pectoris & thoracis, extremorumque gracilitatem ventris stricturam. Vrina tenuis, pauca, colorata, sanguinea subinde vel aliquid sanguinis continens: adest impetigo, serpigo, morphea rubra, crocea, cum inueteratur: corroduntur extrema. Sanguis exiens à venis subtilis est, & igneus, & quasi scintillis distinctus, qui & tarde condensatur, & in lotura cito dissoluitur. Hæc species cito venit ad augmentum, & postea vix aut nunquam curatur: omnia hæc operatur cholera intensa siccitas. præterea adest iisdem continua narium oppilatio. & strictura, & ex qualibet leui frictione sanguis egreditur.* Tyria *fit ex phlegmate adusto, vel sanguine adusto phlegmatico, & habet nomen à*

Signa lepræ Tyriæ dictæ à neotericis.

tyro serpente: nam quemadmodum serpens iste facile deponit spolium, ita laborans hac passione fœda, cutim cito deponit: cito enim putrescit cutis, & caro adiacens, ob corruptionem phlegmatis, fit potissimum ex cibis pituitosis, corruptibilibus, & specialiter lacte, & piscibus in vna mensa sumptis, tum aliis causis prædictis, his adest pallor faciei præter naturam, albus, morphea alba: facies cutis semper est lucida, & quasi subtracta, paucos habens pilos, vel nullos circa mentum & supercilia: nullo sudore diffluunt: valde pigrescunt: oculi patentes, & humiditas circa totum corpus, furfures, squamæ faciem fœdant albæ: plerisque venter laxus est: hinc debiles & dissoluti: habitudo 368
est squalida, rugosa facies subtumida est. nasusque crassus, & supercilia grossa sunt: & morbo accrescente cum malitia facile depilantur, & subito inflantur, tum reliqua omnia depilantur: inuertuntur palpebræ, lachrymantur oculi, oppilantur nares: gingiuæ & labia putrefiunt, & adiacens caro ob corruptionem phlegmatis comprimuntur spiritualia: vox fit rauca faciesque subtumescit, & spoliacutis tunc in modum serpentis depauperantur: & tunc ex phlegmatis infusione extrema quasi hydrope turgescunt, extremitates digitorum manuum pedumque incrassantur & putrescunt & crepant, finduntur que, putrefiunt, cadunt vngues, & pustulæ abundant plusquam in cæteris: excreationes & emunctiones plurimæ. Vrina eorum semper est remissa, quasi saniosa in fundo, & sæpe quasi iliacorum aut colicorum. Sanguis exiens à vena cito conuertitur in aquam, & mire est aquosus & indigestus, & quasi varius, & est spissus vel subalbidus, & cineritius, & quanto magis lauatur, tanto magis induratur, & quoties in aliqua parte sese scabunt vel scalpunt, videntur quasi farinam & furfures excussisse. glandulæ molles in cute oriuntur: cutis mollescit & dealbatur: & aqua super eam conspersa non cohæret. Hæc autem species, (vt animaduertimus sæpius *) in nostris his regionibus magis est frequens.* Alopecia *à vul-*

Signa lepræ Alopeciæ à neotericis dictæ.

pecula depilata nomen habet: fit autem, vt diximus, *à sanguine in se adusto aut corrupto, & re externa, negligentia phlebotomiæ, & diæta. Hanc speciem præcessit incompositus rubor faciei, cum turbato liuore vel citrinitate: & eius facilis mutatio in pallorem & remissio in ruborem. Fiunt autem maculæ rubeæ flauæ phlegmaticæ exterius, & sponte recedunt: & sæpe morphea rufa, rubores vlcerosi plurimi, desudationes plures, cum graui odore, maxime circa pedes & axillas. Venæ oculorum fere semper rubore perfunduntur, visus obliquatur, oculi semper fluidi & lachrymantes, supercilia & cilia depilantur, palpebræ inuersantur, incrassantur: nares oppilantur & comprimuntur: & gingiuæ putrescunt, nasus ingrossatur, difficultas fit odoratus, & fœtet anhelitus, & à gingiuis educitur sanies, & ex leui frictione, scalptu ab ipsis & naribus sanguis emanat: supercilia comprimuntur, facies tum corpus fœdantur pustulis &*

maculis rubeis, diffunditur cutis & caro nimis mollis, &
quasi semper sublucida aliqua vnctuositate perlinita: cor-
poris autem adest habitudo sanguinea. Vrina vero est ru-
369 *bra & pinguis, & facilius quam in cæteris turbatur, &*
fœtorem concipit vbicunque fundatur. Sanguis in phle-
botomia turbatus apparet, flauus & varius, & quasi con-
tinuatur in venis sanies, & est spissus & viscosus, & lo-
tione denigratur & inuiscatur. Cum vero tam manife-
sta fit corruptio, plus omnibus pustulæ totum corpus in-
uadunt, anhelitus præreliquis fœtet, ex facili sanguinis
alteratione; & nimis velociter morbus augmentatur, &
citius extra castra mittuntur: & ideo cautius ab eis ca-

Signa prognostica.

uendum. Signa *iam* prognostica *non solum generalio-*
ra, sed & vniuscuiusque speciei iam dicta, ex præceden-
tibus fere patent. Est autem grauis morbus, & prope ex
eorum numero, qui incurabiles existunt: & grauis qui-
dem est ipsi ægro, intolerabilis autem conspicientibus, vt-
pote qui ipsum omnino auersantur, adeo vt & pleri-
que ex necessariis & domesticis ægri ipsius conuersa-
tionem deuitent. Etenim suspicionem de se præbet malum,
tamquam sit contagiosum: & sane malum est cum eis
conuersari: inquinatur enim aer quem inspirando attra-
himus, ex vlcerum fœtore: & ex vitiata spiritus exha-
latione. Cæterum *affectio ipsa non ob id solum grauis*
est, quod indissolubilem fere habeat structuram & appa-
ratum, sed quod principia generationis eius ferme sint
ignota: cum enim circa superficiem iam vestigia eius ap-
parent, tunc illa non gignitur, sed perficitur, intus à vi-
sceribus initio facto & progressu vsque ad cutem dilatato:
quare non absimile est, tumentes eminentias etiam in in-

Rondeletius.

ternis oboriri. Vnde & Rondeletius in method sua cu-
randi, cap. 87. *de elephantiasi inquit*: Morbus hic si
extra dispositionem fit, non curatur. Nam vt can-
cer particularis non curatur, sic nec elephas, qui
vniuersalis cancer dictus est ab antiquis. *Cur non*

Cur elephantiasis incurabilis.

curetur, in causa sunt permulta. Primum *qui hoc mor-*
bo laborant, vel non conuenientibus, vel non opportunis
& suo tempore remediis vtuntur: solent enim medicos
consulere, cum iam morbus à dispositione ad habitum
transit, quo tempore partium substantia læsa est, & ab-
sumpta. Tunc certe morbus incurabilis est, tum quia
materia in partes remotas recepta est, & ita inueterata,
& incuneata, vt sibi reddiderit carnem similem, qua
370 *materia medicamentis laxantibus euacuari amplius non*
potest: tum quia digerentib. & aliis propriis remediis pro-
pter crassitiem & distantiam non potest discuti. Adde
quod intemperies illa sicca emendari non potest, vt in aliis
à siccitate morbis. Hoc autem ob humidorum remedio-
rum imbecillem agendi vim, tum ob magnam partium
siccatarum resistentiam; quod calor imbecillus est, qui a-
ctionem digerit, & partes sicciores reddita, densiores fa-
cta sunt: quam ob causam vis medicamentorum penetra-
re non potest, sine qua morbus educi non potest. Quapro-

Viri magis apprehenduntur lepra, quam fœmina.

pter morbo iam victis manus admouenda non est. Appre-
hendunrur *autem* hac affectione *viri magis, quam*
fœmina; atque inter illos magis qui crassum & viscosum
ac atra bile redundantem sanguinem habent, & qui pi-
tuitam multam salsam gignunt: amplius, qui victu
crasso & ægre concoctili vtuntur, & qui in otio degunt:
non minus vero & qui multis & inordinate exercitiis v-
tuntur, & per hoc sanguinem inspissant: item hi qui ci-
bos assidue in ventre corrumpunt, quod vero ad ætatem
attinet, pueri & iuuenes, quo tempore maxime pube-
scere incipiunt. Adducunt hæc indicia Neoterici. Primo
Auicenna inquit, Lepra quæ est debilis, difficilis est
curationis: sed ea quæ incipit, iuxta eundem tum
alios, (*vt & Valescus annotauit*) curari potest. *Se-*
cundo, de curatione fortis lepræ non est spes. *Ter-*
tio lepra confirmata si fuerit, magis est inobediens
curationi, imo ea quæ est confirmata, cum ma-
nifesta corruptione formæ & figuræ, & raucedi-
ne, possimus prædicere (*vt dicebat Gordonius, &*
citatur à Valesco) quod in æternum non curabitur:
sed bene possumus vitam prolongare, & dimi-
nuere materiam melancholicam, ne inuadat cor
& membra principalia, cum medicinis & optimo
viuendi modo. *Quarto*, lepra facta à melancholia
quæ fit à cholera est magis fœda, & maioris nocu-
menti, & difficiliorum accidentiũ, & vehemẽtius
adurens & exulcerans, sed est susceptibilioris cu-
rationis. *Quinto*. facta à fece sanguinis est magis
quieta & salua, minusq; exolceratur: sed hic intel-
ligendum, modo fex illa sanguinis non aduratur.
Sexto: illa quę fit à melancholia adusta, est sicut illa
quę fit à cholera, & hæc tardius recipit curationẽ.
omnia quoq; hæc ponuntur ab Auicenna 8. quarti tract. 3.
Septimo, hæc ægritudo nõ cessat corrumpere com- 371
plexionẽ membrorum per qualitatem contrariã
complexioni conuenienti vitæ, scilicet caliditati
& humiditati, donec perueniat ad membra prin-
cipalia, & illic interficit, ex quibus cognosces quã-
tum res calidæ & humidę proficiant elephanticis.
Octauo, Gordonius inquit: Alopecia est minus peri-
culosa & facilioris curationis à principio: leonina
vero facilius venit ad augmentũ: elephantia vero
tardius, & ideo tardius curatr, tyria medio modo
se habet. *Nono, dicit Serapio*: omnes species lepræ ab-
so[illegible]e & in inceptione generationis suæ, suscipiũt
curationẽ: At quando confirmatur & figitur, non
speratur eius curatio. *Similia refert idẽ Serapio in 5. lib.*
sui Breuiarii: & talia quoq; à Valesco annotantur. Sic &
Holerius: Confirmata elephantiasis non curatur,

Quousq; se se extendat elephantiasis recens.

recens curari põt & prohiberi. *Recentem aũt volunt,*
quæ annum nõ superat. Decimo: quanquam hoc malũ
fere incurabile sit, *tamen* (*vt inquit Aetius*) humanũ

Aetius.

est & plenũ beneuolentię signum: in extremis etiã
malis vsq; ad experimentũ procedere, ad difficul-
tatem affectionis compescendam. *Curatur autem*

Curatio.

cum est in dispositione, victus ratione & medicamentis.
Victus ratio *debet esse euchyma & humida semper, ali-*
quando frigida, vt cum à bilis adustione fiat; minus autẽ, si
ab atra bile vel pituita assata. Comedant *quæ sanguinẽ*
temperent, quæ crassitiem dissipent, & dilutiorem red-

Victus ratio.

dant. Laudantur *pisces aliqui saxatiles, & qui carne*
sunt media: qui crassa carne & nitrosa, mali, vt polypus,
sepia, loligines. Ex crustaceis *locusta, astachi. conchylia,*
& ostrea laudantur, permittuntur pectines & petuncu-
li, quia dulces, & succum faciunt minime nitrosum,
aut salsum. Olera *etiam quæ sunt humida, vt lactuca*
borago, spinachia, intybus domesticus, commendantur.
Vituperantur caules *seu* brassica, *& beta, & aliæ her-*
bæ odoratæ. Fructus humidi, *vt pepones, cucumeres,*
cucurbita, non sunt reiiciendi. Legumina *omnia, &*
salsa & acuta, omnino fugienda: salsamenta *etiam*

qua

qua linguam pungunt. Instituta bona victus ratione humectante, imperantur otium, quies & somnus, & quacunque humectare & saginare corpus solent. Nimia corporis motio, *& frequens vsus fructuum, balneorumque*
372 *morbum citius producere faciunt. quare omnia hac moderate facere oportet. Alii iubent imprimis in hac lue vt praescribatur victus ex cibis nequaquam crassum succum generantibus. Panis itaq; erit hordaceus, aut triticeus recens: inter olera praeter iam dicta etiam* malua, lapathum, sisatum, porrum, & capparis: *recte etiam ipsis datur ptisana, oua sorbilia, alica, lac cum melle. Vtatur carnibus* auicularum montanarum, hædorum, gallinarũ, caponum, *& iis similibus:* piscibus *molli carne praeditis.* Ex fructibus *conueniunt ficus & vua arefacta, pyrum coctum in aqua mulsa: à reliquis fructibus omnino abstineant. Bis cibum capere quotidie, melius est quam semel se replere.* Prandium *simplicissimum parent: cœna magis varia sit.* Vinum *tenue album & aquosum bibant, aut aquam, in qua parum cinamomi decoctum sit: vino forti & meraco perinde atque Venere per totum morbi curriculum abstineant:* Somnus *quidem diurnus nociuus est nocturnus vero aptissimus. Post longum à cœna interstitium deambulatio lenta, ac sensim facta, commoda est, vt cibi eo melius descendant.* A somno *membra eorum plurimum & leniter manibus contrectari debent: deinde curandum vt aluus excrementa deponat: post hac deambulent, aut gestationibus committantur, & clamore exerceantur: aut frictionibus aliisve generibus exercitationum vtantur.* sudore *subinde, quem illic contraxerunt, absterso, adipe* vrsino *aut* vulpino *illinantur, vel* caprino, *aut* taurino, *aut aliquo ex volucrum genere, aut* butyro *recenti. pauxillo temporis interposito, cum* fœnugræci *aut* ptisanæ *succo. qui aliquid ammoniaci cum aceto liquefacti admixtum habeat; atque ita lauacro vtantur, nocinum enim est malo, si quis non lauet. Commoda etiam sunt arida fomenta, & post sufficientem ex dictorum vsu exudationem, natationes in mari, aut sulphurulentis & aluminosis aquis: fomenta vero parabuntur ex* fumaria, origano, scabiosa, oxylapatho, *&* chamæmelo, meliloto, mentastro *& similibus: à balneo detersi, ad acrimonia & mordacitatis curationem, ex* oleo myrteo, rosaceo, *aut* mastichino *cum* aceto *&* vino *conquassatis illinantur: aut decocto aliquo eorum, qua adstringũt,* plantaginis *scilicet, aut* betæ *aut* helxines *perfundantur: optimum est & butyrum recens illitum. Post lotionem & extersionẽ per tenera linteola, ad horam dimidium quiescant: deinde tepida aqua hausta sponte vomant, digitis*
373 *aut pinnis in os demissis. Postea modico interuallo temporis interposito,* vinum absinthites *aut ex* origano *confectum bibant, non minus hemina mensura; hoc est vncias nouem: post cibus eis apponatur. Quod ad* medicamentorum rationem *attinet, iecur (si eius occasione vitium hoc sit ortum) ad natiuam temperiem reducendum est: & humor qui totum corpus obsidet, vacuandus. & quoniam humor iecoris curationem impedit, ab huius vacuatione auspicabimur. At cum succus hic non solum venosum genus, sed vniuersum corporis habitum occupet, non vno vacuandi genere, sed sectis in cubito* venis, *reseratis* hæmorrhoidibus, *prouocatis* mẽsibus, purgationibus, vomitionibus, errhinis, cucurbitulis, lauationibus, frictionibus, exercitationibus, *& (sicut supra dictum est) illitis medicamentis. Protinus igitur inter initia, si*

Medicamentorum ratio.

Vena sectio

morbus deploratus non est, & vires respondeant, sanguis mitti debet: primum *ex cubiti dextri, deinde sinistri vena, non affatim, ne malum sanguinẽ exhauriendo, bonum quoq; detrahas: proinde adhibendus in vacuando modus est. paulatim igitur iterata vena sectione sanguis ducendus est, praecipueq; in Vere, quo tempore is magis abundat, morbusq; & fit & augetur. Hinc & Rondeletius capite proprio inquit:* Purgetur, primo leuiter medicamẽtis eccoproticis, vt cassia, diacatholico, diasebesten, diapruno, syr. rosl. laxat. Postero die, si ætas permittat trahatur sanguis, primum ex duabus tibiis, deinde ex brachio. Quod si sanguis crassus & ater sit, trahatur ad vires, diuersis horis, quod si tenuis, sistendus. Item si membra incipiant lædi, nõ inutile erit eum extrahere è venis, quæ sunt intra annularem & paruum digitũ. item è venis frõtis: sed hoc est faciendum post corporis purgatiõnẽ, vt sanguis ater euacuetur, qui immediate morbũ facit & fouet. Sanguis enim in habitu corporis per harũ venarum extremitatem euacuntur: vt in quartana venam aperire, quæ est inter annularem & paruum digitũ, oportet sæpe in processu febris, quia quasi materiam coniunctã euacuat: sic certe in his. *Quare & idem cucurbitulas & sanguisugas laudat post internarũ partium rectificatio ẽ & humorũ euacuationem. Sic etiam Holerius cap. proprio lib. 1 de morbis internis cap. 61. de elephantiasi vera:* Consilium, *inquit,* est Galeni, vbi eius mali suspicio est, vt Vere sanguis detrahatur; deinde refectis viribus exhibea- 374
tur medicamentũ, quod atrãbilem purget. Ratio vitæ instituatur, quæ sanguinẽ crassiorẽ extenuet ac depuret. Vitato tamẽ immodico vsu attenuantiũ. *Rationẽ vita ex AEtio & aliis colliges: at nos tantum hac diximus. Consensus est Græcorum & Arabum, initio detrahendum esse sanguinem. Sed quia magna ex parte corruptus is est, particulatim ex vtroq; brachio detrahes; eligesq; maiores venas si quidem vires patiuntur, multo magis cum spiratio difficilior est, alioqui venas extrema manus vel malleoli aperies. Nonnunquam etiam contentus eris sanguisugis, aut cucurbitulis cum scarificatione appositis partim tibiis partim scapulis. Auicennas venas etiam capitis incidit, & iugulares, si suffocatio imminet. Sed & teste* Aetio *etiam marisca. si manare consueuerunt, euocanda sunt: sin minus hirudines his admonenda. ex eiusmodi enim venis crassus feculentusq; humor magis effluit; & si mulier est, quæ patitur, ciendi menses sunt, nisi ætas prohibeat. Natura enim post humorẽ commode euacuatũ, morbo superior euadit; calorq; qui ab eius copia suffocabatur velut reuiuiscit, morbiq; reliquias potentius abigit. Post sanguinis vacuationem interpositis aliquot diebus, nempe vel nouem, vel decem, vt in his natura recreetur; viresque resumat, medicamentis qua atram bilem ducant, vtẽdum est: primum quidem lenioribus* (vt in cancro dictũ est) *deinde valentioribus. Dato igitur minoratiuo, mittatur sanguis è venis maioribus, deinde coquatur humor syr.* de pomis, de corticibus citri, de succo boraginis; *vel cum iisdem praparetur. vel enim syr* de succo buglossi, de fumoterræ, lupulorũ, viol. cum aquis melissophylli, lupulorũ, aut buglossi: *vt* ℞ syr. viol. de pomis, de corticib. citri ana ℥ ß. aq. melissæ, bugl. lupul. ana ℥ j. *misce Vel* ℞. syr. de fumoterrę, de epithymo, de end. ana ℥ j. aq. vel decocti ex polypodio, vel fo-

Cucurbitula.
Sanguisuga.

Consensus Græcorum & Arabum de vena sectione.

Marisca euocanda vel hirudinibus exonerandæ.

Menses ciendi.

Humoris præparatio seu concoctio.

vel folior. senæ ana q. s. pro ij. *dosibus vel tribus. Vel*
coquatur humor syr. sequenti; & postea euacuentur excre-
menta: ℞. rad. bugloss. borag. ana ℥ ij. rad. glycyrr.
℥ j. rad graminis, asparagi, corticum rad. cappar.
& tamarisci, populi *si obstructio, vel tumor in splene*
appareat, vel à melancholia crassa fiat. Si à sanguine vel
bilis assatione fiat, prætermittatur: sed adde herbarum
capill. bugloss. borag lenticulæ aquæ, cichor. end.
375 lactucæ ana m. j. passul. mund. ℥ ij. quat. sem. frig.
maior. ana ℨ ij. anisi ℨ j. *fiat decoctio in aqua* hordei,
ad lib. ij. *in quibus dissolue syr.* viol. de fumoterr. sim-
plic. *vel* de cucurbita lib j. fiat syr. arom. cum ℨ ij.
triasant. capiat in sex dosibus. *interea tertio quoque*

Clyster.

die iniiciatur clyster sequens: ℞. mercur. borag. cielæ
ana m. j anisi ℨ ß. melon. cucurb. ana ℨ ij. flor. cha-
momill. viol. borag. ana p. j. *fiat decoctio ad* lib. j. ß.
dissol. mellis viol. lohoch de cassia ana ℥ ij. succi
mercurial. ℨ j. ß. olei viol. ℥ ij. *misce, fiat clyster: quo*
curandum est, vt die præcedente medicamentũ facilius &
citius ad intestina descendat, & à corpore egrediatur. Fa-

Purgatio.

cta autem humoris coctione ac præparatione purgetur cor-
pus hoc medicamento vel simili, dummodo eandem habeat
proprietatem ℞. florum viol. borag. fumiterræ, lu-
pul. ana ℨ ij. hordei mundi ℨ iij. senæ, epithymi
ana ℨ ij ß. myrobal. indorum ℨ j. ß. vuar. passul.
ℨ ß prun. num. iij. *coquantur omnia, & colentur: cuius*
decocti accipe ℥ iiij. *in quo dissolue* mannæ Calabren-
sis ℥ ij. vel iij. aut cassiæ fistulæ ℥ j. aut diacathol.
ℨ v r. aut confectionis hamech aut diasenæ ℨ iij.
misce, & fiat potio. Post dies aliquot sero lactis vtendum:
ex eoque non minus tribus heminis, neque amplius quin-
que, accipiendum: cui admisce aliquid scammoniæ, epi-
thymi vel senæ: *ita vt hæc ipsa cum modico sero ieiunis*
præbeamus, atque deinde ipsum serum paulatim exhibea-
mus. Hæc purgatio frequens esse debet: omnino namque co-
nandum est, vt omnem corporis habitum hoc malo occu-
patum liquefaciamus, alium que quendam ex integro rege-
neremus. Idipsum vero fiet, si per interualla opportune pur-
gationes adhibeantur, & cibi apponantur facilis conco-
ctionis & distributionis. Alii vero à sanguinis missione
præparata materia purgationem ex hiera diacolocyn-
thidos, *deinde etiam* diagridio *adiecto instituunt: po-*
stremo etiam elleboro; sed interuallis & hæc fieri iubent.
Quo tempore cessamus à pharmacis, sero lactis, lacte *et-*
iam, & his quæ humores præparant & depurant, vtantur.
Materia ex cap. de melancholia *excipienda. Sed & hic*
sciendum, quod medicamentum purgans in forma

Medicamentum in forma liquida.

humida minus siccat, *deinde* in forma boli. *Quod si*
non licet facere aliter, vtatur in forma pil. vel pil. *quæ*
siccant. In forma liquida paretur vt superius, vel sic: ℞.
376 rad. bugloss. glycyr. rasæ ana ℥ j. polypod. querc.
recentis ℥ ij. passul x x x. prun. sebesten num. x x.
senæ orientalis ℥ iij. summitatum thymi, epithy-
mi, cuscutæ ana ℨ ij. anisi ℥ ß. flor. cord. ana p. j. *fiat*
decoctio, & in quart. j. *colat. dissolue* confect. hamech
ℨ iij. syr. ros. laxat. ℥ ij *misce fiat potio: capiat mane. Po-*
stero die rursus capiat de eadem decoct. in syr. redacta, per-
fecte coctum cum decoct. borag. & mercurialis: ℞. de-
coctionis præcedentis lib. j. zacch. q. s. fiat syr. ad-
dendo syr. ros. laxat. de fumoterræ ana ℥ v r. *capiat*
postero die à sumpto medicamento, ℥ iiij *vt diximus*, cum
decoct. mercurial. & borag. *Et hoc debet esse commu-*

Commune præceptum maxime obseruandum in omnibus morbis melancholicis, vel qui in habitu sunt.

ne præceptum in omnibus morbis, qui fiunt à melancholia,
vel quorum materia est in habitu, vt duobus vel tribus die-
bus continuis euacuetur. Primum *medicamentum ex-*
crementa ventriculi & intestinorum deterget: secun-
dum *materiam trahit & euacuat: tertium retentum*
euacuat, & morbum eradicat. Habenda quoque erit ratio
materiæ, vt si à sanguine assato vel à pituita, vel à bile, ad-
denda erunt medicamenta, quæ materiam euacuant ante
dictam, siue dentur pilulæ siue pulueres, siue syrup. Si bo-
lum æger desideret, paretur ex confectione hamech,
vel diaphœn. vel indo maiore, addendo pul. dia-

Bolus.

senæ solut. *vt* ℞. diaphœn. ℨ ij. confect. hamech
ℨ iij. cum ℨ j. pul. diasenæ, & sacch. *fiat bolus. Post*
purgationes per interualla, cibosque faciles coctionis & dis-
tributionis exhibitos, deinceps vomitus proritetur à cibo,
aut ieiunis, cum radicula; postea etiam cum veratro albo.

Vomitus.

Sic & Holerius cap. proprio. *Postea vero* frequens vo-
mitus, *primum quidem leuioribus, deinde raphano; po-*
stremo elleborismo. Post hæc autem virium refocillatrice
victus ratione vtendum est, ac medicamentis quæ sum-
mam cutem desiccant, adstringuntque. Licet igitur cucur-
bitulæ *sex inanes, ori ventriculi & hypochondriis vtrim-*

De dropace meminit Gal. 6. cap. 6 de sani tate tuenda.

que agglutinabuntur: eadem membra etiam dropace,
hoc est, vnguento picato delinientur. Modico temporis pro-
cessu rursum ad superiora reuertendum est; prætermissa san-
guinis detractione, vt quæ plus noxæ quam præsidii esset al-
latura. atque hoc circuitu ad ternas vices, quaternasve per
annũ vti expedit, vere potissimum & autumno Item quoque
non solum cucurbitulæ inanes sic thoraci & visceribus ad-

Caputpurgia.

mouentur; sed & caputpurgia, gargarismata, vnctio-

Gargarismata.

nes, *primum* è butyro: *deinde vbi pruritum est, ex iis,*
quæ detergent: *postremo cum vlcerata partes sunt, con*
ueniunt quæ leniter adstringunt. *Balnea primum sint*

377 *Vnctiones.* *Balnea.*

dulcia: (persuasum autem vulgo est, balnea parata e san-
guine humano, morbum hunc persanare:) deinde si prurit-
tus est, naturalia conueniunt. In multis remediis brassi-

Lignum Guaiacum.

cæ & absinthij *decoctum*, stœchados, & ligni sancti
commendantur. Optimum quoque fuerit cum his passu-
las, ficus, violarum flores, bugloss. & borrg. *inco-*

Castratio.

quere multo magis si feruidior sanguis est. Castratio, vt
singulare remedium ab antiquis probata est. Scobs ebo-
ris, cornu cerui, succus cyrenaicus, aselli aquarij,
scillæ semen, *& hæc duo maxime contra dyspnœam.*
Smaragdus *trita & ex* aqua *data, vel cum* aqua *&*

Quæ vt quædam venena conferunt. *Theriaca.* *Carnes viperæ.*

gummi *illita. Erinacei caput laudatur à Galeno, nepeta,*
qua eo modo vtendum erit, quo ligno sancto, id est, cum
passulis & cæteris. Laudatur theriaca, *quæ in calidiore*
conditione temperari potest a dicta parte conseruæ viol.
aut boraginis. *Laudatur* vinum, in quo vipera viua
extincta sit. *Viperarum carnes abscissis capite & cauda*
ad putrilaginem cocta, cum iure albo recentium, vel iis, quæ
huic morbo conueniunt, vt & carnes edantur & ius sen-
sum sorbeatur. Aliqui non tam suspectum remedium, si
pabulis caponum & gallinarum susceptum illud & carnes
misceantur. Sentit penetrasse vim, cum pluma decidunt
auibus, tumque eas aues ad cibum elixabis. Sed theriacæ *&*
remediorum *vsum magis tempestiuus est à thermis com-*
paratis è fumaria borag ne, endiuia, nepita, rosma-
rino, origano, & meliloto, *& aliis eiusmodi. Cæterum*
theriaca ex viperis Andromachi mirifice prodest, & quasi
compendium totius curationis est, si post purgationes per
modica interualla præbeatur, & ea pariter cutis oblina-
tur. Mi-

Gal. 2. ad Glauc. cap. penult.

tur. Mirabile quoque elephantiæ remedium viperarum vsus existit: sed eas hoc modo apparatas edere oportet: primum *quidem capite amputato & cauda vsque ad digitos quatuor, detracta pelle, & omnibus interaneis exemptis, corpus ipsarum aqua bis aut ter lotum, in olla instar anguillarum coquitur aqua quidem sufficiente affusa, & oleo modico, cum porro & anetho. Liquet autem, quod carnes sint decoquendæ, donec molles reddantur. Post conuenientem cocturam iusculum moderato sale condiatur, atque ita ægro in sole desidenti exhibeatur, capite tamen probe velato. Neque vero semel tantum, aut bis viperas edere satis est, sed sæpe id fiat, & præsertim cum extra periculum sit, & commoditatem afferat. Sint autem viperæ* recens captæ *& ex locis humidioribus, nam quæ iuxta mare aliaque salsa loca degunt, siticulosæ existunt. Vstio quoque* (quemadmodum & Holerius annotauit) *frequens circa caput satis fiat aliquando, alioqui in tibiis ac genu aut musculosa parte brachiorum imprimuntur. Extrinsecus* (in balneo potissimum) *medicamenta quæ extergunt & repurgant sunt adhibenda vt est* nitrum, sulphur viuum, pumex, testa sepiæ, nigellæ, oxylapathum, *quæ interdum arida affricari possunt, aut trita cum* aceto *aut* rosaceo oleo, *aut* masttichino *corpori sunt illinenda. Hoc autem mirabilem habet effectum:* ℞ rad. rumicis m. j. nitri ʒ v. thuris, sulphuris ana ℥ iij. *contunde, & ex aceto illine. Similiter (si Paulo credendum est) hoc infra scriptum multæ efficaciæ commendatur:* ℞ auripigmenti ʒ x. sulphuris ignem non experti ʒ viii. calcis viuæ, ceræ ana ʒ iij. cocti, baccarum lauri aridarum ana ʒ j. ß. *hæc macerantur* populi albæ foliorũ succo, aut crasso decocto: *vbi mellis spissitudo est facta, illinuntur. Plura alia pete ab ipso Paulo. Ad spirandi difficultatem eorum, qui elephantia laborant:* aselli sub aquariis degentes quinque aut sex, ex aquæ mulsæ cyathis tribus, *hoc est, libra dimidia, potantur. Iam vero quæ iam ex his, quæ ad ægre spirantes inscribuntur, ipsis quoque communiter competunt. Aquarum naturalium vsus adhiberi debet, seu maxime necessarius, præsertim* aluminosarum, ferrumque resipientium, *& si fieri potest,* frigidarum: *Confert ipsis si etiam bibantur: Iuuat &* marinæ arenæ vsus. *Eandem habent efficaciam, omnia quæ desudationes mouent. Quoniam vero affectus hic, non minus ac pestilentia contagiosus est, quam longissime ab vrbibus remoti ægri in locis mediterraneis, frigidis, & vbi sit hominum infrequentia, habitabunt; inde vero ad confinia migrabunt, tum ipsorum causa, tum illorum potius qui vt vero simile est, ipsis incident, quippe & aere fruentur commodiore, & alios hac lue non inficient.*

Vstio.

Medicamenta exteriora quælia adhibenda.

Paulus.

Aselli.

Aquarum naturalium vsus.

379 . OBSERVATIO VIII.

De præseruatione à lepra Arabum, de qua suspicio erat.

IVVENIS quidam, qui ad lepram Arabum valde erat inclinatus, nam multis annis scabie sicca furfuracea per totum corpus laborauerat, cum cutis defœdatione, ad me consilij aut auxilij petendi gratia cum Delphos venisset, huic vt in Vere & autumno phlebotomia fieret, imperauimus: nam in lepra confirmata, quod percipitur ex corruptione formæ & figuræ, non multum competit phlebotomia à magnis venis, ne fortis medicina laxatiua, quia materia iam est extra venas, & est in membris imbibita, & non potest reuocari: quamquam possent ista competere ratione materię antecedentis, si lepra est ex sanguine, quantum ad phlebotomiam: vel ab aliis humoribus, quantum ad pharmaciam, vt vocant. Atque hunc quoque *Primum canonem* posuit ipse Valescus in generali curatione. quemadmodum & *Secundum canonem* sumpsit ex Auicenna & Serapione & aliis, quod *principium curationis lepræ debet esse in frequenti euacuatione materiæ, cum digestione competenti tali humori.* Tertius canon est, *posito quod ibi sit sanguis plurimus corruptus, per vices ex magnis venis trahendus: si vero non, tunc ex iisdem venis plus noceret quam iuuaret:* & iste canon ex Auicenna desumptus est. quemadmodum & Quartus, *ex duabus Guidenegi, pro gutturis raucedine si immineat suffocatio.* Quintus canon est, *quod medicinæ fortes, vt ex elleboro, in principio non administrandæ, ob materiæ inobedientiam, sed potius leniores sint frequentandæ.* Sextus: *qui lepram vult curare, oportet vt roboret tres coctiones, & præcipue tertiam & assimilatricẽ quæ in membris celebratur.* Septimus: *oportet vt leprosus omnino à coitu alienetur*, vt & Auicenna admonuit. Octauus: *Vnguenta, balnea, vel topica ante vniuersalem purgationem celebranda non sunt, ne poros oppilent.* Nonus est canon Auicennæ, *quod esus carnium viperalium, & aliarum in quibus virtus earum existit, sublimior, id est, certissima, existit leprosis medicina.* 280

Et quamquam hi canones generales ponuntur in curatione vniuersali, etiam competunt in præcautione: nam videtur & curatio particularis nihil aliud quam præcautio & præuisio esse, cum tantũ lepra vera Arabum curetur cum est in dispositione, & non cum est in habitu. Ideo, vt præcaueamus, vel dipositionem curemus, præcautionem siue mauis dicere curationem decem scopis perficiemus. Primo *victus ratione & vitæ institutione.* Secundum igitur Rhasim oportet vt hic iuuenis sese transferat in regionem valde humidi aeris, & non superflui frigoris. vtatur optimo *pane, vino albo*, vel *clareto maturo*, cum bona quantitate *aquæ*, vel *ceruisia consueta*, nõ fœculenta aut crassa. Carnibus *mutonis, capretti, gallinarum, perdicum, phasianorum, auium campestrium* vescatur: *piscibus squamosis*, ex *aquis mundis: ouis sorbilibus, hordeato, auenato, herbis optimum sanguinem generantibus, borag. malu. bugloss. fœnic. fumoterra, petros. apio, hyssopo calamentho*, quæ ventriculum & primam coctionem roborent, vtaturque cibis *lenibus, dulcibus, velocis penetrationis & nutritionis, & qui impinguant corpus*: & ideo lac ex animalibus sanis ab eodem Rhasi commendatur, & iuuenibus. Cauebit à cibis *incrassantibus, adurentibus sanguinem.* Coitum vitabit omnino, quia materiam malignam & vaporem putridum exterius propellit, *vt ait Arnoldus de Villanoua in libro de retardanda senectute. Declinet iram, solicitudinem, tristitiam, laborem corporeum quoque & animi; superfluum calorem frigus excedens.* Fructus recentes maxime vitentur; (ebulliunt enim & cito corrumpuntur;) & quicquid excitat & resoluit humiditatem, *authore Auicenna.* 281

Secun-

Secundo, materiam digeremus, & parabimus
cum syr. de fumoterra, vel eo qui describitur apud Vale-
scum cap proprio; vel decocta (vt vocant) Matalia, quæ
sanguinem purificent, præscribemus: quæ medi-
cus præsens pro suo arbitrio componere potest.
Tertio: digesta materia, eam purgabimus cum de-
cocto sena, po ypod. fumiter. borag buglos. epithymio, &
prunis. Etiam tunc sanguinem postea mittemus ex
vtroqne brachio per interualla, vt medico præ-
senti videbitur commodum. Interim ad syr. dige-
rentes, tum ad apozemata præparantia reuerte-
mur: mox Quarto ad purgationes validiores re-
uertemur, cum diasene, confect. hamech, hiera Ruffi.
Tandem Quinto cum elleboro nigro, modo robustus
videatur, procedemus. ego soleo in decoct. sena &
aliis purificantibus imponere ℨj. vel ij. pro viri-
bus, rad. ellebori nigri & solummodo in Vere, cum
suo correctorio, nempe semine dauci. De his vi-
de Mes. Auic. Valesc. & alios authores cap. proprio.
Quod autem ad materiam coniunctam attinet
euacuandam, possunt & competere phleboto
mia ex naso, cum setis porcinis; & de pulpis aurium. &
de summitate narium; & scarificationes extremo-
rum pro materia coniuncta. Sexto ad caputpurgia
veniemus, vt succum maiorana inicientes in nares:
vel errhinis vtemur, de quibus consulendum est
caput de cephalaa. vbi & tractatur de masticatoriis,
vt est zinziber cum mastice: hæc quoque materiam
coniunctam consumunt, aut euacuant. Septimo
ad balnea & lauacra progrediemur, & stuphas ex
fumoterra, lapathio acuto, scabiosa, rosmarino, flor. sta-
chad. camomill. mel. lot. Cum autem egreditur, the-
riacam sumat ad ℨj. & in lecto sudet ac dormiat:
postea sumat cibum competentem. hæc in dilu-
381 culo fiant. iubet & Valescus stãdo in balneo cum
dictis decoctionibus fieri frictionem cum panno
aspero, vngendo caput & totum corpus cum san-
guine leporu calido. Postea cum sanguis ille fuerit
exiccatus, intret stupham dictarum herbarum, &
lauet se, id ipsum continuando multis diebus ac
septimanis & mensibus. post frictionem inungat
se cum balsamo vel oleo terebinthina; vel hoc vnguẽ-
to Guidonis ℞ vng. citrini lib. j. vng. albi lib. ß. pin-
gued. serpentis quart. j olei ros. vng popul. ana quart. ß. &
fiat vng. Mane vero intret stupham, & se abluat.
Potest admisceri & oleum tartari, & oleum frumenti.
Octauo administrabitur caro serpentis eo modo,
quo dictum est Scholiis praecedentibus. Sed quia hic
tantum fit præcautio, sat erit vsus theriaca mode-
ratus. quomodo autem viperæ præparentur, vide
etiam ad longum apud authores & Valescum cap.
proprio. Nono extirpabimus tuberositates, & ma-
lum faciei colorem corrigemus. hæc autem re-
mouentur eo modo, qui scribitur capite de sapha- *Saphati.*
ti, id est, pustulis rubeis, albis vel liuidis circa na
sum, cum rubore totius faciei. Vide Valescum
tract. sua Chirurgia cap. 16 Sed quia hic iuuenis non-
dum tales pustulas habet, ideo si superuenianr,
poterit medicus ex loco iam citato remedia quæ-
rere. vel cap. 21. de lepra apud eundem, sub finem. Deci-
mo, si fiat oppilatio in naribus, fiat tenta ex bom-
bace, quæ contingat vsque ad colatorium; & cir-
cumlinatur vng. citrino; & aspergatur puluere li-
thargyri & aristoloch. rotunda. At vt pili supercilio-
rum crescant, primo sanguisugæ ponantur in su-
perciliis, prius bene fricatis & rubificatis: deinde
capilli Ven. recens & ladan. ana p. æq. bulliant in
oleo laurino; & inde supercilia vngantur.

SCHOLIA.

GILBERTVS in curatione lepra in generali, ex 283
mente Hippocratis, censet, si vacuãdum vel phle-
botomandum sit, id in Vere fieri debere, aut in
autumno; interim cum tutioribus medicamentis. Sed
quia in pracedentibus satis de curatione generali diximus,
nunc pauca ex neotericis adiiciamus, qua vnicuique speciei
lepris conueniant: ideo elephanticus, inquit Gilbertus, *Curatio*
diatetur (sic enim barbare loquuntur) copiose, sed cibo di- *elephantiæ.*
gestibili; aliter enim cadunt in defectum & periculum. Et
sciendum, quod vni elephantico vix sufficiat quod tribus
sanis sufficeret propter consumptiuæ melancholiæ
malitiam. Vnde pra ceteris maxime cauendi sunt à fa-
me, & frigore. Preparetur eorum materia cum diantho,
diasene, oxymell. squill. syr. de fumoterræ, cum
aqua decoct. thymi, epithymi, senæ, cuscutæ, flo-
rum borag. & folior. eius mane & sero. Purgetur
vero cum hieræ logod. partibus duabus, & vna hie-
ra Ruffi, vel cum oxymelle Iuliani. Tertia die fiat stu-
pha ex fumoterræ, lapathio acuto, scabiosa, bora-
gine, epithymo & aliis herbis calidis detergenti-
bus. Existenti in stupha offeratur theriaca maior, cum
succo fumiterræ tepido; & sic fiat tribus diebus continuis.
Sequenti die post vltimam stupham, quia materia est pu-
trefacta intus & extra, aperiatur vena heparica. Quar-
ta die apponantur ventosæ supra renes ad extrahendum
subcutaneam materiam. Singulis quindecim diebus fiat
predicta stupha, ita tamen vt sequenti die post stupham of-
feratur theriaca opiata: de sex in sex septimanis alter-
natim aperiatur cephalica in vna parte; & in alia hepati-
ca. In singulis autem binis mensibus purgentur; sed omni
mense moderate phlebotomentur, duabus vnciis extractis,
vel parum plus in declinatione luna. Non placet tamen
mihi totius repetita vena sectio. Iubet idem quoque fieri
scarificationes in anterioribus & posterioribus tibiarum.
Aliquando ponatur ventosa in fontinella colli, vel sub
mento, aliquando fiat phlebotomia in summitate nasi.
Fiant etiam cauteria in tibiis & brachiis. Quod ad loca-
lia attinet, stuphetur facies cum aqua decoctionis thymi,
epithymi. senæ, cuscutæ folior. borag. florum cro-
ci, palear hordei, & auenæ & tunc fiat inunctio cum
aquali mixtura vng. fusci, & vng. ad salsum phleg- 284
ma, & acuatur puluere litharg. adiect. 4 sem. frigidis.
Mane abluatur facies cum colatura furfuris, vel laua-
tura fabarum fractarum, vel ex succo bryoniæ, &
sem. frig. pul. fiunt pilula, & temperata vna in aqua te-
pida post stupham, ea facies illinatur, & abluatur, vt
prius. Vel extracto sanguine nasi, tota facies illiniatur &
sinapizetur pul. & in sequenti die lauetur, vt dictum
est. Iterum redeundum ad syr. de succo fumiterræ; &
in colatura decoquenda epith. thymum, sena, aristo-
loch. rotund. gentiana, myrrha, baccæ lauri, cina-
momum, zinz. & caro serpentis sic praparata. Accipe
serpentem, qui reperitur in nemoribus, que habet ven-
trem album, & in medio ventris lineam rubeam, in dorso
nigram.

nigram. remoueatur caput & cauda, & exenteretur me-
dium, & decoquatur cum prædictis vsque ad integram re-
solutionẽ carnis coletur, & colaturæ admisceatur zacch.
& fiat syr. De hoc syr. accipiat de tertio in tertium diem
quantum testa oui capit, cum aqua tepida. Præcedente vsu
istius electuarii decoquatur serpens præparatus in vi-
no albo, remotis ossibus ac spina, teratur caro, & admi-
sceatur cum duabus partibus diasenæ, & fiat electuarium
contra frigidam causam. Sed contra calidam causam duæ
partes rosatæ nouellæ & tertia carnis serpentis ad-
dantur. Item vtatur syr. de fumoterræ, cum apoze-
mate thymi, epithymi & senæ omni hebdomada.
Comedat omni die rutam, apium ante cibum cruda; &
potione anacardi semel in hebdomada vtatur cum sero
caprino, & pul. quodam anacardi, cum aliis specie-
bus apud eundem Gilbertum descriptis. quæ tamen mihi
videntur satis calida. In Leonina, quæ fit à cholera, absti-
nere iubet ab acutis sanguinem adurentibus, aceto,
animi accidentibus, præcipue ira, & ab his quæ calfa-
ciunt. Vti debent diæta temperata: sudent sæpe in aereo
balneo, non multum calido. Præparetur materia cum dua-
bus partibus oxyzach. & tertia syr. de fumoterræ. Di-
gesta purgetur cum duabus partibus electuarii de succo ros.
& tertia parte cathartici imperialis, vel hiera Ruf-
fi. Fiat stupha ex herbis frigidis, portul. lact. plantag.
quinquenervia, foliis vinearum, salicis, lapathij
acuti, scabiosæ, fumiterræ. Exeunti è stupha offeran-
tur duæ part. rubiæ trochis. cum tertia parte theria-
cæ. Sequenti die iteretur stupha, & detur optata. Simili-
385 ter fiat die tertio. Post tertiam stupham aperiatur vena
cephalica, vel altera hepaticarum. singulis mensibus,
in secunda ætate lunæ; vel cephalica in vno brachio, &
hepatica in alio. fiant prædicta scarificationes in tibia
& brachiis, quater in anno purgetur vt dictum est, &
singulis mensibus fiat prædicta stupha: & singulis quinde-
cim diebus offeratur prædicta optata. Localia sic fiant: fiat
suffumigatio cum scolopend. end. palea hordei, aue-
næ, & succo fumiterræ. & fiat inunctio cum vng. ci-
trino mixto cum pul. gummi arab. drag. albi, litharg.
corall. lauetur in posteram diem cum colatura furfuris
vel fabarum, vel sero caprino tepido: vel frequenter
lauetur facies cum lacte tepido sem. frig. & accipia-
tur diap. cum syr. de fumoterræ, & syr. ex succo bo-
rag. cum aqua cucurb. dentur & cassia, thamarindi,
vel myrobal. citr. cum syr. iam dicto. Et in hac specie
confert abscissio testiculorum: in frigidis vero causis nocet.
Nares sæpe illiniantur oleo ros. vel aqua in qua deco-
quantur viol. ros. & gummi Arab. & amyli modi-
cum: quæ omnia bene colata per nares trahantur violen-
ter in profundum. Pro fissura oris liquefiat axungia gal-
linæ. cui succus consolidæ maioris commisceatur, ad-
dito litharg. & amylo & anthera ana fiat vng. Succus
etiam cymbalariæ seuo agnino æqualiter admixtus
idem efficit. Cum lacte etiam caprino recenti & calido
sæpe bucca illiniatur. Tyriaci vero fugiant omnia inco-
ctilia, melancholica, viscosa, salsa, acuta, inflam-
mantia, vinum forte, iram, ieiunia, vigiliam, coi-
tum; super omnia exercitia fortia, repletionem,
crapulam, ignem; & naribus quandoque pilulæ de ca-
storeo infundantur. Ad digestionem materiæ detur diacy-
minum, dianthos, oxymel squill. syr. de fumoter-
ræ. Materia digesta purgetur cum duabus partibus hieræ

Curatio Leonina lepra.

Topica.

Curatio lepra Tyria dicta.

picræ, & tertia hieræ Ruffi. Tertia die fiat stupha ex
foliis sambuci, ebuli, scabiosæ, fumiterræ, lapathij
acuti, calamenth. menthastri, apij, absinthij ca-
lend. lauend. sisymb. & in aqua ponatur parum aceti
& olei, & fol. borag. aliarumque cal. herb. & ita
fiat tribus continuis & singulis diebus & exeunti à stupha
detur Mithridat. vel theriaca cum succo fumiterræ
tepido. Sequenti die, post vltimam stupham, aperiatur
cephalica in vno brachio, & hepatica in altero. & quater
in anno purgetur, & fiat stupha, & offeratur theriaca, &
fiant phlebotomia & ventosæ, scarificationes & caute-
ria ruptoria, prædictis temporibus. Facies stuphetur cum 386
aqua decoctionis folior. sambuc. ebuli, calaminthi,
origani, scabiosæ, fumiterræ, lapathij acuti: & fiat
inunctio cum æquali mixtura vng. citrini & albi, &
acuatur cum pul. litharg. plumbi vsti, ros. brasilij. po-
stero die lauetur cum colatura furfuris vel fabarum, vel
cum sero caprino. item apponatur sanguisuga in sum-
mitate nasi, & cum sanguine illiniatur tota facies, & su-
peraspergatur puluis prædictus; & sequenti die lauetur fa-
cies, vt dictum est. Præterea accipe serpentem, & deco-
que eum cum tritico; pascantur gallinæ, & tunc depluma-
buntur, & remouebuntur plumæ. assentur gallinæ istæ, &
offerantur omnibus leprosis, ad renouationem cutis & de-
positionem vetustæ. Et si de pinguedine indefluente inunga-
tur facies, idem operatur. Mox reuertatur ad prædicta ele-
ctuaria, & post vsum eorum ad syr. de fumoterræ, &
alia localia prædicta de elephantia. & exhibeantur san-
guinem mundificantia, cum syr. de fumoterræ, cum
sero caprino. Pustulæ inungantur vng. fusco, & vng.
contra phlegma salsum, & albo simul mixtis. & in-
unge tubera dropace, vng. de tartaro. Referunt hepar
eruce assatum iis prodesse. In Alopecia, digeratur materia
cum oxyz. & tertia parte syr. de fumoterræ. Valet &
zach viol. ros. triph. sarac. cassia, cum quibus purge-
tur, vel cũ sero caprino. deinde dentur diarrhod. abb.
sine musco, triasant. syr. viol. cum apozem. cuscu-
tæ, centaureæ minoris, vel cum sero caprino in quo
azara baccara cocta sit. Tertia die post etiam purga, adie-
cta tertia parte hieræ Ruffi: fiat stupha ex herbis frigi-
dis, vt fumoterræ, lapath acut. borag. scabios. &
exeunti offerantur duæ partes rubiæ trochis. & tertia
theriacæ maioris, cum succo fumiterræ tepido; idq;
tribus diebus continuis. deinde fiant phlebotom. caute-
ria, ruptoria, & alia, vt in aliis speciebus dictum est, &
redeant ad elect. syr. & stuphetur facies decoct. herb. frig.
paleæ hordei, auenæ; & inungatur cum axung. gal-
linæ prædicta, vel cum vng. de thure mastice. Vel lique-
fiat tragacant. alb. gummi arab. in aqua ros. & ad-
misce æquali pondere vng. citrin. & fiat inunctio. Tota
nocte obuoluatur facies peplo. Mane lauet se, vt dictum est;
& postea mundificetur cum lacte sem. frig. vel lacte ca-
prino, vel cum vino decoct. serpentis, prædicto modo
præparato: quod vinum etiam valet in omni specie lepræ,
ad consumptionem venenosæ materiæ, & ad mundificatio- 387
nem faciei. Vel thus album tritum, mixtum cum oleo
viol. præcedente stupha ex eo fiat inunctio. Alii & extra-
cto sanguine de facie patientis, faciem illinunt sub noctem:
& mane abluunt, vt supradictũ est. Vide trochis. apud
Gilbertum, qui dissolutis cum oleo amygd. amar. vel viol.
illinendi. Si pustulæ sunt vlcerosæ, vng. albo fusco, &
ad plegm salsum; adiecta cerusa, litharg. vtantur.

Curatio lepra Alopecia dicta.

Fiant

Si lepra fiat ex infectione post coitum cum leprosis.

Fiant dropaces, scarificationes, ventosationes, in occipitio, sub mento, in summitate nasi; phlebotomentur & tibiæ, vel ante & retro scarificentur. Si à coitu fiat lepra, de vtroque brachio fiat phlebotomia. Digeratur materia cũ duabus partibus oxyzacch. *&* tribus de fumoterræ: *& purgetur cum confect* hamech, *alii addunt* hierã Ruffi; *deinde conficiunt stuphas ex frigidis, vt in alopecia. alii offerunt* partes duas rubiæ trochisc. *&* vnam theriacæ, *cum syr.* fumiterræ, *tribus continuis diebus. à stupha sanguinem detrahunt, vno die ab hepatica, altero à ce. balica, & redeunt ad stuphas, ad opiata, & ad scarificationes in tibiis. ruptoria, ventosas sub mento. omni mane exhibent* zach. viol. syr. de fumoterræ simplicem. *Faciem inungunt cum* vng. citrino, *admixta exigua* aqua rosæ *abluunt cum* aqua furfuris, vel fabarum. *Si infectio à frigida melancholica vel phlegmatica, digere cum* oxymellis partibus duabus, *&* tertia syr. de fumoterræ: *& purgetur cum duabus part.* hieræ picræ *&* tertia hiera Ruffi *in phlegmate: in melancholia cũ duabus partibus* hieralog. *&* tertia hieræ Ruffi. *Stupha ex herbis calidis, foliis* sambuci, ebuli, scabios. lapath acuti fumiterræ: *exeuntes à balneo theriaca maior detur, cum succo fumiterræ deinde fiant phlebotomia, pauco extracto sanguine,* vt dictum est, *per vices. deinde redeundum ad stuphas & opiata scarificationes, ventosas, & ruptoria sub mento. & contra malum colorem capiat vinum* infus. Rhab. *lauetur facies cum vino tepido, in quo putruerit* Rhab pul. *Acuetur* vng. citr. cum pul. brasilij, *noctu inungatur facies, mane abluatur. In omnibus speciebus per internallum confert* theriaca *exhibita. &* caro viperæ.

Accidentia quæ in habitudine exteriori leprosorum contingunt.

Gilbertus dicit vix centum cauteria posse sufficere. De accidentibus quæ in habitudine exteriori leprosorum contingunt, vt sunt pustulæ, oppilatio narium, gingiuarũ corrosio mortificatio, insensibilitas, depilatio superciliorum, serpigo, impetigo, & morphea, *hæc pauca ex eodem adnotamus. Et primo de pustulis quæ fiunt*
388 *ex sanguine vel alio humore. ex sanguine sunt* rubeæ, molles, *& facile suppurantur. ex cholera,* citrinæ molles, *aliquantulum duræ & exiguam saniem emittunt à phlegmate,* albæ tenues *. cito saniem facientes. à melancholia,* duræ sunt, liuidæ, terreæ. *In vtraque causa suffumigetur facies cum aqua* decoct. maluæ, bismaluæ, viol. *ita fiat tribus diebus, mane & sero: & post singulas fumigationes inungantur pustulæ cum* rasura lardi. *quia facit ad emollitionem & consumptionem: & tunc phlebotomo aperiantur in duobus tribusve locis; & cum sanguine inde fluente distemperetur pul.* lithargyri *vel* plumbi vsti, *&* masticis, *& fiat emplastrum; omnibus pustulis superponatur. Contra causas ex frigiditate fiat suffumigiũ cum* aqua decoct. fumiterræ, lapathij acuti, scabiosæ, *tribus diebus continuis mane & sero: & post fumigationem fiat inunctio cum* succo porri, *&* rasura lardi, *& denuo phlebotomo aperiantur, & cum sanguine inde fluente distemperetur pulvis* hermodact. ellebor. albi *&* aluminis; *& fiat emplastrum & superponatur. Sed & alii hoc fortiori, nempe* calce viua distemperata *cum* aceto *&* oleo *inungunt pustulas: aut ruptorium communi ex mixtura aquæ è* cantharid. *&* fermenti *distemperant cum* aceto, *& inponunt. Duris vero scissis in modum crucis phlebotomo, & sanguine inde fluente pustulas fricant: postea asperso puluere ex* lithargyr. ceruss. auripigmento *&* alumine folium caulis *apponunt.*

Pustulæ leprosorum quomodo curantur.

Item facto ruptorio & remota cute in omni specie lepra frigida apponatur pul. æqualis mixtura viridis æris *&* tartari, *ad pustularũ corrosionẽ. At in causa calida* litharg. *&* tartar. *sumatur ad pustularũ corrosionẽ. Sed in vtraque causa fiat inunctio cum* vng. citrino acuto *seu* mixto *cum puluere* litharg. *ad carnis regenerationem & cicatrizationẽ. Item accipe* limaces rub. *diuidantur per mediũ, & superponatur puluis* salis gemmæ; *& illud liquidum quod extillat, admisceatur cum pinguedine terræ, quæ vbique reperitur terrarum. inde illiniantur pustulæ & facies. mundificat saniem, & consumit pustulas. Pinguedo emanans ex* fumario *vel* sterquilinio *putrefacto idem præstare creditur. Item* cimolia, *quæ reperitur sub mola fabrorum, exiccetur & distemperetur cum aceto; & fiat illinitio. idem facit* creta *vel* acatia *cum* aceto, *& hoc à plurimis pro præstantissimo habetur vel* lithargyr. cum 389
oleo & aceto. *Vel ex* creta, litharg. cadmia, bol. arm. & aceto *confice emplast. Ad desiccationem vnc humiditatum* pul. baccarum lauri, nitri. salis gemmæ cum terebinth. *conficiantur; & vngatur corpus ad solem aut ignem: confert. Ad palliationem vero, & earundem remotionẽ ventosa cum scarificatione post collum & spatulas ponantur. Post tertium diem sanguisuga sub crurib. ra ponantur: deinde vngantur vng. vel sequenti vng. idque ad ignẽ:* ℞. saponis Gallici ℥ iiij picula lib. j. ceræ ʒ iiij. axungiæ veteris ℥ v i farinæ lupinorũ, olei siliginis ana ʒ ij capitelli q. s. *& poterit addere* nitri, succi cyclaminis ana ʒ iij. *ad tyriam præcipuum est. Ad elephantiam vero proprium est quod* ℞ piperis, sulphuris ana ʒ iij. pyrethri ʒ j. olei phialarij succi porri, saponis Gallici ana lib. j. *in balneo se vngat, prius abrasus. Contra oppilationem narium leprosorum intingatur tenta de* gentiana, *cum vng* citrino acuto, *cum* lithargyrio *vel* plumbo vsto, *& naribus imponatur. & si tu de forte fiat vstio, inungatur cum* rasura lardi. *&* succo porri, *si causa fuerit calida: si autem causa fuerit frigida, cum puluere* lithargyri *&* tartari; *vel immittatur* aurea alexand. *cum* oleo muscellino. *Contra depilationem superciliorum puluerizetur* talpa combusta, vngula caballina, cerefolium, *&* stercus soricis. *& apponatur sanguisuga supercilio, & cũ repleta fuerit comburatur. & istorum pulueres commisceantur, & facta inunctione cum* oleo lapdanino *vel* spuma apri *in superciliis prædictus puluis vndique superaspergatur. Vel fiat scarificatio: & postmodum confricatio fiat ex puluere facto ex asperis & spinosis folliculis castanearum adustis. Vel imponatur pul. factus ex* muscis, apibus, vespis combustis. *Gingiuarum corrosio, mortificatio, insensibilitas, serpigo, impetigo & morphea curentur. vt in propriis capitulis. Sed & hoc vnguentum vnico valet serpigini, impetigini & elephantiæ:* ℞. aloes, litharg. arsenici, auripigmenti, argenti viui, tartari, masticis, olibani, cinnabrij, sulphuris, piculæ, axungiæ veteris q. s. *vnge ad solem vel ad ignem. Aliud Memphiticum dictum valens ad morpheam & lepræ palliationem:* ℞. succi lapathij acuti, succi enulæ, succi consolidæ maioris, succi menthæ & cyclaminis ana ℥ ij. nitri, tartari, boracis, crystalli, coralli albi, sulphuris ana ʒ j argenti viui, aloes ana ʒ ß nigellæ albæ, sanguinis leporis, olei frumenti ana ʒ iij. farinæ lupinorum, tragacanthi, ceruse, gerse serpentariæ, pingued. medull. ossium gallinæ, sinapis albi ana ʒ ij. *confice cum vng.* citr.

Vng. ad tyriam.

Ad elephantiam.

Contra oppilationem narium leprosorum.

Contra depilationem superciliorum in leprosis.

Vng ad serpiginem, impetiginem & elephantiam.

390 *Vng Memphiticum aduersus morpheam. & ad lepræ palliationem.*

citr. *vel* pinguedine, *vel* oleo, *cum quo ſuccus* fumiterræ & lapathij & enulæ *miſceatur. coquatur ad ſuccorum conſumptionem. AEgyptiis peculiare hoc malum: & ſi in reges incidiſſet*, teſte Plinio lib. 26. cap. 1 *balneo humani ſanguinis vtebantur ad medicinam. At Conſtantinus* (vt quidam referunt) *Imperator, cum hoc morbo laboraret, & medicorum iudicio* cruorem humanum ſingulare remedium eſſe illi diceretur, *optimus princeps, & Chriſtianis dogmatibus nuper imbutus, cum audiſſet, abhorruit*; & malle ſe dixit ſemper ægrotare, quam tam immani remedio cõualeſcere. *Hinc rectè Baptiſta Mantuanus Carmelita lib. 1 de patientia, cap. 30. quomodo quærenda ſit ſanitas, ita ſcribit:* Sed ita finis rectitudo, *inquit*, non ſufficit, niſi modus quærendi ſit licitus. Licita ſunt quæ lege conceduntur. Conceduntur autem quæ non prohibentur. Omne quod peccatũ eſt, prohibitum eſt, & omne quod prohibitum, peccatum. Propterea vt pituitam cures, fornicari non licet. Nec audiendi ſunt illi medici, qui ad corporis ſanationem peccatum inducunt. Quæ enim dementia eſt, vt corpus mundes, animam inquinare: id ſimile eſt ac ſi vt argentum ſerues, aurũ amittas; ne veſtem amittas, corpus occidi pariaris. *Quæ autem prohibita ſunt in arte medica, iam diximus, cum contra impoſtores medicos ageremus; vti ſunt* incantationes, ſortilegia, artes magicæ, & omnes ſuperſtitiones. *Et ita AEgyptii non minus peccarunt hominis ſanguinem fundentes, dum homine necato, reges ſuos leproſos curabant, eiuſdem ſanguine inſtructis balneis. Sed ea quæ naturalia ſunt, magis amplecti oportet. Atque hæc de lepra Arabum ſatis dicta eſſe arbitror: nunc ad lepram Græcorum veniamus, quæ ab hac plurimum diſtat.*

Hiſtoria Conſtantini Imperatoris leproſi.

Non ſunt audiendi medici, qui ad corporis ſanationem peccatum inducunt.

OBSERVATIO IX.

391 *De lepra Græcorum, (quæ quibuſdam probatis authoribus deterrima ſpecies impetiginis eſt) per modum conſultationis, pro puella octo annorum nobiliſſima.*

FILIOLÆ tuæ, generoſiſſime Domine, quæ in Campo Regio moratur, figurã genethliacam (*vt oxor tua nobiliſſima à me poſtulauerat*) idiomate Germanico à me iuxta aſtrologorum decreta cõſcriptam, ad te nuper miſi, & nunc meam de eius paſſione intercutanea ſententiam, tum curationem (*oxore etiam tua à me idipſum petente*) libenter trãſmitto. Vitium enim illud, quo crura tum brachia filiolæ tuæ chariſſimæ afficiuntur, pertinere puto ad quartam ſpeciem impetiginis, *iuxta Fernelium doctiſſimum*, quæ lepra Græcorum exiſtit. Non eſt elephas ſeu lepra Arabum: nam elephas habet proprium (*vt expertiſſimus ille Io. Bapt. Montanus medicus conſultatione ſua* CXLVI. *de defœdatione cutis oſtendit*) vt occupet carnem & oſſa: ſed iſta defœdatio cutim ſolummodo inuaſit. & quanquam lepra Græcorũ maximam ſimilitudinem habeat cum pſora; differunt tamen: Nam lepra habet pathognomonicum accidens, vt decidant ſquamæ, vnde habuit nomen, quia ſquamæ quotidie decidunt. Galenus diſtinguit pſoram à lepra, quia lepra non habet aſperitatem & inæqualitatem, vt pſora. Hic autem affectus non habet quidem inæqualitatẽ, cutem tamen rodit, & alte depaſcit ac findit. ideo hoc vitium ſub capite lepræ ponimus, quæ omnium aliarũ, *inquit Fernelius*, impetiginum deterrima eſt: ea enim cutim vehementer rodit, alte depaſcit, & findit: ex qua non ſolum furfures ſed & ſquamulæ decidunt, modo pallidæ, modo
ſubnigræ, cum naſcatur ex bile atra, cui etiã craſſæ 392
lentæque pituitæ ſalſæ quiddam ſit admiſtum. Filiolæ autem tuæ ſquamæ decidunt potius pallidæ quam ſubnigræ; vnde plus pituitę ſalſæ habet, nec ad extremum malum, de quo Fernelius meminit, peruenit: vnde ea ipſa curari fortaſſis poterit, *vt poſtea dicemus*, ſicut lichenes, ſeu impetigines. Cæterum quod filiola tua hoc vitio afficiatur, iuxta decreta ſiderum minus miramur, vt in genitura eiuſdem annotauimus, quam cum lingua vulgari (*vt oxori tuæ ſatisfaceremus*,) ſcripſerimus, hic eandem Latine paululum explicabimus. Cum enim hæc Cancrum, ſignum morboſum vitioſumque, in frontiſpicio Horizontis habeat, tum Scorpius in ſexta locum occupet, augent hæc vitia ſimul & Mars truculentus, dominus ſextæ antiſcrũ ſuum eiaculans in Saturnum maleficum: tum Saturnus quoque in Martem: & ita malefici hi duo planetæ mutuo ſeſe afficiũt. Luna in octauo loco, hærens in Aquario, crura inficit. Sol ſimiliter in Piſcibus, ſigno morboſo, in Martis oppoſito cutim ſquamis commaculat, & exulcerat. Solent enim tria illa ſigna vitioſa, *Cancer, Scorpius*, ac *Piſces*, potiſſimum horoſcopum intuentes, vel culminantes, aut male ſiti, puſtulas cancroſas, cutis defœdationes, vitiligines (quas *leucas, alphos* ſeu *morpheas* vocant) *elephantiaſin*, ſeu *lepram Arabum* ac etiam *pſoram* & *lepram Græcorum*, *lichenes, impetigines, ſerpigines, maculas rubeas, prurigines*, aliaq; eius generis vitia in cute tum carne curatu contumacia progignere. Videtur præterea hoc malum (*quo filiola tua laborat*) non ſolum ex genitura ſeu cœleſti configuratione, vt ad longum idiomate Germanico ſcripſimus, verum etiam ſucceſſu quaſi hæreditario ortum ſumpſiſſe: vnde & difficilius hanc defœdationem cutis curatũ iri ſuſpicor. Mater enim eius, nobilis matrona, vxor tua chariſſima, cum adhuc puella eſſet, & nondum menſes erumpe-
rent (*vti mihi ipſi retulit*) eadem cutis defœdatione 393
laborauit ad annos aliquot, vt etiã medici quamplurimi, varie de hoc genere vitij & diſceptarent & ſentirent: ſed profluentibus menſibus hæc præter opinionem multorum, à fœdo iſto cutis colore liberata eſt. Faxit Deus, vt & filiola tua chariſſima eodem modo quoque liberetur, quemadmodum & nos ſpetamus futurum. Quod ſi neq; illo tempore quo menſes erumpent, vitium tollatur, iuxta Hippocratem diutius eidem adhærere poſſet, qui aphoriſmo 28. lib. 3. ita nobis ſcriptum reliquit: *Plurima autem paſſionum puerulis iudicantur nonnulla quidem in 40. diebus, nonnulla in ſeptem menſibus, nonnulla vero in annis ſeptem, quædam vero iam ad pubem accedentibus: quæ vero permanſerint, nec in pubertate finierint, puerulis autem fœminei ſexus, cum menſtrua erumpunt, conſeneſcere conſueuerunt.* Interim tamen curationẽ in hoc tempus minime diſtrahendam

censeo, ne serpendo in grauius malum procedat;
ita vt non corpus tantum, sed & faciem occupare
posset, nam & in capite etiam sese nunc exerit.
Quamobrem suaderem etiam, vt hoc tempore,
cum nunc in Vere simus exquisita optimaque re-
media adhibeantur. Consultius quoq; putarem,
vt id in Haga-Comitis domi vestræ fieret, quam
hic in Campo regio apud domicellas religiosas;
cum hæc passio intra tecta contineri debeat, nec
omnibus tutum sit euulgari: nam etsi illa dunta-
xat sit lepra Græcorũ, & nondum Arabum, tem-
poris tamen processu in eam transmutari posset,
quod Deus auertat, nec ego eo progressurũ ma-
lum puto. Sed quia hoc malum etiã ad lichenem
pertinet, cum totam faciem occupare possit, ocu-
losque contingere, & sic ferme extremæ fœditatis
causa futura; ideo diligentiori cura vtendum erit:
& cum in Vere simus, corpore toto euacuato, vti
394 hic in Campo Regio eam incepimus purgare per
decocta longa ex *fumoterra, sena myrobalanon, citri-
nis*, ita illam purgationem tandem in Haga-Co-
mitis perficere possumus: & demum ad topica
progrediemur, vt est *oleum de frumento*: prius tamẽ
vtentes balneo ex *hedera arborea, malua, fumoterra,
foliis lappa, salicum, vngula caballinæ, beta*, & similibus.
deinde saliua ieiuna propria, loca inungat. Sed &
hoc vnguento liniatur, quo & altera puella à no-
bis fuit curata, quæ pro elephantica habebatur:
℞ *lithargyr. aur. & arg. vtrim. macerat per noctem in aceto acerrimo ana* ℥ j. *sulphuris viui* ʒ ß. *ellebori nigri* ℈ j.
salis nitri ℈ ij. *succi limonum* ℥ j *butyri recentis axungia
porcina ana* ʒ ß *olei rosq. s.* cum modico ceræ fiat vn-
guentum. Sin vero hæc non iuuerint, reliquam
curationem cum ad Dominum veniemus, perfi-
ciemus, si Deo placuerit.

SCHOLIA.

Gal in definitionibus.

DE *lepra Arabum in præcedentibus satis dictum est.
At Græcorum lepra* (de qua nunc agimus) *est*
cutis mutatio in habitum, qui præter naturam sit,
cum asperitate & pruritibus, doloribusque, non-
nunquam & squamis decidentibus, interim plu-
res hæc etiam corporis partes depascitur. *Lepra &*
scabies, inquit Paulus, *sunt affines affectus: vterq; enim
cutis asperitudo est pruriens, in qua corpus absumitur col-
liquaturque. Insuper ab eodem fiunt humore, hoc est, me-
lancholico, seu atrabilari*: Differunt *figura, quoniam le-
pra altam cutem orbiculatim depascitur, & piscium modo
squamulas ex se remittit: scabies vero summa infestat po-
tius, variè figurato, furfuraceaq; edit. At de lepra, psora seu
scabie latius diximus Scholio* obser. 10 lib 2. de tumo-
ribus præter naturam, *de impetigine, ex mente ipsius
Fernelii, tum aliorum. Verum de scabie* libro sequenti
*quoque dicemus, cum eius multo existant differentia. Ce-
terum quod ad præsens negotium attinet; horum affectuum
curam inquit Leonus ex mente eiusdem Pauli*, lib suo de
tumoribus præter naturã, *à vena sectione* (dummo-
do vires & ætas consentiant) *aggredimur. Itaque si
fuerit lepra aut scabies à sanguine vel à bile per adustionẽ,
395 quod ex colore rubeo vel citrino deprehendes* (prius leni
ta aluo) *in adultis sanguinem vsque ad* ℥ v i i. *quando-
que plus, quandoque minus* (prout opus fuerit) *ex ba-*

Paulus lib. 6. cap 2.

Curatio lepra Græcorum & psora.

*silica dextri lateris detrahes. Quod si melancholicus succus
adustus peccauerit* (ex colore enim illud atriore co-
gnoscitur) *sanguinis vacuatio per hæmorrhoidas moli-
enda, si æger has pati assueuerit; si minus, aperiemus ve-
nam in sinistra manu, quæ saluatella dicitur. At quo-
niam pituita salsa quandoque scabiei causa est, & præci-
pue in senibus, tunc nulla, vel satis parua phlebotomia fiat;
purgatio vero fiat iis, quæ atram bilem ducunt, tam in le-
pra Græcorum, quam psora, est exhibenda. Prius igitur se-
quentibus syrupis materia digeratur.* ℞ syr. de fumo-
terræ, de lupulis, de endiuia, de pomis ana ℥ ß (vel
de epithymo) decocti scabiosæ, fumiterræ, cico-
rεæ ana ℥ j *misce & per septem vel plures vices hac quã-
titatem exhibe. Deinde exhibe minorotiuum ex* cassia,
pauca adiecta quantitate confectionis hamech,
in bolo, vel sero iactis. *Interea vero non ab re fuerit, si
patiens singulo mane per quatuor horas ante cibum, huius-
modi balneo in thalamo calidiori, ad prouocandam sca-
biem ad cutẽ, vtatur:* ℞ folior maluæ cum rad. viol.
cum rad. hordei ana m. j. bulliant in s. q. aquæ, *vsq;
ad consumptionem tertia partis: deinde colentur, & ola-
tura diluat se patiens in omnibus membris affectis. Appa-
rentibus deinde signis concoctionis* (*vel exhibito prius leni-
tiuo, postea syrupis*) *materia purgabitur his vel similibus:*
℞. aloes eparicæ ʒ ij. corticis myrobalan. flauar.
ʒ ij ß. follicul. senæ, agarici optimi, epithymi ana
℈ j. fumariæ ℈ ij. tragacanthi, rosʃ. purpur. ana ʒ ß.
cum aqua fumiterræ *fiant pilula: de quibus detur* ʒ j.
plus minusve pro ætatis ac virium ratione. *Vel sic:*
℞. pil. de fumoterræ ℈ ij aureat. Nicolai, fœtid.
ana ℈ ß. & fiant pilulæ v. *In pituita salsa* ℞. diaca-
thol. ʒ v. confect. hamech ʒ iij diaturbith maior.
℈ ij. *misce. & cum zacchara fiat bolus: vel potus cum* de-
coct. commun. flor. & fruct. q. s. *cum qua bulliant fo-
lior.* senæ, polypod. querc *summitat.* fumiterræ ana
ʒ ij. *propina duabus horis ante lucem. Corpore vacuato,
vtatur balneo aereo aut aquæ dulcis, in qua rad.* oxylapa-
thi, fumaria, scabios. beta, oxalis, malua, fœnu-
græc. *& similia decocta sint. Repone in sacculos* farinæ
lentium, fabarum, hordei, *&* furfures, *& cum iis* 396
*absterge totũ corpus. A balneo æger in lecto si agilis oper-
tus sudet. Extrinsecus autem pro linimento vtere commu-
niter vtroq; veratro, calcem q; habe elotã & siccam; in ipso
vsu aqua diluens, ad hordium spissitudinem: Valent* fron-
des oleæ, coctæ cum aqua & aceto: *item* aqua sul-
phurea vel marina, cum frondibus oleарũ. *Vel* ℞.
saluiæ, oleæ lacrymæ ana ℥ iiij. corticis rad. capp.
gummi ana ʒ v i i. *contunde, & inunge ex aceto. Aliud:*
℞. hastulæ regiæ radicis succi ℥ iij. sulphuris ignẽ
non experti, mannæ thuris ana ʒ v. nitri ʒ iij.
*aceto subacta illinuntur. Ad scabiem quoque peculiari-
ter facit ex simplicibus* staphisagria, lupini amari, car-
damomum cum aceto: lilii radix cum melle, resi-
na terebinthina, sulphur, cicer caprillum stercus.
Inter composita, misyi *&* chalcitis *pars modo ex vino,
humidiores scabiei deliniũtur. Vel* ℞ diachilonis, ceræ
ana ℥ j. picis liquidæ ℥ iiij. rosacei ℥ ß. argenti spu-
mæ, cerusæ ana ℥ j. ß stercoris argenti, Sirici id est,
sandicis ana ℥ j. *aceti quantum sicciu lin gandu sufficit.
Ad scabiem puerorum, e quibus nulla adhuc præcessit eua-
cuatio, præter ætatem non consentientem, optimum valet
sequens vnguentum:* ℞. olei rosʃ. ℥ iiij. salis cõmunis,
butyri

Gal. de symptomatum causis 2. cap. 6.

Digestio.

Balneum.

Pilula.

Bolus.

Potus.

Balneum.

Paulus 4. cap. 4.

butyri recentis loti ℥ j. *misce: & in mortario contunde donec fiat vnguentum molle. Aliud:* ℞. terebinthinæ lotæ aqua rof. ℥ iiij. fucci limonis ℥ j. ß. butyri recentis ℥ j. vitelli oui num. j. falis communis ʒ ij. *misce: & omnia diu in mortario agitentur, donec fiat vnguentum. Scientum tamen est, quod in huiusmodi affectibus scabiosis & leprosis (corpore prius purgato) ipsa* aquæ thermales *Pisarum in Hetruria miri sunt effectus*, (vt & annotauit Leonus) *si in iis patiens balneetur. Sed & ego etiam omnes* fulphureas thermas *conferre puto; & apud me commendatur illud vnguentum ipsius Montani descriptum* confultatione C X X I I. *valens ad lepram Græcorum & scabiem ortã ex vitio virtutis assimulatiua: quod sic fit:* ℞. rad. lapathij ℥ iij. rad. ellebori nigri & albi ana ℥ ij. hordei fracti p. iij. *bulliant omnia in s. q.* aquæ rof. *ad consumptionem duarum partium: deinde facta diligẽti expressione, & colatura* ℞. falis nitri ℥ iiij. olei rofacei, butyri recentis ana ℥ ij. *bulliant simul ad consumptionem aqua. Deinde* ℞. fucci limonum ʒ iij. terebinthinæ ℥ ij. *misce omnia simul: & cum refrigerari

Cautio.

Vnguentum Montani, ad lepram Græcorum, & psoram.

397 *incipit ad illa* vitellos ouorum num. iij. *& vsui reserua: inungatur scabies prius scalpta. Amatus* Centuria 2. curat. 35. *de psora & lepra Græcorum, ita inquit:* Iohannes ab Antiquis, nobilis Anconitanus, & Venetorũ conful digniffimus, quum quinquagefimum ætatis fuæ annum attingeret, totus pfora & lepra fcatebat: pro quibus deponẽdis affectibus, quum varia, fed fruftra, experiretur remedia, noftro confilio decoctũ radicis cynaræ ebibit; à quo liber ab ea corporis fœdatione euafit, nec amplius in eandem recidit. *Idem inquit Centur. 2. curat.* 98. ad fcabiem & lepram tanquam expertus cõfirmo, & plurimum approbo illud medicamentum ꝙ habet radicis enulæ campanæ viridis lib. ß. pingued. porc. ℥ ß. in mortario marmoreo piftentur, & ad lentum ignem parum ebulliant, & fiat vng. quo æger puftulas inungat. Eft enim mirandæ virtutis hoc vnguentũ, vt incantamento eius opus fimile videatur: cuius vires (*inquit*) fi expertus fueris, nobis confenties. *Aliud, & est ipsius Rondeletii, valens ad psoram, lichenes & huiusmodi vitia, quod & ad lepram Græcorum, quam Fernelius inter species impetiginis seu lichenis ponit, vale reputo:* ℞. olei de iunipero ℥ ij. olei nucum ℥ j. tartari vini albi ℥ j. vitrioli, falis communis fulphuris ana ℥ iij. terebinthinæ lotæ in fucco limonum ʒ ij. lithargyri ℥ j. ß. ceræ parũ; *fiat vng. Si morbus fuerit contumax, adde* argenti viui ʒ ij. fublimati ʒ ij. *& erit efficacius. Applicetur post purgationem & balnei vsum, & mollescant crusta, & citius penetret. Vel* ℞. olei de iunipero ʒ iij. olei lucernarum & nucum ana ʒ ij. tartari vini albi nouiff. pul. ʒ j. ß. vitrioli, falis cõmunis ana ʒ iiij. litharg. auri ʒ iiij. *incorpora simul. quibus adde succi* plantaginis & limonum ana ℥ iij. aceti fquillitici ʒ j. *incorpora simul, & fiat nutritum. Cæterum de scabie* libro fequenti, *cum de tumoribus ex humoribus permistis, vel maculis cutis agemus, latius dicturi sumus. Nunc in ordine ad tumores melancholicos etiam sequebantur & varix & polypus. Sed cum de varicibus diximus* lib. 29. Obf. & Curat. medicinalium noftratum, obferuatione 22. *de polypo autem (cuius causa materiales sunt humores crassi & viscidi à capite deriuati, per adustionem, ad melancholiam tendentes, estq; ipse humor melancholicus adustus)* lib. 13. Obfer. & Cura. medicinalium noftrarum, 298
Obfer. 7 & 8. *in quorum scholiis quo pæ hoc ita explicauimus, vt non opus sit hic retractare: ideo beneuolus lector loca iam citata percurrere potest. Restat igitur vt de verrucis agamus, qua etiam pertinent ad tumores præter naturam melancholicos.*

Historia Amati de lepra Græcorum & psora.

Vng. expertum eiusdem, ad lepram & scabiem.

Vnguentum Rondeletii ad psoram, lichenes. & lepram Græcorum.

OBSERVATIO X.

De Verrucis.

MVLTA referuntur experimenta ad verrucas. Sic meus pater chariffimus Iordanus Foreftus, dum iuuenis Louanij literis incumberet, & manus verrucis repletas haberet, eidem cõfultũ fuit à Iohanne Spiringio medico illius temporis præclariffimo, vt omni die *sale* & *aceto* verrucas confricaret; quo remedio fanatus fuit, vt mihi puero aliquando retulit. At multa referuntur à mulierculis & aniculis experta, fed valde fuperftitiofa, & veræ fidei Chriftianæ aduerfiffima, dum preculas nefcio quas tacite fubmurmurantes, manus fuas lauant quotidie *rore maiali*, vel fingulis dominicis diebus *aqua aspergimali exorcistica*, cui fal infpergi folet, quod forte verrucas confumit. Vel ipfas verrucas confricant *pannis lineis madefactis & die Dominico solis ad exiccationem expositis*, preculas Germanicas nefcio, quas fuperimmurmurant, tanquam pœnitentia ductæ, quod die Dominico pannos lineos exiccandos Soli expofuerint. Non defunt quæ *caluaria* alicuius demortui cum magna fuperftitione verrucas infricant. Sed omnia hæc veræ religioni, *vt dixi*, contraria, piis potius deteftanda, quam admittenda funt: ideo naturalia remedia magis amplexabimur: quale illud eft Amati *Cent. 6. curat.* 54. ignitis farmentis dextre adhibitis, quibus ille abfq; vllo dolore intra octo dies puerum fanauit. Quemadmodum & alij fanati referuntur *liquore stercoris bouilli supernatante, aut sudore equino* verrucas infricantes, vel ipfis inunctis fæpius liquore *limacum sale resolutarum*, aut 399
sanguine columbino; quo fertur quædam pulchra puella nuper curata. quibus addes & alia remedia *in Scholio subsequenti* annotata, quibus & veteres vti folebant. Sed, ꝙ omittendum non eft, noftra ætate quidam *succo calendulæ solo inuncto*, fanati funt.

SCHOLIA.

VERRVCA *proprie significat* editiorem acuminatam magifq; faftigiatam montis partem: *à cuius similitudine appellarunt antiqui Verrucas* tumores quofdã, fiue eminentias, *in* fumma hominũ cute apparẽtes; *qua vulgo apud Italos* Porrioni *dicuntur, eo quod quandoq; fila quædam, siue capillamenta porrorum radicibus nõ dissimilia continent: nostratibus lingua vulgari dicuntur* Wratten. *Sunt, vt inquit Galenus*, germina vitiofæ multitudinis ad exteriora & cutem repentis. *Verrucarum species sunt* acrochordon, myrmecia, thymũ, clauus: *quorum minores à crassis atrobilaribusque humoribus fiunt, & parum inter se origine variant. de omnibus tamen separatim scribere superuacaneum non fuerit. Est igitur Acrochordon* verruca penfilis, orbiculatis, anguftam bafim obtinens; *sic dicta*,

Verruca quid.

Verrucarum species.

Causa.

Acrochordon.

Celsus.

quod chordæ nexu suspensa pendere videatur: *fabæ magnitudinem raro excedit. vix vna tantum eodem tempore nascitur, sed sæpe plures. maximeque in pueris. Verruca pensilis* (inquit & Fernelius) *quæ acrochordon Græcis appellatur, parte quidem summa latior, ima vero quæ ad cutem est, tenuior, quæ quasi pediculo innititur, ex qua sæpe dura est & aspera, cuti concolor. Barbari vero* (vt Gordonius) excrescentiam esse volūt ad modum capitis vberum, mollem, pendentem, ortam ex materia phlegmatica. *Sed & hic idem verrucã distinguit hoc modo à porro.* Verruca, *inquit*, est caro dura & spissa, per totum corpus nata, maxime in pedibus & manibus, oriens à materia phlegmatica & melancholica. *Idem sunt porri, nisi quod porri sunt verruca minutim fixa ad modum porrorū. habentium multas barbas; & hoc est propter maius dominium melancholia sicca & terrea. Idem &* lupias, *quæ generantur in palpebris & aliis partibus corporis, ex materia phlegmatica, inter verrucas adnumerat*, patt. 1 de apost. frig. cap de verrucis, porris, acrochordonibus & lupiis. *Nos autem lupias antea ad glandulas retulimus. Valescus vero* tract. de chirurg. cap. 22. de verrucis, Verruca, *inquit*, sunt duræ excrescentiæ in manibus & pedibus, & aliquando in aliis corporis partibus. *harum causas vult esse* humores phlegmaticos grossos *vel* melancholicos, quib. phlegma admiscetur. *Phlegma namque quamuis sic naturaliter humidum, tamen per admixtionem melancholia conuertitur ad naturam siccitatis. Et similiter potest fieri ex sanguine conculcato & ingrossato, præterquam quod putrescit in aliquo loco, nec in venis paruis, & à natura exterius isti humores mittuntur, & in verrucas conuertuntur. Qui vero Græcos sequuntur*, vt paulo ante dictum est, *à crassis atrabilaribus humoribus fieri volunt. Sed ex his, inquit idem Valescus loco* citato, *quædam vocantur* Porri, *quia habent quasdam radices ad extra, ad similitudinem porrorum; & in istis arguitur maior siccitas materia.* Aliquando *fiunt ad similitudinem cornu: quia induratur & crescit in altū: & aliquando vocantur* Claui, *quia habent caput ad modum clauorum affixorum, quorum capita exterius manent. At Græci verrucas, vt diximus, in* acrochordoné, myrmeciam, thymion *&* clauum *distinxere. de Acrochordone iam dictum est. At* Myrmecia *sunt verruca humiliores, durioresque, quæ radices altius exigunt. maiorem dolorem mouent, infra lata, supra autem tenuis, nigrantis coloris, ad contactum dolorem exhibentes eiusmodi, qualis à morsu formica animalis contingit, vnde etiam nomen habent. Ita & Fernelius*: Verruca enim sessilis, quæ Græcis est myrmecia, humilior est thymio, lupino vix vnquam maior, dura, stabilis, latiore basi, radices alte exigens: dolorem ciet. *Thymion vero est verruca super corpus eminens ad cutem, vt acrochordon, tenuis, supra latior, subdura. & in summo peraspera; idque summum colorem floris thymi repræsentat, à quo denominatur. habet fere magnitudinem fabæ Ægyptiæ; raro maior est; interdum perexiguum: modo vnum, modo autem plura nascuntur, vel in talis, vel palmis, vel in pedum plantis: pessima sunt in obscœnis partibus, maxime vbi sanguinem fundunt. De his autem, nempe* thymis, formicis, moris, ficubus & verrucis *ac* clauis *virgæ & carni addita, latius egimus* lib. 28. Obs. nostrarum

Quomodo verruca à porris differant.

400

Causa ex neotericis & barbaris.

Porri.

Clavi.

Myrmecia.

Myrmecia.

Sessilis verruca.

Thymion.

401 medicinaliū, obs. 54. *& potissimum* in Scholiis eiusdem obs. *De pudendorum thymis & verrucis ac sedis egimus* 23. lib. schol. obs. 9. *Sed & de his nonnihil dicemus* obs. sequenti. *Sed & Fernelius*: Altera thymion dicta, & colore thymi florem repræsentās, ad cutem etiam tenuis est, in summo lata & dura, & aspera, pensili minor. *At de clauo postea ita suum caput proprium addemus. Cæterum, quod ad præsagia attinet, sciré oportet quod verrucarum genera licet exigua sint mole, tamen fœda sint, ac plerumque molesta; ideoque in morbis haberi debent. Est enim verruca morbus officialis, in numero additio*, secundum Gal. 1. de morb. cap. 9. *& verrucæ raro solitaria* (quod & Fernelius de thymio intelligit) *sæpius complures proueniunt, maxime in palmis pedibusque puerorum. Plerumque ex inopinato comparent, atque etiam nonnunquam subito disparent. Ex his acrochordon & thymion sæpe etiam per se* (vt retulit Celsus, *& hoc ipsum confirmatur à Tagautio* cap. proprio de verrucarum iudicio & curatione) *finiuntur: & quo minora sunt, eo magis. Myrmecia & Claui sine curatione vix vnquam desinunt.* Acrochordon *si excisa est, nullam radiculam relinquit, ideoque ne renascitur quidem.* Thymio *clauoque excisis subter rotunda radicula nascitur, quæ penitus descendit ad carnem, eaque relicta idem rursus exit.* Myrmeciæ *latissimis radicibus inhærent: ideoque nec excidi quidem sine vlceratione magna possunt; & sine curatione vix vnquam desinunt; & difficilius curantur quam acrochordones. De curatione nunc agamus, hoc prius interposito exemplo.*

Præsagia.

Celsus.

OBSERVATIO XI.

Per modum consultationis, de verrucis in virga & aliis locis, ad Petrum Chirurgum Brielensem.

PETIISTI à me, Petre, amice candidissime, quibus modis *verrucas in virga* aut *veretro* tollere posses, cum apud te in Brielis agerem. Rogabam eo tempore, *num ille, de quo post illabas auxi tum seu consilium, morbo Gallico laboraret*: respondebas ea lue hominem minime affectum esse, quamnis raro (*hoc præsertim tempore*) absque lue gallica in iis 402 locis verrucæ oboriri soleant. Quicquid sit, ad myrmecias & acrochordonas verrucas tollendas, sæpe feliciter vsus sum *succo ithymali* vel *l macis sale absumptis*. Valet etiam *simus*, & *ranunculi folia apposita*, præter multa vulgaria experimenta; sicuti & *cinis palmitum cum aceto* cataplasmatis modo illitus: nam & hoc thymos compescit, nec augescere sinit, *vt Paulus lib. 6 cap 58. & Aetius lib. 14. cap. 4. docuerunt.* Sed in ano ac locis secretis potissimum vtimur medicamentis valde consumentibus & exiccantibus, *vt pastilli Areta Andromachi*, & similibus, quæ & ad rimas & condylomata valere inscribuntur: qualis est hic, qui in maximis doloribus cito liberat: ℞ *stibii, id est, antimonii, acaciæ plumbi vsti & loti ana* ℥ j. ß *spodii, pompholyg lota, fruct. m erica, aluminis scissilis, thuris, atramenti sutorii myrrha ana* ʒ v. *opii* ʒ iij. *cum vino omnia terito*, & in pastillos redige, quos vsus tempore passo diluito. Ad acrochordonas & myrmecias inueteratas hoc mirabiliter prodest: ℞. *sulphuris viui, sandaracha, atramenti sutorii, chalcitis ana par. æqual.* Terantur cum aceto, & formentur pastilli: quos cum opus fuerit, cum aceto molles factos ap-

ctos applicabis. Verum myrmecias prius circumscalpere oportet, & iis pharmacum illinire. Ad communes vero verrucas *raphanum* excauato, sale impleto, operculo occluso in catino per noctē seruatum, salem in liquorem versum reperies, eo verrucas confricato, quę in manibus sunt; & panno in liquore eodem tincto superligato, postea decident. est hoc secretum Alexij Pedemontani. Sed & hoc Rondeletij probatur: ℞ *salis ammoniaci, vitrioli Romani, viridis aeris ana* ℥ ij. *alum. rub.* ℥ j. *calcis viuæ* ℥ ß. distilletur in alembico vitreo. reiiciatur primus liquor, secundus efficacior erit; & reseruetur vsui. confert ad verrucas & alia tubercu-
403 la. Hoc quoque ad verrucas in facie commendatur: ℞ *rad. asari*, tempera in aqua rosacea biduum, pista & illine. Ad Verrucas etiam valet *radix chelidonia cum axungia trita & admota*; eas enim absumit & tollit. sic & *sanguis lacertæ* destillatus eas exiccat. *Agrimonia* quoque *cum forti aceto emplastrata* verrucas tollere dicitur. Cæterum de verrucis in virga, de quibus auxilium petiisti, vereor quod sapiant luem Gallicam, & quod ob hoc difficilius curari poterunt, si trochisci ad rem non faciant supradicti. Ego hoc modo curo omnes verrucas in virga, vel in aliis locis secretis, ex lue quoque Gallica, post vniuersales purgationes: dissoluo *parum sublimati in aqua plantaginis, cum exiguo aluminis*; & pluma verrucas illino: quibus exiccantur, & cum crusta decidūt. Chirurgi in Nosocomio Delphēsi in Gallica lue verrucas in omni corpore tollunt, inungentes *vng. morbi Gallici*: quo si non desinant, etiam vtuntur *sublimato alumine cum aqua plantag.* (quo remedio & nos vti consueuimus antequam illi eo vterentur,) donec decidant & perfecte curētur. Isbrandus chirurgus Nosocomij Delphensis hac aqua egregia subsequenti vtitur, ad condylomata, verrucas, & thymos ani, virgæ & membrorum muliebrium consumenda & auferenda in lue Gallica: quæ aqua simul mundificat pustulas faciei & totius corporis: ℞. *aquæ plantaginis lib.* ß *sublimati* ℈ iiij. *aluminis* ʒ ß. puluerizentur. in qua penna aut pluma intincta vel pecia lini, pustulæ faciei infectæ vel verrucæ tāgentur. Quod si thymi inueterati in ano vel muliebribus racematim ex morbo Gallico pendeant, tunc *sublimatum in substantia in aqua calcis viuæ*, vt antea in *aqua plantaginis*, misceatur, & ea vtere. Proiicitur autem *calx viua in aqua*, sæpiusque lauatur, & facta residentia aqua vsui reseruetur, in qua addendum sublimatum; estque miræ efficaciæ. At alij vtuntur *oleo ar-*
404 *senici*; quemadmodum nuper Theodoricus chirurgus nosocomij Delphensis, *oleo arsenici* vsus est in thymo portentosæ magnitudinis, racematim propendente, ita vt in duorum pugnorum molem excresceret, ex lue Gallica, in cuiusdam mulieris pudendo, vt viam vrinariam præcluderet, ita vt ægra neutiquam reddere lotium posset. sed id quidem sustulit thymion, verū mulierem quasi membra deinde habēs insensibilia reliquit. Quare *oleum* istud *arsenici* nimis violentum remedium est, praua post se relinquens symptomata; & non nisi in valde extremis & deploratis eo vtendum censeo. Quidam vtuntur *oleo vitrioli*, vel *aqua vitriolata*, quemadmodum Nicolaus Massa *in libello suo de morbo Neapolitano* eius compositiones describit *lib. 6. cap. 4. de modo resoluendi, & maturandi apostemata dura siue grumos*, hoc modo: ℞ *vitrioli Romani siue Cyprini* ℥ x x x. *salis nitri, aluminis rochæ ana* ℥ iiij. misce. & puluerizentur omnia, & calcinentur ad ignem, secundum artem. postea pone hoc calcinatum in bocia curua lutata, ad ignem fornacis alchymistatum, & per ignem istum habebis in recipiente oleum, quod est cauterium mirabile, & sine pari in quacunque operatione, & maxime in scrophulis & verrucis magnis eleuandis: sed recipiens sit magnum, si vis facere dictum oleum. Idem Nic. Massa *cap. 5.* de cura omnium vlcerum morbi Neapolitani describit modum faciendi aquam separationis auri ab argento, qua vtitur in verrucis, hoc modo: ℞ *vitrioli Romani lib.* ij. *aluminis rochæ* ℥ v i. *salis nitri lib* j pone in cucurbitam curuam lutatam: vel, si vis, pone in tectam cum capello suo & recipiente, ad ignem fornacis, *vt faciunt Alchymistæ*, & habebis aquam, cum qua separatur aurum ab argento, & cum qua fit *puluis angelicus*: quæ aqua est mirabilis ad remouendas verrucas in quacumque parte, & maxime in ano
& vulua. Cauterizat etiam ista aqua vlcera mali- 405 *Aqua argentariorum.*
gna, ambulatiua, vbicumque etiam fuerint, vt in gutture; & prohibet progressum aut deambulationem vlcerum, vbicunque sunt, vtputa virgæ, & vuluæ. Sed cum est nimis acuta, oportet lymphare ipsam cum *aqua rosacea*. Et ego (inquit idem Massa) sæpe sanaui *vlcera mala gutturis* tangendo bis in die cum aqua dicta, cum medietate *aquæ ros.* admixta: & est de secretis nostris. Et quamuis Iohannes de Vigo vir doctissimus, eundem puluerem doceat componere sub nomine *pulueris rubei*, nihil ei debeo in hoc, quoniam antequam ipsum scriberet, ego illum componebā, & habui à quodam viro Alchymista sene, qui erat mirabilis experimentator; & multa alia ipse docuit me; *cuius anima requiescat in pace. quoniam mortuus est.* Talibus vtebatur Nicolaus Massa: sed talem compositionem facere si pro hoc tempore tibi molestum foret, poteris igitur vti *sublimato cum aqua plantaginis soluto, & modico alumine admixto*, vti paulo ante posuimus, quo nos felicissime semper vsi sumus, & nostri chirurgi similiter in Nosocomio Delphensi, in quo à lue Gallica curantur ægri. Quæ quidem omnia iam supradicta amicum minime celare volui. Quare hisce valeto; nostroque labore fruere. Raptim Delphis 2. Nouembris, anno 1565.

Petrus Forestus, medicus apud Delphenses.

SCHOLIA.

De *pudendorum thymis ac verrucis satis superq; diximus* lib. 23. Curationū medicinalium nostrarum: Scholio obs. 9. *Sed quod ad præsens negotium attinet, pauca hic dicamus etiam de verrucarum curatione, in quacumque corporis parte contingant, etiam extra luem Gallicam. Curatio itaque verrucarum, potissimum*
iuxta neotericos & barbaros, vt Valescum & Gordo- *Curatio verrucarum.*

406 nium, constat victus ratione. Vt caueant à regimine melancholiam generante, aut phlegma crassum vel sanguinem crassum procreante: deinde purgetur melancholia vel phlegma cum agarico & turbith & fumoterræ, & epithymo, myrobal nigris, lapide lazuli; & si videatur quod adsit repletio adhibeatur phlebotomia. & ista iterentur & continuentur: nam malum regimen (inquit Valescus cap. proprio) & omissio purgationum producunt scrophulas & verrucas. Localia autem remedia, eodem authore, primo experientia constant; quod dum essem ætatis (inquit idem Valescus) quindecim annorum, & plurimas haberem verrucas in manibus, ab eisdem cum frequenti appositione lactis tithymali perfecte sanatus fui. Secundo ligari possunt versus radicem pilo equino, vel bouino, aut serico; & continuis diebus stringantur donec tota cadant; & incipiatur à maioribus,

Auicenna.

quia forte per se aliæ destruentur, vt ait Auicenna, quia ista magna ratione similitudinis attrahunt ad se multum illius materiæ, ex qua multa filiæ generantur: & sic de directo accidit in scrophulis. Tertio: nouacula superficialiter scindantur, & radantur usque ad sanguinis exitum: & tunc apponatur lac ficus, vel lac tithymali. Quarto: auripigmentum puluerizatum incorporetur cum lacte tithymali, vel ficus, & super verrucam ponatur abrasam sicut iam dictum fuit & hoc fit in capsula aut cupula glandis, vel lupini, vel cerasi, vel pruni; & sic emplastrum non nocebit reliquo corpori. Vel hoc Gordonii remedium apponatur: ℞. viridis æris, auripigmẽti, pulpæ colocynthid. salis ammoniaci ana ℥j. & pistentur cum lacte tithymali & cera; & in capsulis supra porros & verrucas abrasas ponatur. Vel radantur fortiter, & mittatur inde multus sanguis; deinde aspergatur lac ficus, aut lac tithymali, aut puluis lithargyri, aut auripigmentum temperatum cum forti aceto. Henricus tutam, herbam Robertianam, millefolium trita alligat, & intra tres quatuor ve dies curantur, prius mollificatæ & abrasæ usque ad viuam carnem. Vel ℞. limacum rubiarum quantitatem quam velis; & ponantur in vase plumbeo aspersis sale, & sic maneant per iiij. dies: abiectis limacibus ter quaterve in die cum liquore earum in vasculo permanente liniantur verrucæ; idque continuando per septem vel octo dies; & absque dolore cum radice cadent: & illud remedium est Gilberti Anglicani, cap. proprio. Alii faciunt ruptorium ex calce viua, & sapone

407 molli, & in capsulis aut cupulis superponũt. Quidam post rasionem suffumigant, & emolliunt radices, donec sanguis incipiat exire: & tunc apponunt puluerem asphodelorum, vel puluerẽ arsenici, cum capsula, ne membrum vicinum corrumpatur. Cæterum, iuxta eos qui Græcos sequuntur; Acrochordon si fortiter filo stringatur per se cadit, si diutius in ea strictura maneat: facile quoque per volsellam eradicatur: & ne regerminet, locum calido ferro inurere oportet vel causticis medicamento. Vidi (inquit Dominicus Leonus cap proprio) Bononiæ mulierẽ quãdam acrochordona unicam habentem, contrectato loco affecto, quoad multum incalesceret, & rubesceret, deinde cum succo solani ipsum locum reiteratis vicibus illinendo, facillime verrucam eradicasse. Paulus Aegineta lib. 4. cap. 15. plerumque enumerat, quæ verrucas eiusmodi, præsertim pensiles & fissiles, tollant exterantque. Cuius generis sunt elaterium (quod succus est fructus cucumeris agrestis) cum sale infricatum, tharis cortex cum

Cura acrochordonos.

aceto, grossi, idest, primitiua ficus, quæ velut præcoces non maturescunt, cum aceto, farina & nitro. Idem quoque illi præstat succus seu liquor fici arboris illitus, tithymali, smaridis piscis caput falsum con crematũ, ærugo cum sulphure viuo, hoc est ignem nõ experto combusta, ocymi folia cum atramento sutorio, quod Græci chalcanthum vocant, sarmentorum adhuc viridium vstorũ, quod destillat, fimus ouillus cum aceto, hircinũ sel illitum; heliotropij magni fructus, per se illitus, vel cum vino applicatus; ruta cum nitro & pipere; nitrum cum vrina pueri impubis, & nondum Venerem experti: stercus bouis gregarij, seu armentarij, adhibitum in aceto. Cæterum hæc quæ ad myrmecias & acrochordonas exterendas commemorata sunt, fere omnia & ad clauos & thymia etiam magnopere conducunt. Tradunt etiam lacertæ caput myrmecias, acrochordonas & clauos tollere. Sunt qui decoquunt capita salsorum piscium in aqua illa, quæ destillat ex sarmentis viridibus, dum comburuntur; idq; præstantissimum ad prædicta vitia remedium esse prædicant. Alii ad eadem exterenda linimentum conficiunt ex ærugine (quæ recentioribus viride æris & flos æris dicitur) sulphure, & aqua seu instillatione illa sarmentorum. Atque hic variis est curandi modus quo vti solent ad verrucas è medio tollẽdas, per medicamenta scilicet erodentia, adurentiaq; Id autem unum summa cura obseruandum est in eiusmodi medicamentis administrandis, quod Celsus monet lib. 5. nempe quod ea quæ circa sunt, fil. contegi debent, ne ipsa quoque exulcerentur. Alii ob eandem causam circumiacentes partes illinunt vnguento ex bolo armeno, terra sigillata, aqua rosacea & aceto. Porro acrochordonas, myrmecia & thymia non solum præscriptis hisce adurentibus medicamentis abolemus; sed & ignis flamma vel candente ferro, illis rite admota. Ea quoq; nonnunquã excidimus. Interdum vero ligatura forte illis coaptata (vt fit in vero ficu) vel primoribus dentibus, vt quidam Romæ Galeni tempore facere solebat, euellimus ac radicitus extirpamus. cuius hæc est historia lib 14. method med cap. 17 Plurima, inquit, inueniuntur hodieque, quæ apud maiores nostros non fuere inuenta: velut nũc Romæ quidam excogitauit quemadmodum acrochordonas & myrmecias ore sanet. Verum de prioribus, vtpote à cute extantibus, minus est mirum; de myrmeciis vero, potissimum quæ cum summa cute prorsus sunt æquales, mirum videbatur. Veruntamen has quoque certa primum labiorum applicatione, concussas ad se traxit, atq; à radice euulsit: deinde primoribus apprehensas dentibus, totas simul exemit. Cæterum si ignem aut candens aliquod ferrum uerrucæ admoueris, lamina quadam ferrea pertusa, vel simile quidpiam, ita verrucæ adurendæ coaptari debet, vt foramen eam exacte comprehendat, adeo vt nihil circumpositæ cutis appareat. Facta vero adustione, crusta butyro vel aliquo alio vnctuoso illito resoluenda est. Deinde vlcus similiter reliquis vlceribus curandum erit. Quo pacto autem myrmecia quæ à cute non extant curentur, illa curatione excogitata per Romanum, ex Galeno lib. 14. Methodi medendi, diximus. Acrochordonas vero à cute extantes facto statim morsu comprehendebat, & ita protinus educebat. Sed & Myrmeciarum geminam aliam curandi rationem mox subiungit Galenus, inquiens: Sed & scalpro ad myrtacei

Verrucarum per medicamenta curatio, ex Paulo.

Ad myrmecias & acrochordonas.

Aqua ex sarmentis destillans.

Stercus bubulum.

Ad clauos & thymia.

Lacerta caput.

Ærugo quid. 408

Cautio.

Hoc Halyabb. & Guido probant.

Alia curandi rationes.

Historia Galeni.

Myrmecia curatio mira ex Galeno.

Quomodo verruca tuto vri possint.

Alia curatio myrmeciarum.

folij

folij speciem formato, & ferramento eo, quod scolopomachætion Græci vocant, quispiam manibus exercitatus, facile eas excidat, eum propriis lineamentis à circumposita cute circumscriptæ discernantur. Æque vero & valente aliqua penna, circulo myrmeciæ imposita, ipsam educimus. Debebit autem pennæ fistula esse myrmeciæ crassitudini par, vt eam vndiq; prorsus constringat. Quæ postea circumacta, ac simul deorsum impulsa, celerrime ita myrmeciam etiam cum ipsa radice totam educet. Constat vero & quod finis ipse pennæ, quæ eam circulo secabit, nō tenuis modo, sed etiam acutus & firmus esse debebit. Itaq; cū galli veteris pinna, tum vel magis aquilæ, ad hūc vsum est accommoda. Abscindere vero ab his tantum radicem versus oportet, quatenus reliqua partis fistula complecti myrmeciam possit. Sane ex ipsa statim abscissione, si modo scite fiat, etiam acumē ipsi comparabis. *Hac Galenus hactenus: quæ etiam à Tagantio citantur. Vlcus vero quod relinquitur sic annisa verruca, similiter reliquis vlceribus impleri debet, & ad cicatricem perduci.* Alij vero (vt & Leonus annotauit) *æreæ aut ferreæ fistula idem faciunt. Recentioribus satis est*, scarificatam volsella; apprehensam, scalpro, clauorum modo, exscindere. Lac caprifici *myrmecias eiicit superimpositum: pariter grossi crudi, & succus tithymali linitus non modo myrmecias, verū & acrochordonas tollit. Idem faciunt* caulis & folia batrachij *siue ranunculi, vt testatur Gal. n.* 8. & 6. de simpl. med. facult. *At thymos compescit nec sinit rursus augescere*, cinis palmitum (vt diximus) cum aceto *cataplasmatis modo illitus: item* corticis salicis combusti cinis. *Distinguere autem oportet thymos mansuetos, à malignis: nam mansuetos curamus per medicamenta, quæ consumere ac contrahere possunt: malignis autem, eadem quæ cancrosis vlceribus resistunt, præsertim in mammis ac vtero, adhibemus.* Thymos *qui sunt in mentulo aut adstrictorio volsella attractos, radicitus excindere oportet, & siccum medicam. unum sanguinem sistens inspergere, quale est Rhodia appellatum.* Recipit enim, Gallæ crudæ ℥ iij gallæ combustæ restinctæq; vino, aridæ ℥ vj squamæ æris nigri vel rubri ℥ iij. atramenti sutorij, id est, chalcanthi ℥ ; ß. alum. scissi ℥ xiij. ß. *teruntur omnia multis diebus: valet, vt Paulus scribit, non modo ad supprimendum sanguinem, sed ad vlcera depascentia & excrescentia. hoc vel alio exsiccante vti poterit donec perfecte curetur: nam vnctuosa curatio*

410 *affectionem refricat. Si vero in partibus magis conspicuis thymi sint, post quam secueris, vstionem ad sanguinem sistendum, & ad generationem in posterum prohibendam, adhibere expedit. Adhibita igitur vstione, curatio decernatur communis ad perusta, primum ea quæ crustas amouere potest, deinde purgans, & tandem resiccans. Crustas autem remouere possunt in talibus* lac & mel per linamenta adhibita. *Quod si scal ello solum excisi fuerint thymi, post excisionem Rhodia, vel aliud sanguinem sistens superimponatur: & reliquus curationis ductus resiccans*, vt dictum est, adhibeatur. *De thymis naturalium agit Paulus* lib. 6. cap. 58. *sic scribens:* Thymi carnosa sunt tubercula, nunc in glande, nunc in præputio concrescentia: ex his alij contumacis, alij facilis curationis sunt. Minores itaque scalpelli acie deradere conuenit, & chalcitidem ipsis inspergere: in malignis, eo quod vitiatum est, exciso, adustione vtendum. At si contra se mutuo in præputio fiant thymi, hi intra ipsum, illi extra, oportet omnibus ipsis confestim manum admouere, ne præputium structura tenue, imprudenter pertundamus. Sed primum interiores auferre cōsiliū est, iisq; cicatrice obductis, tunc quoq; exteriores aggredi. *Nonnulli vero recentiores, ni forsitan ipsos auellentes, equino pilo deligatos curare solent, quem admodum alij refrigerato paulum ferro candenti: eosdem dirimunt. Huc adiunge ea quæ diximus* lib. 25. Obseruat. & Curat. medicinalium nostrarum, Schol. Obseruat. 4. & lib. 28. Schol. Obseru. 54. *Vniuersaliter ad omnes verrucas faciunt medicamenta, quæ consumunt ac resiccant: quale est hoc:* ℞ aluminis scissi, atramenti sutorij vsti glutinis ana ℥ j. squamæ æris ℥ ij. trita glutine cum aceto prædissoluto *misce, & illine. Ad eadem valent* pastilli Aretæ, Andromachi, *Obseru. præcedenti positi. Nunc igitur tempus est, vt ad Clauum deueniamus, quis etiam ad species verrucarum* (vti antea diximus) *referri solet.*

OBSERVATIO XII. 411

De clauo in digito pedis per modum consilij, pro fratre meo Iacobo Forestio, cum Louanij medicinæ operam daret.

CLauus (*vt nosti, mi frater*) teres figura callus est, colore candidus, clauorum capiti similis, toto corpore (*nam & in auribus ipsis sæpe conspexi ex lōgo decubitu, vt in vxore mea & etiam in satrin a mea experimento didici*) sed pedum solo digitisq; præcipue nascens, quem dolor sequitur, & incessus impedimentum. Quomodo autem ille curetur cum à me postulaueris: post lotionem pedis, vt longa mora in aqua calida mollior euadat, scalpello cōtinuo claui excedentem partem abradito, aut pumice lapide affricato: hoc modo (*vt ego expertus sæpe sum*) *clauum tollet.* Callum quoque sub planta pedis post lotionem sola lapidis pumicis affricatione curabis. Quod si hoc modo clauus non tollatur, post eius incisionem *succum tithymali dendroidis* lacteum pluma instillato, vel affundito: ita enim plurimos curaui. Vel *ammoniaco & galbano*, in aceto dissolutis, instar cerati appositis vtere. *Mercurius sublimatus in aqua vitæ* solutus etiam clauum sanat. Clauus prius emollito *guttula vna aqua fortis* stylo ferreo instillata, idem præstat. *Ammoniacum cinabrio mixtum, & pice nigra & piperе*, clauum emollit, tum humorem melancholicum euocat. Et hoc quoq; subinde expertum est: *cantharidum & atramenti sutorij*, hoc est, *chalcanti* (vulgo *vitrioli*) *ac castoris* par modus singulorum, contusa excipiuntur *terebinthina*, vt emplastri fiat spissitudo, clauoque prius circumciso superimponitur, &c. Hisce, mi frater Iacobe Foresti charissime valeas.

SCHOLIA.

CLauus est callosa quædam eminentia (ἧλον *Græci vocant*) existentia rotundus, colore albus, *fit in plantis digitisq; pedum, capiti claui assimilis*, qui ita 412

Scolopomachærion.

Alia curatio per pennam.

Pinna scite radici versus abscindenda.

Paulus 6. cap. 87.

Curatio thymi. Paul. lib. 6 cap. 58. Aetius lib. 14. cap. 4.

De thymis naturalium ex Paulo

Qualia medicamenta vniuersaliter omnibus verrucis conueniant.

Clauus ἧλος.

qui ita pungit, vt quasi clauus ferreus videatur: vnde nomen sortitus est: caro enim durescit in callum semper pungentem: minus alioquin affectus, nisi profundior sit; nam tunc malignitatem habet coniunctam. Clauus (*inquit Fernelius*) vt sessilis verruca, in cute eminet, albus rotundus, callosus, parte summa clauorum capiti similis, sed prædura solidaque radice intro se infigens, quasi ex ossium mēbranis emergat, ac expullulet. *In digitis plantisque pedum, ex calcei pressu aut intertrigine nasci solet: acuto interdum dolore sponte ferens, semper vero ingredienti molestus.*

Curatio claui.

Clauum subinde deradere, commodissimum est. & aqua tepida perfundere, vt & Tagautius ex Celso annotauit: *nam sine olla vi sic emollescit. at si sanguinis quoque aliquid emissum est, sæpe emoritur. Tollitur etiam, si quis eum circumpurget, deinde imponat resinam, cui miscetur pulueris paulum, quem ex lapide molari contrito feceris.*

Paul. lib. 6. cap. 87. de clauis myrmeciis & verrucis.

Clauus circum scarificatus, volsellaque seu specillo apprehensus, scalpro acutissimo, aut quo vena inciditur, radicitus eximatur. Nouus illi, ne rursum succrescat, candenti ferro vritur. Tollitur clauus longiori tempore etiam si quis excedentem claui partem continue abradat scalpello, *aut* pumice *affricet. Proficit &* lupinorum concrematorum cinis, *cum* melle, *aut* melanthium, *seu* nigella, *cum* vrina pueri Venerem non experti, *vel* oui luteum fabarum lomento cum aceto incoctum. *Sunt qui tradunt* caput lacertæ *aliquantisper tontusum, imo etiam sanguinem eiusdem, clauos, acrochordonas & myrmecias tollere. Pariter* capita salsorum piscium *decocta in aqua, quæ destillat ex fermentis viridibus, dum comburuntur, præstantissimum remedium ad huiusmodi vitia esse dicunt. Gregorius pharmacopæus Haganus mihi dixit eo tempore, quo apud D. Illustrem de Abenbroeck in curatione eram, cum sermo incidisset de clauo pedis curando, quo vitio D. de Tselsteyn laborabat, quod M. Antonius Harvoerus, Medicus Haghanus vteretur* solo olibano posito supra clauum: *quo remedio se plurimos curasse nouerat. credo quod ipse forte intelle-*
413 *xerit* galbanum, *quo ego vsus sum cum magna prosperitate in meipso, addito subinde* ammoniaco, *vtrisque dissolutis in* aceto. *egregie hæc emolliunt. Quidam* (vt ego in arcanis M. Æmilij Medici Amstelrodamensis, qui ante me praxim Alcmariæ exercebat, inueni) *in almusmar*, sic enim Barbari vel Auicennistæ clauum vocāt, quod etiam clauum sonat, lingua vero nostra Germanica Exterooge, quasi Picæ oculus, dicitur) *oleo raparum mixto cum succo matricariæ vtuntur; quod etiam vsurpant ad verrucas. Alij* viridem ceram *aut* rubeam *superponūt, vt minus doleat, & mollescat. Sed &* succus hederæ terrestris *superpositus clauum curare dicitur. Quidam cum hoc modo sanabat: primo clauum scindebat duobus vel tribus diebus ante nouilunium, quousque sanguis exiret; deinde superimponebat emplastrum sequens:* ℞. galbani, ammoniaci serapini ana p. æ. *misce cum aceto & imponito, ego vero primo exciso imposui* succum tithymalli *commode posui. Idem præstat &* succus chelidoniæ, *& habetur pro præsentaneo remedio. Etiam* gutta aquæ fortis *imposita cum pluma, post incisionem. At superiora minus corrodunt. A clauo non magnopere differt callus. qui colore atque substantia clauo similis est: obdurata enim est summa cutis, ex labore, in palmis aut inferioribus pedum plantis succrescens. Nullam tamen radicem alte dimittit, ac proinde prorsus est doloris expers. Hinc Leonus* ca. proprio de Clauo: A clauis, *inquit*, non magnopere differunt calli, quos Græci Τύλους vocant, nisi quod per se indolorosi sunt, eodem quo cutis colore neque sponte, sed ex labore obdurata cute gignuntur. *Eadem curandi ratio, quæ clauis, callis quoque conuenit, de qua re vide Paulum* lib. 3. cap. 80. *de iis quæ ad callos & clauos faciunt.*

6 Pau. Τύλωμα.

Curatio calli.

Et ita absolutis tumoribus præter naturam melancholicis, hunc quartum librum finiamus, & ad quintum librum accedamus, qui erit de tumoribus permistis, maculis cutem fœdantibus, & pustulis in facie & aliis corporis partibus apparentibus, itemque de pruritu, scabie, & vnguium vitiis.

FINIS libri Quarti Obseruationum & Curationum Chirurgicarum, de tumoribus præter naturam.

OBSERVATIONVM ET CVRATIONUM Chirurgicarum, 414
Liber Quintus.

DE TVMORIBVS PRAETER Naturam;

D. PETRO FORESTO Alcmariano, *Auctore.*

OBSERVATIO I.

De maculis quibusdam plumbeis, ad cineritium colorem tendentibus, exterius in cute apparentibus.



OBILIS matrona Heutera, cum obstructioni lienis sæpe obnoxia esset, quod dolor exiguus in hypochondrio sinistro indicabat, qui dolor hæmorrhoidibus subinde sponte apertis ac fluentibus cessabat: huic tamen ipsi, tempore verno potissimum, ac in principio autumni, si obstructio augeretur, & hæmorrhoides consueto modo non fluerent, per cutem *maculæ magnæ instar daleri nummi* efflorescebant; quibus accedebat dolor circa ventriculum, si intus reperent. & calor leuis, ac subinde pruritus accedebat, quamuis ratius: & incalescenti in lecto euanescebant, sed mox reuertebantur. Hoc autem decocto soluta aluo, Anno 1569. maculæ dispa- 415
ruerunt: sed cum deinde hoc tempore, Anno 1570. 24. Augusti, iterum suppullularent, eodem decocto tertius exhibito, prorsus curata fuit: ℞. *borag. bugloss. fumiterræ, scolopend. ana m. j. capill. Vener. ceterach. absinth. Romani* (nam stomachum valde debilem habebat) *acetosæ ana m. ß. semin. anisi* ʒ j. ß. *folior. sennæ* ʒ vj. *rhabarb. electi* ʒ j. *prun. damasc. num. ix. vuar. pass. enucl.* ℥ j. *liquiritiæ rasæ* ℥ ß. *squinanthi* ℈ j. infunde per noctem in aqua communi, facta ebullitione prius mane for-

tiss.

tiss. express. adde syrup. ex inf. rosa. ℥ ij. misce pro duabus dosibus matutinis. Quibus sumptis bene soluta aluo, postea semper delitescebant maculæ, ac hæmorrhoides sæpe sponte profluxerunt.

SCHOLIA.

Macula.

Svnt & cutis vitia quadam qua nihil prominent, sed aqualia manent, nulla asperitate: huiusmodi sunt macula, quacumque alieno colore hanc fædant, quales huic matronæ maxime ex humore melancholico apparuere. Ad maculas quoque pertinent vitiliginis species, lenticulæ, ecchymomata, sugillata, stigmata, vibices; de quibus sigillatim tractabimus, nam & vitiligines ad tumores prater naturam referuntur, qui ex mistis humoribus fieri dicuntur, de quibus hoc in libro potissimum agemus. Ad classem igitur horum tumorum, clariorū doctrinæ gratia, reducemus etiam has maculas, & cum Leono, vitiliginem, impetiginem, mentagram, varos siue ionthos, parotidas, arthritidem, podagram: adduciemus & nos scabiem, ac pustulas ex diuersis humoribus ortas, perniones, vnguium vitia. Possemus & addere Luem Gallicam: quam idem Dominicus Leonus inter tumores permistos numerat. Sed de ista Lue, qua plurimas nationes hoc nostro seculo in Europa (ex America eo delata) miserrime infestat, peculiari libro abunde satis egimus. Ad eum igitur librum lectores meos relegans, in instituto hoc meo persistens, de Vitiligine agere incipiam, quæ pro Arabum morphæa & Albaras haberi solet.

Maculæ quæ cutem vitiant.

Qui ad tumores varios & permistos referuntur.

Observatio II.

416 De morphea, cutisque d fœdatione maculosa.

Vir quidam Alemarianus, cum morphea laboraret, ac tota eius cutis valde maculosa & defœdata esset, ita vt lepra laborare idem videretur, Anno 1549. mense Maio ad me deflectebat: cui decoctum sequens præscripsi: ℞. fumiterræ viridis m. iij. scabiosa, lapathij acuti, acetosa, dentis leonis buglossa, boraginis, summitatum absinthij communis, summitatum lupulorum ana m. j. cuscuta, melissa agrimonia ana m. ß. radic. enula campana, radic. lapathij acuti, radic. malua ana ℥ ß. rad. fœniculi ℥ j. sem. 4. frigid. maior. & minorum ana ℈ j. semin. anisi ʒ ij. folliculorum sena ℥ j. ß. epithymi, polypodij querc ana ʒ. ß. radic. ellebori nigri ℈ ij. ß. cort. radic. tamarisci, capp. ana ʒ ij. prun. damasc. quart. j. vuar. pass. ab arill. mund. hordei communis ana m. j. fiat omnium decoctio in sero lactis pro ℔ iij. per noctē infusa fortiter omnia exprimantur, & zacch. apozema dulcoretur: ℞. myrobal. omnium ʒ j. agarici optimi, rhabarb. ana ʒ ß spica, squinanthi, zinz. ana ℈ ß. fiat puppa: pendeat in dicta decoctione, dum potio sumetur, ex qua sumebat semel aut bis in die, prout aluus responderet. Qua potione optime deinde se habuit. Interim huic laboranti morphea consuluimus vt bis in anno purgaretur, in Vere & in Autumno. Quantum enim valeat annua purgatio in atra bile seu melancholia, mania, elephantiasi, cancro, comitiali morbo, apoplexia, anhelatione, articulari morbo, aliisque, vt morphea seu vitiligine, docet Gal. Commento 47. aphor. lib. 6. preterea in libello, Quos oporteat purgare.

SCHOLIA.

Qvi sequuntur Arabum decreta, morphea modo duas, modo tres, modo quatuor species ponunt. Ita Valescus tract. suo chirurgiæ cap. 20. de Morphea & albaras, Morphea, inquit, est particularis cutis defœdatio sine alia eius læsione, ex defectu virtutis assimilatiuæ in ea. Sed licet (idem inquit) authores antiqui ponant solum tantum duas eius species, scilicet albam & nigram; tres tamen ponenda sunt: duas scilicet supra dicta, pituitosa nimirum, & melancholica morphea species, ac tertia sanguinea: cholerica enim nulla species ab authoribus ponitur, quia cum eius acuitate & penetratione sub cute stare non valens, exterius penetrat, & facit impetiginem & serpiginem, aliquando pruritum & scabiem, secundum subtilitatem & crassitiem quam habet. Gordonius vero quatuor species esse asserit, part. 1. capit. 23. de morphea: sic scribens: Morphea, est cutis defœdatio maculosa. Intelligendum est, quod omnia illa, qua sunt causa lepra, sunt causa morphea: vnde quod est lepra in carne, est morphea in cute. Aduertendum igitur quod morphea habet conuenientiam cum lepra, quoniam sicut in lepra errat virtus assimulatiua, ita in morphea, sed hoc differunt, quod lepra est in carne, & morphea in cute. Morphea etiam habet conuenientiam cum ictericia, quoniam vtrobique est cutis maculata. Sed differunt, quia morphea est infectio in cute maculosa, in quibusdam partibus apparens, in quibusdam vero minime; sed in ictericia est color ille luteus per vniuersam aut fere vniuersam cutem sparsus: dic que ideo potest vniuersalis, aut saltem pene vniuersalis defœdatio cutis. Secunda differentia est, quia in ictericia non errat virtus assimilatiua: in morphea aūt errat. Concluditur igitur quod morphea est error virtutis assimilatiuæ in cute. Considerandum quoq; circa hanc materiā, quod authores cōmuniter loquendo solummodo duas species morphea recensent, scilic. albam & nigrā: de quare summe miror, quia postquam morphea & lepra nō differunt, nisi quod hac in carne, illa vero in cute fit, & species lepra sint quatuor, idcirca & morphea, quatuor species ab ipsis statui debuissent. Et forte ideo nō posuerunt has quatuor differentias authores, quia omnes quatuor non aque sunt famosa, & raro accidunt; quoniam si oriatur à sanguine, & fiat in facie, appellabitur gutta rosacea: si fit in corporis residuo, appellabuntur rubores: & si sint infectiones de cholera, appellabitur impetigo & serpigo: & ita ista dua species quodammodo absorpta sunt: sed scientia medicina, verum est scientia, & non vocū, sicut scribitur 3. de morbo: & ideo nec de numero nec de nominibus curo dum tamē res intelligamus. Supponamus igitur, quod quatuor sint species morpheæ, quædam à sanguine adusto, quædam à cholera adusta, quædam à phlegmate salso, & quædam à melancholia adusta. Alij vero, qui Græces sequūtur & Latiniores, morphæam sub vitiligine comprehendūt. Est enim vitiligo si genere quodam comprehendatur, fœdus cutis color, ex malo particulæ habitu proueniens, nutrimentum bene assimilare non potentis. In duas diuiditur species: quarum prima à Gracis Leuce, ab Arabibus Albaras, à Latinis Vitiligo alba dici potest. Altera Alphos Grace: ab Auicen. Morphea vocatur. Est vero Leuce coloris in cute ad albidius mutatio: qua non modo in superficie insigitur, sed altius descendit, adeo vt carnem vsq; contingat, ac pilos coloret; Alphos autem seu

Arabes quot species morphea ponant.

417 *Valescus.*

Gordonius.

Quomodo morphea habeat conuenientiam cum lepra, & in quib. differat.

Quib. morphea differat nō ictericia.

418 *Gal. de loc. aff. lib. 3.*

Vitiligo.

Leuce. Albaras. Vitiligo alba.

Alphos. Morphea.

Morphea

Morphea summam cutem tantummodo infestat & inficit: & hac in duas subdiuiditur species in albam, & nigram.

Celsus.

Celsus vero vocis sequutus, albam, leucam alphon: nigram melan nominauit. Hic affectus ex eo alphos nuncupatur, quod colorem cutis immutet: immutare enim veteres Græci ἀλφαίνειν dicebant. Omnia hæc serpunt, sed in aliis celerius, in aliis tardius.

Alphos albus. Alphos niger. Vitiliginis apud Fernelium tres species.

Alphos albus, & alphos niger in quibusdam variis temporibus & oriuntur & desinunt. Leuce quem occupauit, non facile dimittit. At Fernelio Vitiliginis tres species sunt, Alphus, melas, leuce. In his cutis fœdatur, dispersis maculis, neque continuatis, neque cohærentibus, sed quæ sedem mutant, ac serpunt. Sub his sensus aut omnino perit, aut multo stupidior euadit, vt ne quidem si cutis scalpatur, & interdum ne si acus quidem leniter infigatur, percipiat. Alphus albo, melas nigro colore velut vmbra inficit, atque hi summam duntaxat cutem occupant. Leuce albo etiam, vt alphus colore describitur, sed altius descendit, cutemque totam prehendit, in hac pili excidunt, aliique albi ac tenues succrescunt, lanugini similes. Confirmata leuce perfrictione nusquam rubescet; neque adacta acu sanguis, sed aquosa duntaxat sanies exit. Videtur præterea & interdum vitiligo quædam rubro, fusco, aut liuido colore, cuius sensus aut perit aut stupidior est: hocque genus vniuersum iuniores malum mortuũ appellant: quidam etiam ad scabiem referunt, vt postea de

Malum mortuum.

419 scabie dicemus: & ab ipso Rondeletio pro quarta specie scabiei habetur, sed de hoc malo postea. Cæterum hæc vitia peculiaria iis sunt, quorum malus est habitus: omnium quippe efficiens causa est humoris impuritas: alphi quidem & leuces crasso glutinosaque pituita, melanos bilis atra, cæterorum humor fœdo colori consentaneus. De his vide Paulum lib. 4. cap. 5 de Leuca, & cap. 7. de alpho albo & nigro.

Causa.

Qui barbaram sequuntur medicinam, tres causas morpheæ constituunt: primitiuam, vt est vsus ciborum pituitosorum, vel melancholicorum, vel rerum adurentium sanguinem. causam vero antecedentem dicunt esse (vt Valescus) errorem virtutis digestiuæ in stomacho, & in intestinis (potius ego in hepate esse crediderim, vel in venis mesaraicis) quem sequitur error virtutis digestiuæ in hepate. Nam error in prima & secunda digestiua factus, in tertia corrigi non potest. Causam autem coniunctam idem esse vult, & immediatam errorem virtutis assimilatiuæ in cute. Cæterum secundum eosdem authores causa materialis morpheæ albæ est phlegma salsum, & causa morpheæ nigræ est melancholia adusta & causa morpheæ rubeæ est sanguis crassus, acutus, calidus, superfluus. Primæ (inquit Valescus) & secundæ species sunt famosæ, & tertiam de sanguine frequenter vidi: sed quartam, quam aliqui ponunt, de cholera, numquam vidi. Et est albaras species subalterna morpheæ, & dicitur sic apud Arabes. & est morphea alba vt lac, vel est Albaras nimia cutis albificatio, sicut in synonymis dicitur, Et de ista dicit Auicenna 1. Fen. 4. 4. tract. 2. Albaras quidem est in cute & carne vsque ad os, & sic videtur quod sit lepra particularis. Postea ibidem inquit, Differentia inter morpheam albam & nigram, est, quia vna est ex phlegmate, alia ex melancholia, & sic comparatio albaras nigræ ad albam non est talis, sicut est morpheæ nigræ ad morpheam albam: ideo plurimum differũt, quia albaras nigra est illud qood nominatur impetigo excoriatiua, & est scabies, accidens cuti, aspera & vehemens, & facit squamam, sicut sunt piscium squamæ, cum pruritu, & ista fit propter humorem melancholicum imbibentem cutem, cum imbibitione fortiori quam si solum imprimeret in colore, & est signum primę leprę, estq; cum malitia, & si est antiqua, non recipit curationem. Et dicit Serapio quod albaras submergitur in profundo,
& propter hoc pili nascuntur albi, Morphea vero 420
non mutat nisi colorem tantum, & morphea nigra est ex genere impetiginis excoriatiuę, & ista dicitur albaras nigra. Hoc Valescus.

Paulus lib. 4. cap. 5. & cap. 6.

Causa autem ipsius albaras seu leuca, iuxta Græcos, cõtrahitur ex viscosa glutinosaq; pituita. At alphi albi ex pituito ducunt originẽ; nigri ex atra bile, Causa itaq; horum affectuum est ipsius nutritiuæ virtutis vitium, quod quomodo fiat, docet Gal. Frustratur nutritio, ait, cum prorsus nõ fit, vel intra iustum modum vitioseve fit: idq; vel culpa nutritiuæ virtutis, quæ alteratricis est species, vel materiæ defectu vitiove: defectu quidem in atrophiis; vitio vero, vt in elephantiasi, & leucis, cæterisque id genus.

Causa ex Galeno 5. de sympt. caus. cap. 2.

Accidit enim dum agglutinatur carnibus nutrimentum, vbi pituitosior sanguis est, carnem quoq; effici magis pituitosam. Neque enim idem est carnis esse, & melancholicæ carnis esse, nec biliosæ, atque temperatæ esse. Certiorem fidem sermoni nostro adhibebis, si animalium carnes, tum sanguine præditorum, tum exanguiũ æstimabis, ad hæc etiam reptiliũ, quæcunq; Veris tempore gigni cernuntur: maximeq; ex iis quæcunque viridium herbarum colorem præferunt: nam horum caro simillima ipsis herbis est, Aliorum alba & exanguis, veluti locustæ & polypodis; atque aliorum alia quædam. Ergo cum (sicuti diximus) caro longo tempore pituitoso simul ac glutinoso sanguine nutritur, caro quidem adhuc manet, mutatur tamen eius forma, & in aliam speciem vertitur, fitq; media quædam inter sanguineam exanguemque carnem. Vbi autem talis est reddita, accidit ei, vt de cætero allatum sibi nutrimentum non magis vel tentet in rubram carnis speciem mutare, quam polypodes, & locustæ. ita fit, vt tum alba, tum pituitosa tota quam citissime euadat, cum nec ipsa possit nutrimentum ad ruborem vertere, & simul pituitosum illud affluat. Ergo qualem ab initio locusta carnem habet, fereque omnes ostrea, talem ex transmutatione habent, qui leucis fœdantur. Ita enim carnis vitium nominant, à colore scilicet albo nomen imponentes: sicut nigra & callosa carni ab elephante nomen ferunt. Fit itaque eodem quo leuca modo, melancholico nutrimento ad carnem longo tempore confluente. Aliarum vitiliginum generatio cum prædictis vitiis similis est generis: non tamen sub iis, vt in leu- 421
cis, tota caro vitiatur, sed in summo corpore veluti squamæ quæpiam infiguntur, albæ quidem ex pituitoso, nigræ ex melancholico succo exortæ. Quam magnam vero vim habeat nutrimentum ad carnis mutationem, etiam ab Aristotele traditum est, vbi meminit regionum, in quibus pecora, tam colore, quam cæteris differentiis sensibilibus mutantur atq; alterantur.

Signa.

Signa tam fere patent ex horum affectuum definitione, tum ex iis quæ diximus, & apud illos qui plures species morpheæ constituunt, vt Gordonius, si color fuerit rubeus, fuscus maculosus, tunc est à sanguine, & si fuerit citrinus & fuscus maculosus, tunc est à cholera: & si fuerit albus maculosus,

culosus, tunc est à phlegmate, & ista species est famosa: & si niger maculosus, tunc est à melancholia, & ista quoque species famosa est. De nominibus igitur nulla sit contentio, dummodo res intelligamus. Sic & Valescus: In morphea alba, inquit, apparent magnæ maculæ albæ in aliquibus partibus corporis: & in morphea nigra nigris maculis deturpatur corpus: & quando laborant, vel sudore & calfieri ex labore incipiunt, sentiunt calorem subcutaneum, cum quadam arsura & punctura, & aliquando cum pruritu. Albaras vero, vti diximus, profundus serpit, & pili albi innascuntur. Ideo & illi qui Græcos sequuntur, ita scribunt: Leuce tam alte in corpus penetrando radices agit, vt & pili in ea carni & lanugini similes innascantur. In alpho, vt ostensum est, squamulæ quadam affixa cuti inhærent. Ideo & leuce seu albaras peius malum est, quam alphos seu morphea. Hinc & Valescus: Albaras alba, mala: quia pili nascuntur albi. Secundum signũ est, quia cutis est magis depressa quam in partibus circumdantibus sanis, ac si aliqualis fossa ibi esset. Tertium signum est, quia si leuiter pungatur cum acu, exit humiditas alba, & non sanguis. Quartum signum est, quia si locus fricetur cum panno aspero, & non rubesit, signum malum est. atque hæc signa significant morpheam incurabilem; quæ omnia quatuor signa pro primo indicio habenda. Secundum indicium in morphea est, quia in ea manifesta asperitas apparet, & in albaras furfures cadunt post frictionem: ex quo significatur quod cum peccato virtutis assimilatiuæ adest malitia adusta, ex qua fit prurigo in loco, cum asperitate. etiam si cum aliqua detergatur lo-

Presagia.

422 tione, vel vnguento, in secunda vel tertia die reuertitur cum squamis & furfuribus. Signa morpheæ nigræ sunt maculæ nigræ solum, vt dictum est, sed Albaras nigræ, vt dicebat Auicenna, adest excoriatio, squamositas & testositas, (ita enim barbari loquuntur) quæ non sunt in morphea nigra simplici. Et dicit Auicenna, quod albaras quædam est aspera, & quædam lenis: & lenis in vtraq; specie alba est deterior, & melior est illa quæ parum elongatur à colore corporis. Sed quæ magnum locum occupat, est incurabilis, ac manet in eodem statu, & occupat loca multa. & antiqua non curatur, & est morphea ægritudo chronica & difficilis curæ. ideo videas quid promittas in cura eius. hæc Valescus: quæ fere desumpta sunt ab ipso Gordonio, qui hæc prognostica ponit. Si, inquit, morphea fuerit recens & noua, curabilis est: antiqua incurabilis, vel est cũ magna difficultate. Si occupauerit modicum spatiũ, curabilis; si magnum, curatu difficilis. Si locus morphea affectus pungatur cum acu in superficie cutis, ita vt non profundetur vltra cutem, & sanguis exierit, curabilis est: si autem aquositas, incurabilis est, aut valde difficulter sanescit. Sic Paulus lib. 4. cap. 5. Quoniam vero non quælibet leuce curationem recipit, notas ipsius tales habeto. Acu per summa leucæ puncta, sed cute non penitius, si sanguis emanauerit, sanabilis est: sin lactea humiditas, desperata est. Vel panniculo laneo asperiore infricata cutis, siquidẽ rubicundior euaserit, medicinæ locus est: sin idem color remanet, non cõsanescit. Et quæ plura corporis loca obsidet leuce, difficilius tollitur, quam quæ pauca deturbarit: itẽ vetustior, quam recens minus in medicina spei habere censenda est. De alphis hæc scripta reliquit: Alphi cognato leucis modo generãtur: sed hæc altius cutim mutãt, vt pilos quoq; sibi similes procreẽt. Lib. 4. capit. 6. Alphi summam cutim infestant: quamquam & ipsi cum vetustatẽ sentiunt, penitius recedunt, in eisq; albi pili innascuntur, idq; humoris qui subest, ratione. Etenim ex pituita albi ducunt originem, nigri ex atra bile. ex his facile colligitur hoc præsagium, quod Vitiligo leuce dicta, vix vnquam sanescit: at si quid ei vitio demptum est, tamen non ex toto sanus color redditur. Vitiligo alphos tam albus quam niger, curationem non difficilimam recipit. Vtrum aliquod horum

sanabile sit, an non sit, experimento facile colligitur. Inci- 423

di enim cutis debet, aut acu pungi: si sanguis exit, quod fere fit in alpho, remedio locus est: si humor albidus, sanari non potest. Itaq; ab hoc quidem abstinendum est. Hæc de nominibus causis, signis horum affectuum, nunc ad curationem, hoc interposito exemplo, veniamus.

OBSERVATIO III.

De Vitiligine.

MVlier Delphensis, Anno 1560. quæ in Maio mense vitiligine affecta erat, insuper faciem habens valde rubram & pustulosam ex qua furfures & squamę decidebant, post multa experimenta mulieicularum & tonsorum, quibus frustra vsa erat, tandem me quoque ad se aduocauit. Ad quam accedentes, cum quasi lepra videretur esse correpta, decocta quam plurima præscripsimus sanguinem depurantia: & præterea decoctum illud quo vti solemus in iis, quibus & suspicio morbi Gallici est, cuius descriptionem posuimus libr. 25. Obseruationum & Curationum nostrarum medicinalium. Obseruat. 7. Faciem vero lauabat variis aquis destillatis: & ad deponendum furfures vsus sum decoct. maluæ, semin. cydoniorum, & furfuris macri, ad detersionem, variisque deinde vsa est vnguentis: sed nihil profuere. Postea oblinebat faciem, oleo raparum, mixto cum aqua. quo remedio crustæ decidebant furfuraceæ, cum squamæ; & facies paulatim pristinum, præter opinionem, nitorem recepit. Habetur autem hoc pro arcano; &, quod mirabile erat, illud oleum raparũ concussum cum aqua fluuiatili seu currente, cutem nitidam in facie effecit. Interim nos non desistebamus interius medicamenta repurgantia & corrigentia sanguinem exhibere. At alteri viro, qui morpheam nigram ex humore melancholico habebat, consului vt materia peccans purgaretur cum sequenti medicina. ℞. diasene lenitiui ℥ j. cassiæ

recens tractæ ℥ ß. misce, & fiat potus cum aqua de- 424

coctionis polypodij quercini, epithymi, & aliorum fruct. & flor. omnium communium. Demum digessi materiam, nulla facta phlebotomia in tali curatione, quoniam augeret causam, vt præceptor meus Benedictus Fauentinus piæ memoriæ dicere solebat, vt etiam scriptum reliquit in sua Empirica, capit. 5. de morphea. (Cæterum vtrum phlebotomia conueniat aliquando in morphea, scholio sequenti disputabimus.) Itaque omissa venæ

sectione

sectione digressi, inquam materiam sequenti medicamento: ℞. syrup. de fumoterra, de epithymo, de thymo, de endiuia ana ℥ ß. aquæ boraginis, melissæ, fumiterræ, ana ℥ j. misce. Continuato isto syrupo per septẽ dies continuos, vt materia purgaretur sequenti purgatorio, imperauimus: ℞. diasenæ lenitiui ʒ vj. confect. hamech ʒ ij. elect. de succo ros. ʒ j. misce: & fiat potus cum prædicta decoctione. Postea omnes partes morphea affectas inungi mandauimus sequenti oleo callido, omni vesperi cum iret dormitum: ℞. olei de tartaro, vini albi potentis ℥ iiij. Deinde etiam hoc sequenti vnguent. ℞. olei de tartaro ℥ ij. ol. amygd. amar. ℥ j. s. c. i lapathij acuti ℥ j ß. ceræ q. s. fiat vnguen. interim dum vesperi fieret hæc inunctio, mane continue diluebatur locus affectus morphea sequenti aqua: ℞. aquæ destillationis lapathi acuti ℔ iij. interiorum melonum, cum sem. ℔ ij. ouorum hirundinum num. x. salis nitri ℥ ß. tartari vini albi optimi ℥ ij. omnia simul misceantur, puluerizatis puluerizandis, & ponantur in alembico, & distilletur aqua, quæ vsui reseruetur.

SCHOLIA.

(Curatio morpheæ & albaras, iuxta Arabes & practicos.) CVratio morpheæ & albaras, insequendo vestigia Arabum & practicorum neotericorum, ita instituenda est. Primo in morphea alba, rectificetur diæta cauendo ab illis, quæ generant phlegma, vt sunt fructus recentes, pisces, crapula, & quæcunque impediunt coctionem primam, & secundam & tertiam. In morphea

425 nigra caueat à omnia cibaria melancholica. Et ita primam intentionem habent in roborando primam digestionem & secundam. Comedere igitur iubent quæ sunt bonæ substantiæ, & facilis concoctionis, in tali quantitate vt digerere possint, cauendo à carnibus porcinis, bubulis, piscibus, lacte, & omnibus lacticiniis, carnibus leporinis, ceruinis, pane azymo, miliaceo, & ab omnibus herbis frigidis ac oleribus. Potest tamen vti petros. fœniculo, saluia, borag. & hyssopo. Cauere quoque iubent à nimia repletione, comessatione, crapula, ebrietate, & ciborum potuumq; intemperantia: iis enim prima coctio debilitatur, & secunda indigestum recipit, ac tertia; vnde sequitur error per omnes virtutes, vsq; ad assimilatiuam. Pane igitur bono ac optimi frumenti vtantur; vino odorifero, albo & clareto, & cibi condiantur optimis aromatibus. Vtantur & ouis sorbilibus, gaudeant, lætentur, exerceantq; se ante cibũ: à prandio minime motu violento moueantur. inter cœnã & prãdium à potu abstineant, nisi magna siti cogente. Secundam intentionem curatiuam vertunt ad humorem peccantem: quem digerunt, si pituitosa est, cum oxymel squillitico, diuretico in quo prabullierint hyssopus, calamenthum, anisum & similia. Deinde euacuetur aliquando cum vomitu, quia à longinquis attrahit partibus: vel purgetur cum pul. diaturbith. vel agar. Vel fiat hic syr. ad digerendam phlegma: ℞. orig. calamenthi, menthastri, hyssopi, dauci, balsamitæ, samsuci, saluiæ, betonicæ ana m. j. rad. apij, petros. fœniculi, brusci, asparagi, ana m. ß menthæ, absinth. ana p. j. fumiterræ, lapathij acuti, foliot. borag. ana m. j. squillæ taphaoi gallicani, ana ℥ j. fiat decoct. & cum aceti albi ℔ ß. mellis ℔ ij. fiat syr. detur cum aqua cicerum & hyssopi. Deinde purgetur cum pul. diaturbith. facto in bolo, vel purgetur cum hieralogod. Archigenis, Ruffi, vel pil. de hiera picra acuatis (vt loquuntur) cum pul. colocynt. vel propinetur infus. chebul. indorum, cum substantia epithymi: atque hæc sæpius reiterentur, ob materiam rebellem: & vomitus sæpe prouocandus. Postea ad localia deueniendum. Fricetur locus albus morphea infectus (à quo prius exiuit sanguis per punctionem acus) cum cepa & aceto, vel cum sinapi v- 426
suali, vel cum foliis ficus, aut corticibus eiusdem: hæc enim sanguinem subtiliant, & ad exteriora trahunt. Horum materia qua vng. & epithemata conficiuntur: hæc sunt, quæ valent ad omnem infectionem cutis post vniuersalia: nẽpe folia, cortices, ficus, calx abluta, sulphur viuum, vitriolum, auripigmentum, ærugo æris, lapathium, fumiterræ, tartarum, ammoniacum, litharg. æs vstum, alumen, cadmia auri & argenti, gentiana, radix lilij aristoloch. cucum. syluest. dracuntea, cyclamen, elleborus vterque, sang. leporis, cantharides, aloe, myrrh. fuligo furni: sinapi, eruca, succus pap. rub euphorbium, piper, vipera, mel. ex his fieri possunt vng. olea, lotiones, epithemata. Vel fiat hoc vng. ℞. tartari, fuliginis, oris furni ana ℥ j. sulphuris viui, salis nitri ana ℥ ß. auripigmenti, aluminis scissi, ellebori albi ana ʒ ij. fiat pul. & incorporetur cum succo fumiterræ, addendo vng. citrini q. s. & considera illa quæ dicentur cap. de saphati, id est, de pustulis rubeis & liuidis, vel albis, circa nasum, cũ rubore totius faciei. Breuiter, cura morpheæ albæ, fiat (Breuis recapitulatio curationis morpheæ albæ.) in vomitu & abstinentia ab humectantibus, & phlegma generantibus, & sudare in balneo vel stupha: & vti possunt phlegmagogis, adiectis mastice thure, & aliis roborantibus stomachum & hepar, cum purgatione frequenti turbith, & pulpa colocynthid. & cum vnguent. & epithematibus fortibus supradictis. In morphea rubea si (Curatio morpheæ rubeæ.) homo sentit pruriturum & arsuram & angustiam post aliquem laborem, & locus morphea affectus est fuscus vel rubeus, vel ad citrinitatem declinat, tunc est à sanguine acuto, grosso, vel à sanguine subtili cholerico. tunc primo (inquit Valescus capit. proprio) fiat phlebotomia de parte opposita, deinde de eadem parte. Alii authores in nulla morphea phlebotomiam admittebant. Hinc (Vtrũ phlebotomia cõpetat in morphea.) recte dicebat Gordonius capit. proprio: Intelligendum quod in morphea, sicut dicunt sapientes, non competit phlebotomia: & verum est, quoniam ipsi ponebant solummodo duas species, & vtraque erat à causa frigida. Possumus etiam dicere, quod in aliqua specie, sicut in lepra, non competit phlebotomia, & potissimum postquam ægritudo est confirmata, quia materia traheretur ab exterioribus, ad interiora. Attamen si nos ponamus morpheam à sanguine, seu rubores, tunc 427
in principio competit phlebotomia. Si etiam ponamus morpheam à cholera, & corpus sit plethoricũ, à principio competet phlebotomia. Nec videtur procedere ratio quã ponit Auicenna & quidam sequaces eius: quoniã vbi est sanguis multus malus, & paucus bonus, phlebotomia bonũ rapit, & malum relinquit in venis. At inquiunt, ponamus sanguinem putrefieri intra vasa, sicut in synocho; nonne est tunc maior copia sanguinis mali, quam boni, & tamen in synocho fit phlebotomia. Sed non valet ratio, quia natura retinet

bonum,

bonum, quia indiget, & dimittit malum, sicut vi-
demus in pharmacia cum superfluit, quia vltimo
emittit sanguinem. Potest igitur competere phle-
botomia in morphea a principio, sanguine do-
minante, aut corpore plethorico exsistēte: & pro-
pterea cum materia in morphea adhuc exsistit in
venis, bene potest fieri phlebotomia, sed postquam
notabiliter est extra venas, minus competit. Hæc
Gordonius. Postea mundificetur sanguis, vt dicebat
Valescus, cum cassia, & thamarind. & fumoterr. &
cum myrobal. citrinis, & indis, & belliricis, &
purgata materia, & obseruata bona diæta, cauendo
calida & sicca, & sanguinem adurentia seu ingrossan-
tia, fiat tale vnguentum: R. auripigmenti quan-
tum vis: incorporetur cum succo fumiterræ & suc-
co rad. lapathii acuti: fiant trochisci, quibus dissolu-
lutis cum succo vel syr. de fumoterræ liniatur locus:
vel partes affecta inungantur sub noctem; mane ablu-
antur aqua calida. Vel vngantur cum vng. citrino:
& postero die lauentur cum aqua furfuris. In isto ca-
su, & in omni morphea, valet lac virginale dictum:
similiter & positio ventosarum in locis morphea affe-
ctis cum scarificatione, & postea vngatur cum san-
guine leporis tepido. Deinde cum isto puluere asperga-
tur, R. thuris, masticis, amyli, litharg. sarcocollæ
ana ℥ß. & stet sic per tres dies sine lotione; & in quar-
to lauetur cum aqua calida furfuris, & in isto casu nō
lauentur cum aqua frigida, quia mortificat, & in-
crassat materiam. Valet & hoc linimentum ad idem:
R. succi absinthii, mellis ana. bulliant simul, & in-
de liniatur locus & superaspergatur de puluere supra-
dicto. Sed & sanguis leporis, si eo morphea frequenter
428 inungatur, soluit omnem morpheam, & pul. supradi-
ctus dissoluit sanguinem grossum, & præparat ipsum
resolutioni, & confortat locum. Idem facit succus spa-
tulæ fœtida. Et ista debent fieri post vniuersalia, &
non antea. Ceterum curatio albaras & morpheæ ni-
gra est multo difficilior, eo quod materia eorū sit radi-
cata, & aliquando adusta & plurimum infecta & al-
terata. vnde competunt medicina fortiores. Attamen
sciendum est, vt dicebat Gordonius, quod a principio
morphea, potest dari medicina fortis debilis, ita vt
sit fortis in se, sed quæ detur in parua quantitate, quo-
niam licet morbus sit chronicus, quantum est ex hoc;
debilis. medicina debet dari vtroque modo: tamen si a-
gritudo esset confirmata, periculum esset; & ideo pro a-
cuta reputatur, quo ad fortitudinem medicina, sed nō
quo ad quantitatem, iuxta aphor. 6. 1. part. Ad vlti-
mas agritudines vltima curationes sunt potentes. Pri-
mum ergo post vsum oxymel. squillitici prouocetur
vomitus post comestionem raphani, & piscium sali-
torum: & post purgetur cū hiera Archigenis, & hie-
ra logodij: quia ista hiera rectificant hanc agritudi-
nem, secundum Serap. & administrentur cum aqua
cicd. & epithymi, & pass. & polypod. quia ista at-
trahunt humores corruptos & adustos. Vel purgetur
cum pil. fœtidis, vel, vt dictū est de impetigine. Guil-
helmus de Salyceto in morphea nigra fricat locū cum
cepa & oxymelle squillitico, & iubet fieri hoc em-
plastrum: R. cantharid. ʒj. pistetur cum fermenti
℥j. & cum aceto fortissimo, & apponatur loco mor-

Curatio albaras & morphea nigra. Gordonius.

Serapio.

Guilhelmus de Salyceto.

phea affecto, & dimittatur per integram horam, ita vt
locus vesicetur. Post lauetur cum vng. albo & vng.
de litharg. Valet & in albaras: & postea vtatur hoc
medicamine. R. cinamomi, spicæ. carpobalsami, a-
zari, croci, folii, calami, pulpæ colocynth. ana ʒj a-
loes ʒ xviii. fiat opiata cum melle & aceto, & detur
ʒj. cum aqua calida. Valet & oleum tartari & lac
virginale, & vng. quod ponitur in Lilio apud Gord.
cap. de tinea. & ita in nigra morphea confert frequēt
euacuatio humoris melancholici, maxime cum epi-
thymo, & lapide lazuli, vel cum puluere dicendo in
cap. de saphati seu pustulis faciei & nasi: & distem-
peretur sem. crucæ, piperis nigri, baurach ana ʒj. cū
succo fumiterræ & melle, fiat linimentum vel epi-
thema. Vel epithimetur cum arsenico citrino pulue-
risato, & cum sem. laureolæ distemperatis cum mel-
le, addendo staphisagriam. Hæc Rhases. Sed & caro 429
arietis adusta & linita, & confricata valet morphea
Auic. in 2. can. Cancer fluuiatilis adustus ponitur in
medicamentis morphea: & conferunt folia cypressi,
& secundum Auicennam, aristoloch. rot. facit bo-
num colorem, & conducit morphea. Aqua quoque
furfurea est bona ei & albaras. Cinis allii cum melle
linitus supra morpheam; & althæa, aut semen eius
cum aceto tritum; & postea sedere in Sole. Hæc Va-
lescus ex mente Auicennæ. Et hoc vng. confert in
morphea albaras, impetigine, materia sufficienter pur-
gata, & præcedente optima diæta: itaque sumatur se-
mel in septimana vel bis lib. ß. aquæ casei, cum ʒiij.
epithymi. Deinde R. tartari, fuliginis oris furni
ana ℥j. salis nitri, sulphuris, ana ℥ß. auripigmenti,
alum. scissi, ellebori albi ana ʒij. omnia ista pulue-
rizata incorporentur cum succo fumiterræ & lapa-
thii acuti. fiat vng. mediocriter liquidum. Gordonius
ita curat morpheam; præsupponit bonam diætam, ac
regimen, vt vocant, sicut in lepra, deinde materia pec-
cantis digestionem, & euacuationem aptam: deinde
venit ad localia remedia. Inprimis, inquit, fortiter
fricetur locus cum panno aspero: deinde inungit cum
auripigmento rubeo puluerizato, & incorporato cum
succo fumiterræ, & postero die abluit cum aqua fur-
furum calida: & hæc si sit de caussa calida. Si de frigi-
da, corpore mundificato fricat locum cum foliis ficus,
& inungit cum oleo tartari: quod ita fit: Tabula tar-
tari calcinentur in furno calcinationis; & postea po-
nantur super marmor; & quod destillabitur per filtrū,
erit oleum clarissimum, quod reseruetur in vase vitreo;
& locus inungatur, & sanabit proculdubio. Sed iste
modus non est notus aliis, quam solis Alchymistis, quia
modus Alchymicus in multis est vtilis in medicina;
sed in aliis est ita damnosus, vt in eius via infiniti perie-
rint. Si infectio fuerit de caussa calida, inungatur locus
cum vnguento citrino, cuius vis augeatur cum li-
thargyrio. Et si fuerit de caussa frigida, addatur vng.
fuscum, vng. ad scabiem: & acuatur cum sulphu-
re viuo. Vel fiat vng. ex istis materialibus, vt sunt calx
abluta, sulphur cannulatum, atramētum, auripi-
gmentum rub. & citr. sal ammoniac. viride æris, a-
lumen, æs vstum, & illa quæ paulo ante a nobis me-
morata sunt. Quod si istis non curetur morphea, cure-
tur curatione lepra. Refert M. Johannes Tengius, 430

Vnguentum valens aduersus morpheam, albaras & impetiginem.

Olei tartari compositio.

Contra Alchymistas quosdam.

medicus Amstelredamensis, vt in eius libello ipsius
430 propria manu scripto inueni, *se habuisse Minorem quendam plethoricum tempore quadragesimæ, habentem morpheam cum magna maculatione cutis liuida, versus rubedinem aliquam cum impotentia eundi, vel mouendi crura, & brachij impotentia: cui dedit hanc potionem:* ℞. nasturtii aquatici m. j. end. viol. borag. fumiterræ ana m. ß. folior. senæ ℥ij. *fiat decoctio in lib. iiij. aquæ lactis ad consumtionem quartæ partis & coletur. Bibebat omni mane cyathum vnum, vt quotidie bis terve aluum deponeret, & facta mundificatione notabili accepit* colocynthidis ℥j. *& decoxit in acet.* & aqua fabar. ana lib. ß. *eaq; calefacta, peplo seu spongia illi immersa balneabat loca hac labe fœdata, & breui tempore maculæ singulæ fuerunt deletæ. Sed & alteri plethorico in pede confusas defœdationes habenti, declinante ad rubedinem, cum pedis inflatione, post exhibitum potum sequentem,* (℞. diacath. ℥j. conf. ꝶ. hamech. ʒj ß cum aqua viol. *fiat potus) balneationem eandem adhibuit & curatus est (Ceterum insequendo vestigia Græcorum, in vitiligine Leuca curabili, statim post institutam optimam victus rationem, medicamenta exhibenda, quæ glutinosos humores extenuare possunt, vt est* hyssopus, calamintha, anisum, oxymeli, *& id genus alia: deinceps, quæ eosdem purgare valent, pharmaca sunt propinanda. Corpore euacuato, ad localia veniendum. In leuce igitur, quando curationem recipit, vti poteris lenticula mista cum sulphure & thure, sic vt ea centrum sit ex aceto;* vel folia viridia fici *macerate in aceto: sit autem aceti tantum, vt ea superet, & penitus contegat: deinde contusa, & trita cum sufficiente calce viua misceto, & locis prius extersis inde illinito, vsque dum leuitiginis ipsa leuce similitudinem præ se ferat: atque deinde fici succum recentem supra istam illitionem inducito, ipsamque leucem solem aliquamdiu confricabis; & ne vicinas partes exulceres, obseruabis. Egregie autem auxiliatur, quod in hunc modum paratur.* Nucum iuglandium adhuc acerbarum exteriorem corticem viridem detrahito, & fici nigræ syluestris ramulos amputato: ad hæc lithargyrum conicies, ac cum aceto cocta conteres; & postquam ad vnguenti formam reduxeris, in sole *illinito*. Ls decoquendo & hordei grana septem addito: hinc enim sufficientis decoctionis signum erit, vbi videlicet hordei grana cocta apparent. *Fortiora iam dictis*
431 *sunt* fulphur viuum, veratrum, sandaracha, chalcanthum, alumen rotundum, *&* scissile, ventres cantharidum, sal ammoniacum, nitrum, *& similia: e quib. vnguentum confici potest, vt* ℞. sulphuris viui, nitri ana ʒij. alum. scissi, rotundi, ellebori albi ana ʒj. salis ammoniaci ʒß. farinæ lupinorum ʒij ß. *redacta in puluerem cum vng. flauo* (citrinum vocant) *quod satis est, excipiantur. Porro cutis prius quam medicamenta adhibeantur, nitro fricanda erit. Sunt etiam qui prius acu transfixam pungant, quoad cruor emanet. At nonnulli* (Paulo Aegineta dicente, lib. 4. cap. 5. de Leuca) *adustionem illam quæ ferramento candente administratur, in leuca probarunt, sed ita vt hac vel sola valetudini sufficeret. Alij vero inde dolorem cicatricemque, secuturam veriti, vt quæ non minus ac leuce indecora sit, medicamentis crustam inducentib. qualia & cicatricem* *aiunt concolerem efficere, vsi sunt. Alij & horum inefficaciam repudiantes, tincturis vti maluerunt, impostura potius, quam auxilij rationem habentes; quæ sane omnium maxime vitari debent, quod affectus celeriter renoscatur. Itaque subiectis vti medicamentis, consilium est, nempe* adarces, cachryos, sulphuris viui, singulorum paria pondera, *tusa & incerniculo priuatim creta, deinde simul cum aceto in pollinem satis multis diebus detrita, in sole illinuntur, non vniuersa, ne cutis exulceretur. Procedente autem tempore* veratri, *&* gallæ *similiter momentum adijcitur. Aliud:* Fici nigræ surculos, aceto imbutos, contritosq; misceto, aphronitro, sulphuris ignem non experti, myricæ fructus pro flagulorum modo, vbi nitro cutem defricaueris ipsis fol. perungito, animum attendens ne exulceretur. *Archigenes autem fici* foliis, calcis viuæ quod satis est, *mixto, similiter vsus est, vel* infricatas, *inquit,* leucas albo veratro, donec sudore diffluentes reliquo corpori concolores fiant, illinito sinopide, vel mediade; vel acu transfixa punctas, quoad cruor emanet, illinito sinopide, cum aceto; vel prius abstersis, vt est comprehensum, perungito, fici liquore recenti, & folio eiusdem affatim infricato. *In vitiligine albo vitiosus quis neq; pituitam, neque atram bilem in corpore aceruat, instituendus. In albo igitur, principio quæ pituitam deducunt medicamenta; in nigro, quæ melancholicum humorem euacuant, exhibenda sunt. Vtrique igitur* (inquit idem Paulus lib. 4. ca. 6) *commune prodest auxilium,* viua calx aqua soluta, *aut* dracunculi radix cum aceto illita: *similimodo* vtrumque veratrum, *est enim efficax est, itemque,* lupi-
norum amarorum decoctio *supe fusa, eorumque* fa- 432
rinæ ex aceto, vel oxymelite inductæ. *Iam* capparis radicis cortex cum aceto, liliiq; radix cum melle, cepe ex aceto in sole peruncta, crocodili terrestris fimus *idem præstat: efficacia est & in* sturni excremento. *cum sturnus oryzam duntaxat ederit: eademque, vti est in sepiæ* testa concremata. *Compositum vero præstans est,* Alcyonii, nitri, singulorum pondo sextans; veratri albi, sulphuris viui an. ℥j. *Nonnulli vero & flores vini combustas adijciunt. Vel* ℞. sulphuris ignem non experti, nitri, spumæ ana ʒiiij. sem. rorismarini gr. vii. *terantur cum aceto. solum vero alphum perungito, sed ita vt integram partem non attingas. siccatum medicamen aqua frigida eluitur. Aliud:* Erui farinæ lib. j. crucæ seminis, amygd. amar. cucum. syluestr. rad. ana lib. j. *mulso simul leuigato delinuntur; & hora interposita per spongiam abluuntur. Facit etiam ad ephelidas, varos & clauos. Ad alphos albos experta, ex eodem;* Sulphuris ignem non experti sextarii duo, calcis viuæ candidæ ℥iiij. albumina ouorum quinque, olei nardini & aceti momentum, *sulphur primum in pollinem cogitur, mox oleum nardinum ei superinfunditur; rursusque augetur; deinde acetum instillatur, & iterum teritur: calcem vero priuatim lotam semel bis terve, sulphuri adijcimus, vna cum ouorum aquato; & denuo conterimus: collectus humor effunditur. pauxillum vero relinquentes, vt vnguentum queat illini. in hunc modum vtimur. Aliud Archigenes:* Sulphure viuo, fici foliis aridis, aphronitro, alcyonio,
terea

Cura leucæ secundum Græcos.

Aetius.

Archigenis remedium.

Vitiligenis alphe curatio.

Ad alphos albos experta.

terra cimolia, myrto & aceto vtitor. *Vel* fici folia,
quæ in vmbra exaruerint, sulph. aluminis ana cũ
Priuatim ad nigros albos. aceto inungitur. *Priuatim nigros exterit efficaciter*
landaracha, cum sulphuris dimidio; *sed cute intro*
prius defricata, in sole perungitur. Albos vero tollit a-
tramenti sutorii, æruginis æqualis modus, nitri
Ad albos. duplicatus sine pingui infricatus, *perungiturque:*
vel cachryos, sulphuris viui, adarcæ aquæ portio-
nes, ex aceto *infricantur, illinunturq; cũ inaruerint,*
abluito, locum perfricans. Idem facit & Lençis. Sed &
Arcanum. *hoc secretum est pro alpho seu morphea:* Accipiantur
tres vel quatuor lacertę virides & crassæ, & abscis-
sis capitibus & cauda, & eiectis interioribus de-
coquantur in oleo communi vsque ad dissolu-
433 tionem ipsam: & illud oleum infrigidare per-
mitte; & pinguedine superuatãte reseruata, mor-
phea inungatur, præcedente forti frictione cum
panno crassiore, & puluere tartari; quousque san-
guis emanet. deinde inungatur locus affectus pdi-
cta pinguedine. *idem potest fieri de serpentibus. Nũc*
ad alias maculas progrediamur minus molestas &
malignas.

OBSERVATIO IV.

De lentigine & panno faciei.

NOBILIS puella cum lentigines in facie ha-
beret, ac nos consuleret, quibus modis ab ea
liberari posset; consului vt aqua e cochleis destil-
lata vteretur: illa enim mirum in modum lenti-
gines delet: quemadmodum & panis e furno ca-
lide extractus, & calatho vimineo contectus, olla
etiam supposita, si inde rore defluente lentigi-
nes liniantur: mirabile enim est. Vel *sal ammonia-*
cum siccatum in Sole ad ℥ j ß. iniice in ℥ iij. *olei*
tartari, & per 20 dies Soli exponito. hora somni
lentigines eo tangantur. mane digitis melle fri-
cato: postea linteo madefacto aqua clara faciem
abluito. Vel vt solo *oleo tartari* liniret, imperaui.
Vel *albumina ouorum q v.* ouis ad duritiem coctis
abiectis vitellis in alembico destillato, & vtitor;
maculas faciei delent. Sed & hoc ad pannum fa-
ciei efficacius est: ℞. *lixiuij barbitons.* ℥ iij. *olei tar-*
tari ℥ ij. *saponis albi rasi* ℥ j. bulliant omnia simul,
quousque materia densetur ad formam mellis.
sub noctem inungito: mane linteo detergito; id-
que diebus interpositis peragito; interim cauen-
do ab aere, radio solari, & igne: domique maneat,
cum hoc remedio vtetur.

SCHOLIA.

φακοὶ. LENTIGO *in facie potissimum & in manibus,*
nonnumquam in pectore emergit lentis magnitu-
dine, colore fusco, crebris quasi guttis dispersa. His fa-
434 *miliaris est, qui ruffo sunt pilo. Interdum, hiemeque*
præsertim, sponte delentur aut disparent: æstate vero
reuirescunt, ac crebrescunt. Accidunt vt partibus
ceteris maculæ, palmæ interdum magnitudine, colore
etiam fusco (vt de domicella Heutera antea disi-
mus) *& quæ quibusdam temporibus & oriuntur &*
desinunt, quæ quoniam naturæ eiusdem sunt, in id
Caussa. *quoque genus pertinent. Has autem constat ex me-*
lancholico succo nasci, qui ex viscerib. in cutem sit ef-
fusus. Interdum etiam peculiari cutis vitio & affectu
contrahuntur, quo illius alimentum, etiamsi purum
sit, corrumpitur, alienumque colorem subit. Cutis e-
nim extrinsecus infecta, suum pariter cibum mutat,
quemadmodum & maculæ ab ortu primave confor-
matione, vt signa quædam nobis inusta, nulla possunt
ratione deleri: & quamuis nonnumquam obscurentur,
tempore tamen virescunt, aliæ quidem cum maturis
fragis *aut* cerasiis, *aliæ* vindemiarum, *aliæ alio tem-*
pore, aliove cœli statu. Quinetiam vt exanthemata,
ita etiam aliæ quædam maculæ, venenatæ qualitatis
contagione sine pustulis efflorescunt, tum colore tum
figura variæ; atque etiam interdum inauditæ; idque
vel aeris inquinamento, vel hausti veneni pernicie,
vel virulentæ bestiæ morsu; quæ non nisi exstincta ve-
nenata qualitate deleri possunt, vt in libro De vene-
nis diximus. *Verum de maculis & quæ exanthema-*
tum modo in cute efflorescunt, maxime in febribus, de
iis suo loco diximus. Sed hic rursum breuiter de lenti-
gine dicamus. Sunt autem lentigines, vt Gordonius *Gordonius.*
partic. 5. 4. cap. de lentiginibus faciei scripsit, *infe-*
ctiones cutis faciei vt plurimum, & aliquãdo cutis to-
tius corporis. atque istæ infectiones modo a caussis ex-
ternis *originem habent, vt ex nimia caliditate solis,* *Caussa externa.*
aut propter aerem corruptum, vel simile quid. Vel a
caussis internis, *vt propter crisin, aut propter reten-* *Interna.*
tionem menstruorum, aut hæmorrhoidum, & aliarum
superfluitatum assuetarum euacuari, vel propter bo-
nitatem naturæ mundificantis corpus a superfluitati-
bus, aut propter malitiam humoris exterius resudan-
tis. a menstruis repressis plerumque oriri videmus in
grauidis, cum menstrua detinentur: nam tunc panni
in facie maxime apparent. Signa caussarum exter- *Signa.*
narum, *vel si menstrua retineantur, ex sermonibus*
ægri facile discernuntur. Si propter crisim fiat, cogno-
scetur ex alleuiatione morbi, quia & febris cessat. Et
si fuerit ex bonitate naturæ, est sine mordicatione &
dolore. Nam multas puellas noui, quæ haberent e-
iusmodi nephelides, eo quod calidioris naturæ essent, 435
vel maxime procliues ad Venerem, forte quia non sa-
tis menstruantur. Si autem fuerit ex malitia materiæ,
semper concomitantur aliqua mala accidentia, sicut
est pruritus, dolor, debilitas appetitus, & similia. Et si
sit ex melancholia, ad liuorem & nigredinem, & si sit
infectio cutis ex sanguine, ad rubedinem verget, ex bi-
le, ad citrinitatem; ex phlegmate, ad albedinem. Si est
ex sanguine corrupto, est color cutis sicut sanguis mor-
tificatus. Si lentigines & cutis infectiones in febrib. ve- *Prognostica.*
niant ante signa digestionis, & in die non critica, signũ
est pessimum, & lethale: quare in talibus cutis frequen-
ter est inspicienda Sed in rufis puellis, *absque febre ni-*
hil mali aut molestiæ portendit. Unde & Cornelius
Celsus lib. 6. cap. 5. de varis & lenticulis & ephelide, *Celsus.*
ita scribit: Pene ineptiæ sunt, curare varos & lenti-
culas, & ephelides. Sed eripi tamen fœminis cura
cultus sui non potest. Vari, *idem inquit, &* lenticu-
læ vulgo notæ sunt, quamuis rarior ea species est,
quam φακὸν Græci vocant, cum ea sit lenticu-
la rubicundior & inæqualior. Ἐφηλὶς vero ple- *φακὸν.*
risque ignoratur: *quæ* nihil est, nisi asperitas quæ- *Ἐφηλὶς.*

dam & durities mali coloris. *Lenticulam tollunt* galbanum, nitrum, *cum pares portiones habent, contritaque ex aceto sunt, donec ad mellis crassitudinem venerint. His corpus illinendum, & interpositis pluribus horis mane eluendum est, oleoque leniter vnguendum. Ephelidem tollit resina, cui tertia pars* salis fossilis, *&* paulum mellis *adiectum est. Paulus ad ephelidem & lenticulas,* terræ cimoliæ torrefactæ congio semis, aphronitri tosti ʒ viii. erui siliquæ ʒ iiij. fellis taurini, eburneæ scobis ana ʒ viii. *leuigatis facies defricatur. Vide & eundem* lib. 3. cap. 25. de faciei vitiis, *vbi ad facies nigritias vtitur pastillo peponato. Sed, vt ad neotericos redeamus, Gordonius hanc curationem de lentigine inscripsit, quamuis hæc ipsa etiam ad maculas alias pertineat, & cutis infectiones diuersas:* nam si infectio, *inquit*, sit in facie, & corpus sit plethoricum, & sanguis dominetur

Curatio lenticulæ. *Ad ephelidem.* *Curatio neotericorum.*

vniuersaliter, phlebotomia in basilica; sin sit repletio & infectio in toto, ex mediana, in fa-

436 cie vero, ex cephalica: in facie quoque possunt fieri ex saphena scarificationes de tibiis, aut inter spatulas, aut sub mento: & purgetur humor peccans. *Sed sciendum est, quod si fiat infectio cutis ex aliis humoribus, quam melancholico humore, tunc non sunt propriæ lentigines, & alio colore imbuuntur, nam lentigines semper vergunt ad quandam fuscedinem; & apparet defœdatio maculosa ad modum lentium: & ita sunt lata, rotunda & coloris vergentis ad fuscedinem: tamen quædam melancholia est multum crassa; & ex ista caussantur in partibus inferioribus pustulæ, scabies, & malum mortuum. Si autem fuerit materia minus crassa, tunc ascendit ad faciem, & non potest euaporari; & ideo caussat lentigines. Cholera autem de facili euaporat, nisi fuerit incrassata ratione admixtionis vel adustionis.* Ceterum *ad lentigines faciei post plenariam corporis mundificationem fiant vnguenta, illinitiones & aquæ, & similia ad mundificandam cutem: & sunt ista materialia: nempe,* farina hordei, fab. fœnugræci, lupinorum, amygd. amar. furfur, calx, vitriolum, nitrum, myrrha, sal ammoniacum, conchylia marina alba, corall. crystallus, been alb. & rub. amylum cand. penid. liquiritia, lac ficus, arsenicum, sublimatum, fella auium viuentium ex rapina, aqua tartari, raphani, porri, dragonteæ, lilii: flores sambuci, fabarum, fumiterræ, succi maioranæ (*& propriæ in sanguine mortificato recenti, quia in antiquato scarificatio est necessaria*) rutæ agrestis: cortex citri, acetum album, vinum album: colatura furfur. farina oryzæ, lac foliorum ficus aut extremitatum aut ficuum: aut aqua decoct. istorum. *Imo decoctum ficuum ex se naturam euacuat, expellendo exterius. Ex his fiant apta remedia. sed quia hæc ad fucum & ornatum spectant, de illis alias latius agemus. Huc spectat* ecchymoma, *cutis defœdatio: est n. nihil aliud, quã sanguinis per cutẽ effusio, atque concretio. Effunditur autẽ tenuibus exilibusq; venis in cutem sparsis, quæ ob sanguinis copiam, aut tenuitatem, aut acrimoniam, vel anastomosi, vel diapedesi reserantur: crebrius vero vel labore immo-*

Simplicia medicamina ad faciei lentigines. *Ecchymoma.*

dico vel contusione ex ictu casuve rũpuntur. Ex his ergo sanguis per cutem effusus coit, modo cum leui tumore ac dolore, modo citra hæc: eiusque colore inficitur cutis: primumq; liuescit, ac tum affectio pelioma Græcis nuncupatur: deinde & nonnunquam nigrescit, 437
estque tum melasma: vtraque nobis sugillata dicuntur. Ad hæc radiculæ corticem cum melle detritum impone: hoc & veteribus efficax est. Porro *ad vetusta faciei sugillata & liuores*, tordylii partes duas, terræ samiæ partem vnam cum melle *admoueto, cura adhibita ne exulceretur. Ad liuorem faciei contusum facit* faba imposita. *vide* lib. 5. Cels. *& eiusdem malagmatis descriptionem ad liuorem faciei contusæ vide & Paulũ* lib. 4. cap. 30. quomodo ecchymoma curetur. *His autem suggillatis minora sunt stigmata, minoresque vibices; quæ iis relinquuntur ex flagellis. Stigmata curabis (inquit Paulus* lib. 4. cap. 7. *ad stigmata, ex commentariis Archigenis) si quod macula adhærescit,* aceto *quam* acerrimo *illinas, vel* calcis viuæ partem vnam, *miris* tosti fului dimidiam, *cum* aqua *in sole illinas. At vbi exulcerationem fuerint experta, cicatricem tamquam vlceri inducito. Oribasius tradit* ranunculum illitum, *vel* capparis folia, stigmata *abolere. Reliqua q̃ huc spectare videntur, vt ad lentigines, & maculas a sole prouocatas, vide Aetium* lib. 8. cap. 10. & 11. *ad ephelidas,* cap. vero 12. *de stigmatis siue notis a verbere illatis, quæ in alia quapiam corporis parte vel in facie infliguntur, quales quoque notas videmus in manibus eorum, qui militiam exercent. Ad eos qui flagris cæsi sunt, & & vibices, Paulus*: Cerussæ, argenti spumæ æqualis portio, ceræ quadruplæ, cum susino aut rosaceo emplastri modo inducitur, primo die priuatim susino solo vtitor: vel croci drachma, tragacanthi tantundem, ouum integrum imponuntur. *item* pellis ouis recens excoriatæ calens adhuc circumdata, quolibet efficacius die vno & nocte persanat. *Sed hæc satis de maculis, nunc denuo ad pustulas reuertamur.*

Πελίωμα. Μέλασμα. Ὑπώπια. Στίγματα. Vibices. Μώλωπες. Ad vibices lib. 4. cap. 12

Observatio X.
De lichene.

FILIA Guilhelmi de Berendrecht secretarii Haghani, iuuencula 18. annorum cum lichenem in palmis manuum & circa instertitia digitorum admodum fœdam haberet, quam Vulgares *Teter seer* appellant, nec vllis remediis curari
posset, tandem vniuersalibus factis euacuationi- 438
bus hoc nostro vnguento eam curaui: R. *litharg. auri & argenti per noctem in aceto acerrimo infusi & macerati ana* ʒß. *sulphuris viui* ʒj. *pul. ellebori nigri* ℈j *succi limonum* ʒj. *axungia porcina, & butyri loti in aqua ros. ana* ℥ß. *cera modicum.* fiat vnguentum molle, secundum artem.

Scholia.

DE *lichene seu impetigine egimus* lib. 2. obs. chirurgicarũ, obs. 10. 11. 12. & 13. & in Scholiis earundem obseruationum, & Scholio 14. *Serpigo a Gordonio*, vti dictum est quoque in locis, *ad impetigi-*

petiginem refertur. quare ad ea loca recurrendum. Hoc vnum arcanum his addam, valens ad serpiginem puerorum, maxime faciem occupantem, quam vulgares appellant Springent vier. *Creta puluerizetur, & misceatur cum succo* ſemperuiui, *ad crassitiem linamenti: quo locus inungatur. statim exsiccat* ſerpiginem, phlyctenas, ignem volaticum *vulgo dictum. eo remedio diu ante nos Christophorus chirurgus Delphis commode in pueris vtebatur. Leonus impetiginem etiam ad tumores permistos refert: quare & hic de ea mentionem fecimus: quamquam ad tumores biliosos alij referant: & ideo* lib. 2. præcedente

Parotides. *latius de eadem scripsimus. Sed ipse Leonus parotidas quoque ad eosdem tumores permistos refert, quas modo a sanguine, modo a bile, modo ab humore pituitoso, quandoque a melancholia, post aures vel in aliis emunctoriis fieri scribit. Sed quia de istis diximus* lib. 12. Obſeruationum noſtrarum medicinalium, obſeru. 16. & 17. & 18. & in Scholis earundem, *de iis nunc dicere supersedeo: hæc pauca solummodo adijciens, quod post aures maxime fiant: & si sit parotis a sanguine, habet dolorem, rubedinem, grauitatem & loci affecti circumtensionem, atque ad tactum resistentiam. Quæ autem fit a materia subtili & biliosa, magnos quosdam cruciatus inducit; locus non ita tumidus, neque rubeus, sed citrinus apparet; dolor sine grauedine, sed admodum ardens percipitur. Parotis a pituita, grauat quidem, sed cum nullo fere dolore: locus ad albedinem potius, quam ad rubedinem ten-*
439 *dere videtur; & ad tactum, sicuti œdema, resistit. Quæ vero magis ab humore melancholico & crasso ducit originem, neque rubedinem habet, neque dolorem infert;*

Auic. lib. 3. fen. 4 tract. 1 *at tumorem quendam scirrhosum repræsentat. Parotis illa magis salubris, quæ fit per viam crisis; quæ autem fit cum crisi, cum qua non est signum maturationis, vel quæ præcedit horam crisis, mala. Reliqua ex locis citatis pete. Adijciemus tamen his aliqua exempla curationis.*

OBSERVATIO VI.

De parotide.

IN parotide illa, quæ in iuuene poſt aures a ſanguinis miſtione fiebat, venæ ſectionem ex cephalica eiuſdem lateris fieri mandauimus: deinde cataplaſma leniens ex farina *hordei, fænugr. & sem. althææ & chamomilla cum aqua mulsa* adhibuimus. egregie valet & cataplaſma, quod ex *rumice & axungia* inſulſa conſtat. emplaſtrum quoq; ex *diachylo* ſeu ex ſuccis contulit. At alteri, qui parotidem ex tenui feruentique ſanguine, & in bilioſam naturam conuerſo inſtar eryſipelatis haberet, *ouum* cum *chamæmelo* & *sapa* admoui: commendatur & *hyoscyamus*; *lapathum* cum *axungia* leuigata & obducta, bis die aut ter immutata. Ex pituita vero *terram cimoliam* cum *aceto* & *lapatho* recte impoſuimus, prius *butyro* inuncto. Sed & calx lota inuncta probe tumores œdematodes diſcutit. Scirrhoſæ vero *picem liquidam, seuumque taurinum, hircinum, vitulinum* aut *ceruinum, bdellium* & *styracem* (ex Tralliano) commode applicuimus.

SCHOLIA.

Curatio parotidum a sanguine. SI a sanguine parotis oriatur, victus conueniet, quales in tumoribus phlegmonosis superius a nobis descriptus est. Post sanguinis detractionem mitigatoria adhibento, vt emplastrum Menasis leniens: vt* R. axungiæ porcinæ lib. ß. colophoniæ ℥iij. argẽti ſpumæ lib. j. vini opt lib. ij. *misce. & secundum artem conficiatur. reliqua adijce ex* lib. noſtro 14. *vbi aurium vitia explicuimus, & parotides* ſchol. obſ. 10. 11. 440
Si ex biliosa materia (ex Tralliano) *valet compositio ambrosia dicta, vt* R. croci ℈iiij ſpumæ argenti ℥ j. *A bile.*
olei roſ. ceræ ana ℥ ß. adipis porcinæ ℥ ij. mellis ℥ j. cremoris ſem. lini q. ſ. *misce, & secundum artem confice. Hoc quoque medicamentum calidis affectibus opitulatur, quod habet* ceræ ℥ v. olei chamomill. roſ. ana ℥ ij. ouorum lutea num. vii. farinæ fabaceæ ℥ iiij. *misce: & parato vtitor. Ad parotides œdematosas, præter ea, quæ diximus,* erui cum melle applicati, aut mulſa, *valde siccantem discutientemq; vim obtinent.* *Curatio parotidis œdematosæ.* *Vt vero scirrhosas discutiamus & emolliamus, præter seua illa clarum est calidiora olea, vt* chamæmelinum & roſaceum, *parotidibus ex frigido obortis, vbi febris non adest, melius adhiberi: quemadmodum & infrascripta emplastra:* *Curatio parotidis scirrhosæ.* R. ſpumæ argenti lib. j. ß. ceruſſæ ℥ viii. ß. aquæ marinæ ℥ xii. ß. olei veteris ℥ ix. buccinorum combuſtorum ℥ iij. ß. ceræ ruſæ ℥ iiij. ß. terebinth. ℥ iij. thuris ℥ ij. *Emplastrum Ariobarzanium.* *misce, & confice emplastrum secundum artem. Quod sequitur,* diaſtruthiu *vocatum, non modo parotidibus confert, verum & strumis scirrhosis, durisque condylomatis, neruorum vulneribus, incipientibusque panis, visceribus scirrho induratis, & stomachi abscessibus;* tophos diſſoluit; *denique medicamentum est multis accommodatum:* R. herbæ lunariæ, quæ ſtruthion dicitur, ammoniaci ſuffiminis, ariſtolochiæ rotũdæ, galbani, ſquamæ æris, mannæ thuris *Emplastrum Diastruthion.* ſpumæ argẽti ana ℥ iiij. reſinæ piceæ, ceræ ana lib. j aceti ſquillitici lib. ij. ß. olei veteris lib. vi. oleum, *argenti spumam, & acetum coquito, dum manus non inquinent: deinde lebete humi posito, adijce* herbam lanariam, ammoniacum, ſquamam & galbanum: *inde rudicula agitans, adiungito* mannam thuris & ariſtolochiam; *coquitoq;, donec in crassitiẽ coierint. Si tumor nihil, quod notari possit, imminuus ex medicamentis & cataplasmatib. discutiendi facultate præditis appareat, sed etiam dolor perseueret, necesse tandem est, vt ad ea, quæ suppurationem excitare & materiam possunt coquere, digrediamur. Porro materiam in pus tum mutari inde tibi innotescet, cum rigor præter rationem & febris oboriatur, quæ prius non erat, dolorq; maior vrgeat. Sunt multa simplicia, quæ suppurationi conferunt; quæ tamen breuitatis caussa prætereo. inter composita hoc vnice laudatur.* R. axungiæ, fari- 441
næ pollinis an. lib. j. ſapæ ℥ iiij. oua anſerina num. iiij. *Hæc probe leuigata & in panniculum illita applicato, continuo immutans. Insuper medicamentum, quod sequitur, multum iuuat, vt celerius fiat suppuratio, & humores crudi, coctionisque expertes concoquantur: idem etiam humores in pus conuersos extrahere consueuit; quin & humorem insidentem per tenuem,*

& a visceribus remotos meatus latenter elicere, vt cicatrices postea tenues, & quodammodo obscura appareant; cuius medicamenti talis est descriptio: R. fermenti, resinæ piceæ lib. j. ceræ ℥ viii. apochymatis salis cõmunis, galbani, seui taurini ana ℥ iiij salis floris, picis ana ℥ j. saponis Gallici ℥ iij. *hoc medicamentum ita præparatum, non modo parotidibus, verum etiam aliis abscessibus accommodatur, vbi affectum vtrisque indigere putaueris: nempe vt humores in pus iam mutati excernantur; qui autem mutati non sunt, concoquantur. Vide plura apud Trallianum* lib. 3. cap. 10. de parotidibus, *& reliqua ex locis iam citatis pete. A parotidibus ad alios tumores permistos ipse Leonius descendit, nempe ad* variolas *&* morbillos. *Sed quia de istis abunde disseruimus, tum de curatione eorundem tumorum*, lib. 6. Obser. & Curationum nostrarum medicinalium, *cum de febribus scriberemus, hic nihil dicemus: nam istos tumores toto illo libro integre pertractauimus:* Deinde *quãnis* arthritidem, podagram, chiragram, *imo & ischiadem ad tumores permistos idem Leonius* in method. sua curandi *tumores, refirat; nos hic tamen de iis nihil dicemus; vtpote cum* lib. 27. Curationum nostrarũ medicinaliũ *ea ad vnguẽ descripserimus, ita vt non opus sit hæc eadem denuo hic refricare. Quare beneuolus lector loca iam citata perlegere poterit, & huc transferre. Reliquum igitur est, vt de varis seu ionthis, seu pustulis in facie apparentibus, cossis vulgo Italis dictis, agamus: & ita ad scabiem & alias pustulas perueniamus; cum hæc iam dicta etiam ad tumores permistos referri possint; prætermissa tractatione de morbis articularibus, de quib. prius loco iam citato dictum est; atque etiam curatione luis Gallicæ, quæ a quibusdam vna cum scabiei curatione describi solet: nam & de hac peculiari libro abunde egimus.*

Observatio VII.

De varis seu ionthis aut cossis, vel pustulis apparentibus in facie: per modum consultationis.

442 SCripsisti mihi, Iacobe Torneburchi, ad
uocate doctissime, & cognate candidissime, vt
pro pustulis in facie apparentibus tibi consilium
seu remedium transscriberem. Istis itaque pustu-
lis seu tumoribus paruis & duris in faciei cute ob-
orientibus, qui *vari* Latinis, *Ionthi* Græcis & vul-
go apud Italos *Cossi* seu *Coxi* dicuntur, nisi succur-
reremus, eiusmodi leues affectus elephantiasim
quandoque præsagire solent, aut in callum con-
creti difficilius curabuntur. Fiunt autem plerum-
que ex crasso humore, cum tenui quadam sanie,
vt Galenus de remed. parat. facil. cap. 2. refert. De
varis autem & Celsus *lib. vi. cap. 5. egit.* Sed & præ-
ceptor meus carissimus Benedictus Fauentinus
quondam primarius lector Bononiensis, *in sua
Empirica de cossis & pustulis apparentib. in facie cap.
vi.* tractauit: quẽ & nos in hac consultatione ma-
xime imitaturi sumus. Hoc tamen inter caussas
addendum quod in his nostris regionibus pleri-
que crapula cereuisiaria vtentes, aut vino conti-
nuo sese implentes, eiusmodi pustulis sæpe affici-
untur, vt omnis generis lapides supra nasum & fa-
ciem, vt topazios, sapphiros, turcesios cernere te
putes, vti Gualtero Cornelio Alcmariano conti-
git, vt faciem magis pustulosam vix vnquam vi-
derim. Sed quod ad curationem attinet, initio quẽ-
do, mi cognate, vestigia Benedicti Fauentini præ-
ceptoris nostri, instituenda victus ratio, quæ mi-
nime multiplicet sanguinem cholericũ aut phle-
gma salsum, cum secundum plurimum harum
pustularum materia immediata sit sanguinis acu-
ti vel choleræ multitudo, vel ipsius salsi phlegma-
tis. Cauebis igitur ab omnib. cibariis calidis, quẽ-
admodũ sunt carnes quibuscunque condimentis
commixtæ & conditæ: multus item vsus ouorum 443
quantumcumque recentium, omnesque res sal-
sæ, & ex salsis omnia parata condimenta, tales af-
fectiones progignunt: ita omnia piperata, id
est, condimenta facta ex pipere, quibus asso-
ciatur *Zinziber, cinamomum, garyophylli, macer,*
& alia huius generis. Cauendum quoque a coi-
tu, tamquam a re admodum obnoxia, cum ex
coitu immoderato humores exacuantur, & fi-
ant tunc materiæ præparatæ ad generationem ta-
lis affectionis. Primo itaque ad minorationem
materiæ accipies infrascriptum bolum, per duas
horas ante prandium: R. *floris cassiæ noniter tra-
cta* ℥ j. *carnium thamarind.* ℥ ß. misce, & fiat bolus
cum zach. Sequenti vero die vtile esse existimo,
vt sanguinis missio fiat ex hepatica cubiti dextri
cum extractione sanguinis sex vnciarum, vel
prout videbitur crassior aut nigrior, & virtus fe-
rat. Die autem sequenti, pro alteratione tem-
peraturæ calidæ hepatis, capies in diluculo se-
quentem syrupum: R. *syr. de succo acetosæ, de suc-
co endiuiæ ana* ʒ vi. *de fumoterræ* ℥ ß. *aquar. sem. com.
frigid. lupul. fumiter. ana* ℥ j misce. & ter reitere-
tur. Demum iterum laudo vt fiat phlebotomia
ex saluatella sinistra manus, cum extractione *san-
guinis pondere* ℥ iiij. Deinde continuabis syrupum
vsque ad septem vices. Octauo vero die materia
iam satis parata & concocta, hoc modo purge-
tur: R. *sem. acetosæ, plantag. end. ana* ʒ ij. *quat. flo-
rum cordialium ana m. ß thamarind.* ℥ ß. *iuiubar. se-
besten ana num. 10. carnium prun. damas. pass. enu-
cleat. ana* ℥ ß. *bulliant. in s. q.* aquæ vsque ad con-
sumtionem medietatis: deinde cum colatura dis-
solue *floris cassiæ, recenter tracti* ʒ vi. *elect. de succo
rosar.* ʒ j. ß. *confect. hamech, diaprun. solutiui ana* ℈ iij.
& fiat potus. deinde quiesces post purgationẽ per 444
duos tresve dies. Demum post meridiem facias a-
pertionem venarum hæmorrhoidarum, cum ex-
tract. sang. *pondere* ℥ iiij. præcedente tamen clystere
leniente. Peractis vero his euacuationibus, tam
cum pharmacis quam cum phlebotomiis, vespe-
ri, cum cubitum eas, inunges pustulas vnguento
sequenti: & mane ablues totam faciem cum infra-
scripta aqua: R. *nucleorum persicorum torrefactorũ,*
& subtiliter puluerizatorum ℥ j. *succi plantag. sem-
perviuæ an.* ℥ ß. *cerussæ ablutæ* ʒ j ß. *cũ cera q. s.* fiat vng.
molle. Vel R. *succi citri* ʒ ij. *cerussæ* ℥ ß. *sarcocollæ* ʒ j.
fiat

salis communis ʒ j. *olei rosſ.* ℥ ß. *lithar g. arg.* ʒ vi. omnia simul in mortario bene ducantur: demum superaddendo modicum aquæ rosatæ, pone in pomo citri: bulliant duabus ebullitionibus, continue cum baculo bene ducendo. mane, vt dictum est, ablue hac aqua: ℞. *aq. rosſ. lib ß. aq. destillationis lapathi acuti* lib. ij. *corall. rub margar ana* ʒ ij. *camphoræ* ʒ j *puluerizentur puluerizanda*, & omnia simul bulliant vnica ebullitione: deinde colentur: & colatura vsui reseruetur. Vel hac aqua experta veteris præceptoris mei, descripta *in tract. de affectionibus, quæ cutim afficiunt cap. 6. de cossis*, ter vel quater in die abluendo faciem: ℞ *camphoræ* ʒ ij. *cerussæ ablutæ* ℥ j *cicerum rub. lib ß. interiorum melonum libr* j. *ouorum hirundinum num. x. margaritarum* ʒ ij. *sem. bombacis* ʒ iij. *salis communis* ʒ ij. *succi limonis* ʒ iiij *tartari vini albi* ʒ ß. pulucrizentur puluerizanda, & contundantur contundenda, & infundantur omnia simul in lib. x *aquæ destillationis lapathi acuti per duos dies naturales*. Demum omnia simul ponatur in alembico, & destilletur aqua: qua si vtaris modo dicto, procul dubio sanaberis ab huiusmodi affectione, vt spero. Vel si tibi nimis molesta sit hæc compositio, aliud vnguentum ad te mitto, quo multi, qui per quinq; & plures annos faciem pustulosam habebant, nec vllis remediis curari
445 poterant, curati sunt: ℞. *argenti viui saliua extincti. vel aceto vini fortissimi*, ʒ ij. *vitrioli albi* ʒ ij. *olei laurini* ℥ ß. agitentur diu simul, vt in vnguentum coeant. Vesperi inungito, mane aqua furfuris abluito Hoc vnguento nuper nobilem mulierem curaui, quæ per duos annos faciem pustulosam habebat, quę nullis aliis remediis, quam hoc curari potuit. His fruere, vir doctissime; & Vale.

SCHOLIA.

VALESCVS vatos, ionthos, *seu* cossos *videtur ponere* tract. suo chirurgiæ sub cap. 16. *de saphati, id est, de pustulis, rubeis & liuidis, vel albis circa nasum, cum rubore totius faciei. Fernelius ad pustulas sicciores etiam varos annumerat. Caussæ materiales sunt* (eodem Valesco auctore) *phlegma salsum, aut humores adusti, vt cholera adusta, aut melancholia adusta, quibus sanguis commiscetur. ideo & in declaratione de pustulis & rubedine extranea faciei sciendum est, primo quod hæc ægritudo fit ex sanguine crasso. cui admiscetur aliquando phlegma salsum, aliquando cholera adusta: quoniam isti humores mixti nutritioni mittuntur ad cutem, & corrumpunt ipsam, & in eā inducunt malam intemperiem; quia isti humores ratione adustionis igniunt* (sic enim loquuntur) *& ideo caussant ardorem & pruritum, & apparent in hyeme, propter mortificationem caloris, & spirituum, & propter coarctationem factam a frigore. Apud quosdam & hæc ægritudo* (eodem Valesco teste) *vocatur gutta rosacea, aliis vero dicitur* morphea rubea. *Cæterum signa huius affectionis sunt manifesta. At signa caussarum, si sit a phlegmate salso, hæc sunt*: adest latitudo pustularum, & sentitur pruritus in facie & circa eas, & pustulæ sunt humidæ, & aliquando ab eis exit humiditas, quæ modo est alba, modo cineritia Si est a cholera, pustulæ sunt acutę, tendentes in altum; & non adest humiditas, cuius ratio sit habenda; & adest citrinitas coloris in loco, & sentitur ardor & acuitas, & calor, maxime quando sumit species, vel res calidas, vel acutas: vel vinū forte sine aqua. Si fiat a melancholia adusta, adest liuiditas, vel fuscedo coloris, terrestreitas, & paruus pruritus & debilis: & si aliqua pustularum rumpatur. & violenter comprimatur, virulentia, quæ exit, est spissa, & coloris ceræ. Si est a sanguine, adest rubedo cum fuscedine circa pustulas & circa 446
totam faciem: & id quod exit a pustulis, est sanguinei coloris. *Hæc ægritudo est de signis præcedentibus lepram, & ipsam significantibus, maxime quando venit cum inflatione faciei & raucedine vocis: nam & rubor iste intensus in facie, cum pustulis, est quoq; valde curatu difficilis, & forte impossibilis, eo quod facies reuertatur ad calorem pristinum, & posito quod illæ pustula violenter cum medicinis remoueantur, tunc rubedo magis intenditur, quia cutis eiusmodi medicamentis subtiliata; & sic magis apparet sanguis sub cute subtiliatus. Verum quod ad curationem attinet tuberositatum & rubedinis faciei & pustularum circa nasum exsistentium, inprimis* secundum Auic. *oportet dimittere omne quod dulcedinem, salsedinem, & acuitatem habeat. Sed contentus sit insipido generante humorem sanum, in quo non est mordicatio: sed humectetur corpus humectatione æquali cum balneo frequēti: non tamen in eo diu moretur: & fiat euaporatio super vaporem aquæ calidæ: sæpe &* olea *&* adipes *adhibeantur, cum regimine humectante, & nutrimento humido. Si ergo fiat a sanguine, primo phlebotometur cephalica, deinde vena frontis, & quæ est post aures, vel quæ sunt sub mento: & ponantur ventosa inter spatulas, cum scarificatione. Caueat penitus a* cępis, alliis, sinapi, eruca, nasturtio, vino, *nisi sit acerbum, cum multa aqua. Capiat* lactucas, portulacam *cum* aceto, *& comedat* cucurbit. *& in decoct. istorum ponatur* acetum, *&* agresta *absq; aromate, præter* cuminum *&* crocum. *Vtatur* hordeato, auenato: *vescatur &* carnibus veruecum, *& comedat* pullos gallinarum, aues campestres, *& similia. Gubernentur* (inquit Valescus) *ac si haberent ophthalmiam ex caussa calida. Postea, ex mente Auic. euacuetur humor biliosus melancholicus, & phlegma salsum cum* myrobal. epithymo, aloe, *&* scammonea. *deinde offerantur, quæ mundificent residuū materiæ cum humectatione, vt est* aqua casei *&* fumiterræ. *Valet enim fumus terræ non solum in syrupis & decoctis, sed & in balneis & suffumigationibus; omnem scabiem, pustulas, & pruriginem curat, & mundat humores superfluos, intercutaneos & ad lepram dispositos sæpe iuuat. Et dicit Auicenna, quod* cura & regimen istius est 447
similis curæ impetiginis: *hinc & quidam*, vt Guilhelmus, *sub vno capite de duobus his affectibus egerunt. Digeratur autem materia cum syr.* de fumoterræ: *vel secundum Guilhelmum de Salyceto sic purgetur:* ℞. polypod. scolopend fumiterræ, epith. prunor. an. ℥ ij. *fiat decoct. in qua dissolue* ℥ j. mannæ granatæ, vel cassiæ. *Vel* ℞. epithymi ʒ ij. senę, fumi terræ, scamoneæ ana. ʒ j. ß. rhab. masticis ana ʒ j.

Caussa vari seu pustularum faciei et nasi.

Gutta rosacea.

Morphea rubea.

Prognostica.

Curatio.

Vide Auicennam 7. fen. 4 tract. 1.

fiant pilulæ cum succo polypodii *desis* ʒ j. *ego tamen minuerem dosin scammonea. Sedentibus dabitur* epithymi pul ad ʒ j cum sero lactis. *Deinde hoc vtere vng.* ℞ argenti viui, exstincti cum salina hominis ieiuni iuuenis ʒ j.ß olei rosſ ℥ iiij. cerussæ ℥ ß ceræ nouæ ʒ j album, oui vnius, litharg. optime puluerizati ℥ ß *omnibus incorporatis fiat vng. Facies prius inuncta* sapone saracenico, *vel in defectu eius cum* axungia gallinæ, *&* modico melle, *vngatur dicto vnguento, & teneatur per vnam horam: deinde lauetur cum aqua* decoct. absynthii, & fumiterræ, & polypod. *deinde reponatur. dictum vng. continuetur. Vel fiat tale alterans & albificans, secundum Guilhelmum:* ℞ acetositatis citri vel limonis, vel citranguli ʒ iij cerussæ puluer. *q. s. ad inspissandum,* argenti viui exstincti ℥ ß. *incorporentur omnia simul. Abstergit pustulas & consolidat, dummodo prius fuerint linita cum* sapone, vt dictum est. *Si autem fuerint a cholera adusta non indigent phlebotomia, sed mundificetur sanguis cum* epith. *&* sero caprino *&* polypodio *& fiat ventosatio inter spatulas, & sub mento. Post vniuersalia, quemadmodum & in aliis omnibus infectionibus cutis, vt est* morphea, lepra, serpigo, scabies antiqua, saphati albaras, malum mortuũ, *& ita vlceribus ex humoribus malis acutis valent hæc naturalia seu mineralia, & fuligines eorũ, vt* cadmia argenti, auri tutia. auripigmentum, sulphur viuũ & citrinum, cerussa, plumbum vstum, antimonium. vitriolum, baurach. fuligo camini & oris furni. *Ad eadem confert etiam* acetum, succus limonum, aranciorum, citri, oleum rosſ amygd. nucũ; storax liquida. oleum de tartaro, lac virginale, oleum vitellinum, succus asphodelorum & fumiterræ. *Ex his vel aliquibus eorum, potest fieri vnguentum, epithema. aliquando cum* sapone. *aliquando* sine eo. *Herba cum quibus fiunt lotiones, sunt* balsamita, rad. inulæ. ireos, lapathium acutum cum toto, borago, fumus terræ, absynth. scabiosa, polypod. *Ad componenda vnguenta deseruiunt* oleum de serpen-
448 tibus, iunipero, de tartaro, succus chelidoniæ, fi-
clæ, *& si cum istis commisceatur* vng. album camphorat. *vel de* litharg. nutrito, *erit melius, & minus fœtebit; vt sunt quæ constant ex* sulphure *&* auripigmento. *Valet &* lac virginale, succus siclæ cum melle, *&* tragacanth *etiam illud Auicenna, quod habet* litharg. scoriæ argenti an ʒ j amygd. amar. adustarum, rubeæ tinctorum ana ʒ iij *incorpora cum* aceto & oleo rosſ. *Sed &* caseus recens infusus in aceto *per noctem, ex eo facto epithemate, confert; &* arg. viuum exstinctum & incorporatum cum oleo amygd dul & amarar. & cera *Vide Auic. 7. 4. & Haly.* par. 2. lib 4. cap. 3. *Emollit autem primo cum* cera, oleo, sem. lini & muccilag. *deinde distemperat* croci, nitri, sulphur. condisi ana p. æ. cum aceto, *& oblinit faciem. A melancholia adusta purgetur cum* epithymo, sena myrobal. indis, polypod. querc. cum aqua casei. *Purgato corpore, appone* sanguisugas *locis affectis, & exsugent sanguinem melancholicum aperiantur hæmorrhoides, & fiat, vt dictum est* obscruationе præcedente. *Prosequendo autem vestigia aliorũ, qui Græcorum & Latinorũ dogmata tenent, varis cômodissime tolluntur imposita resina & alumine scissili pari pondere, cum modico* melle. *Facit & ad varos acetum acerrimum, cum melle pari mensura mistum, digitoq; infricatũ. Vel ex* amygdalis amaris *aceto dissolutis, ac curiosius tritis pastillos formato, atq; in vmbra dissecato: vbi autem vsus postulabit, dilutum ex his aliquem aceto varis inducito; & simulatq; aruerit,* sapone *abstergito: Vel* ℞. pomatæ ℥ ij. sulphuris viui ℥ j lithargyrii, cerussæ ana ℥ ß. camphoræ ʒ ß. succi limonum ʒ j ß *misce, & fiat vng. quo loca m.. varis obsessum illinire poteris. Aliud ex Paulo, quod Varos. pilos & asperedinem faciei confert:* ℞ ceræ ʒ v. terebinth. ʒ ß. visci ʒ j *liquato vna, deinde superis funde atq; hoc medicamento faciem abstergito. Hisce adsice ea, quæ ad guttam rosaceam, ruborem faciei. & nasi varis et scripsimus* lib. 2. Obs. Chirurg. obs. 4. *de noli me tangere,* Scholio eiusdem. *Quidam laborans Romæ rubedine faciei, adeo vt pro leproso haberetur, hoc sequenti vng. curatus est:* ℞. Sulphuris viui ʒ iij z'nz. ʒ ij. *fiat decoctio cum vino albo ad spissitudinem; & cũ axungia recenti fiat vng. aliquando addebat* ʒ j piperis, *& hora serotina inungebat faciem: mane abluebat*
aqua calida *aut* colatura furfurum tepida. *Hæc* 449
quoq; aqua experta est: ℞ aluminis ʒ vi. succi plantag. brunellæ. acetosæ ana ℥ xii. alba ouorũ num. x. *omnia probe concutiantur, ac in alembico destillentur: lauetur facies aqua ista, & pannis lenis siccetur. Nunc ad alias pustulas procedamus.*

Paulus lib 3. cap. 25.

Faciei rubedo.

Si fuerint a cholera adusta.

A melancholia adusta.

Ad Varos, ex Celso.

OBSERVATIO VIII.

De pustula quadam elata ad magnitudinem fabæ Ægyptiacæ in gena sub oculo.

AVGVSTINVS Tylingius, filius Iacob de Tylingen Dordraceni, fororitmei, adolescens septendecim annorũ, cum pustulã quandam haberet in gena sub oculo elatam, rubicundam, ad fabæ magnitudinem, satis rotundam, a qua curari Dordraci nõ poterat, tandem a patre ad me transmissus est. Erat autẽ purpurei coloris ea pustula, & subdurior, instar furunculi. Optime comedebat, nulla febre afficiebatur. Venerat a ad me tertio die Octobris, anno 1558. & cũ pustula sub oculo esset, metuebamus, si ad maturationẽ veniret, ne in fistulã abiret, ac visui obesset. Ideo & Ioannem chirurgum seniorem apud templum Diui Hippolyti habitantem ad consilium & curam adhibuimus. Conclusimus itaq; ac statuimus, vt corpus primo vniuersaliter ab omnibus humoribus superfluis expurgaretur: nã interdũ resoluebatur illa pustula, ac aliquantisper disparebat, sed denuo sæpe redibat, cum adhuc Dordraci esset hic adolescens. Quare pro præparatorio medicamento, sequente potione vtebamur: ℞. *betonicæ, fumiterræ. scabiosæ, centaurii minoris, viol borag. cicoreæ ana* m j. *sem. anisi* ʒ j *sem. coriand. præparati, sem. ar. d. sem 4 frig. maior. ana* ʒ ß. *pruner. damasc.* num. xiii. *hordei mundati* ℥ j *vuar. pass. ab arill. mund* ℥ j coquantur in 450
sero lactis, *pro lib* j. addendo syr. de *fumoterra* ℥ j. ß. *syr. viol. e stœchade, de cichor. Nicol. cum rhab. an.* ℥ ß. misce pro apozemate. Deinde ℞. *fumiterræ* m. ij. *betonicæ, cẽtaurii minoris, scabiosſ. viol. borag. ana* m. j.
sem.

sem. anis ʒ ij. ß. *prun. dam. asc.* num. IX. *vuar. pass. ab arill. mund.* ℥ j. *hordei mund.* ℥ j. ß. *fel. tor. sena alex.* ʒ VII. *epithymi* ʒ ij *polypod. querc.* ℥ ß. *myrobal. indorum, citrinorum ana* ʒ j. ß. fiat decoctio in *sero lactis*, *pro* ℥ IX. vel XII. manibus postquam tepuerit fricetur decoctum: & fiat colatura, cui adde *syr. de fumoterra* ℥ j. ß. *syr. de cichor. Nicol. de epithymo ana* ℥ ß. misce pro apozemate, & sumebat omni mane cyathum vnum; & quotidie quater vel quinquies aluum bene deponebat. Pustulæ applicuit chirurgus *diachylum cum gummis & muccilaginibus*: & cũ videretur tendere ad mollitiem & resolutionem, de tertio in tertium diem renouabatur. Quibus mediis pustula deinde omnino resoluta, nec amplius redeunte, breui iuuenem sanum ad patrem remisimus.

SCHOLIA.

Pustula seu ecquam quid.

CVTIS *admodum frequens vitium est pustula, non solum in facie, sed maxime in aliis quoq; corporis partibus, cuius appellatione cõprehenditur, quicquid rotundo schemate leniter in cute extuberat. Eius duo genera sunt apud Fernelium*: vna est humida, *e qua rupta vel humor vel sanies vel pus emanat*; altera sicca, *humoris nihil profundens. Humidis continentur*, hydroa, ephelides, phlyctęnę, seu phlyctides, & epinyctides: *de quibus egimus* lib. 2. Curationum Chirurgicarum, *de hydrois & ephelide* scholio obs. 15. *& de phlyctanis* obs. 8. *& scholio eiusdem obs.* de epinyctide lib. 1. Obser. & Curat. chirur. obs. 16. *Ad pustulas humidas pertinent, & quæ ex his ruptis fiunt, scabies genera. In siccis numerantur exanthemata quædam*, pruritus, *deinde &* vari, *&* verrucarũ genera. *Exanthemata explicauimus in* libris nostris de febribus. *De verrucis vero lib.* præcedente *egimus*: *at de Varis* obser. præcedente. *Restat igitur vt nunc de pruritu & scabie agamus. Sed antequam ad pruritum accedamus, addam his experimentum expertum, quo aliquando ad pustulas latas & eminentes ru-*
45a *bras in Margareta monacha Clarissa vsus sum*,

Vng. ad pustulas latas, rubras, eminentes in cruro & brachio.

quas habebat circa pides, crura, brachia & totum corpus, cum pruritu intensissimo, ita vt eandem dixisses elephantiasi aut lepra affectam esse: quæ ipsa, cum bene per medicamenta apta purgata foret, & cucurbitulis in natibus & scapulis vsa esset, vnguentum parauimus ex puluere radicis enulæ campanæ in *maxima dosi, & ex puluere* vitrioli, *pulueribus prius per cribrum exceptis, affundendo* acetum *vini, donec in vnguentum seu linimentum coiret. quod egregie omnes pustulas siccando persanauit. Gordonius particulatim* part 1. cap. 15. *caput de pustulis fecit; inquiens*, Pustulæ sunt quædam vesiculæ paruæ ad modum granorum ficuum, sicut sordities sudoris, & solent vocari vulgari idiomate apud Prouinciales Brollia dura. Sunt tamen aliquando maiores & eminentiores, vt de istis rubris pustulis diximus.

Caussæ pustularum.

Habent autem caussam externam *a casu, percussione, labore, exercitio, vel ob negligentiam abluendi corpus & vestes, propter vnguenta & alia vehementiora quæ corpori applicantur, vt est tapsia, æs viride, & multa alia similia. Vel* internam, *ob humorum abundantiam, & malam qualitatem eorum: quare veniunt frequenter post somnum & sudorem cum pruritu, vt modo sint a sanguine, bile, phlegmate salse aut melancholia.*

Signa.

Caussæ externæ *ab ægris dignoscuntur*: internæ, *si a sanguine sint, color erit rubens cum pruritu, calore & dolore, a bile sunt citrina; adest punctura & acuitas a phlegmate, adsunt albedo, squama & pruritus. a melancholia, nigredo, liuor, & modica punctura.*

Prognostica.

Omnes istæ pustulæ, si negligantur, & non mundificentur, in scabiem conuertuntur: & si ex caussa calida, vlterius transeunt in impetiginem, serpiginem & peiora accidentia: ex phlegmate si fiant, degenerant post scabiem in fistulam. Si ex melancholia, sunt duriores, & difficilius curantur, & possunt transire in malum mortuum.

Curatio.

Si fuerint ex sanguine, fiat phlebotomia, & mundificetur corpus cum cassia fistula, thamarindis, *& similibus. Si ex cholera, & corpus sit plethoricum, etiam fiat phlebotomia, sed parcior: digeratur materia cum* oxyzacch. syr. viol. *purgetur cum elect.* de succo ros. *Vtrisq; confert balneum, & iisdem valde conducit inunctio cum* popul. vng. citrino, *acuato (vt loquuntur) cum* litharg. *Si fuerit a phlegmate, digeratur cum* oxymel. diuretico, syr. de fumoterra, oxyzacch. compos. *purgetur cum* hiera picra, Ruffi. 45b *Si autem a melancholia ortum habeat malum, digeratur cum* oxymell. squillitico, syr. de epith. pomis, borag. fumoterr. *& purgetur cum* diasene, diaborag. & hiera Ruffi, *& istis ambabus competunt stupha & vng. ad scabiem; vel hoc*: ℞. vng. fusci, vng. ad scabiem ana lib. ß. litharg. ℥ iij. tartari ʒ ij. ellebori vtriusq; ana ʒ ij. argenti viui exstincti ana ʒ j. *misceantur cum aceto & fece olei; vel cum isto*: ℞. succi chelidoniæ, fumiterræ, boraginis, scabiosæ, lapathii acuti ana qr. ij. litharg. cerussæ lotæ, æris vsti ana ℥ ß. *misceantur cum fece aceti, & axungia antiqua; & fiat quasi vnguentum: & istud non valet tantum in pustulis, sed in omni scabie, & in omni genere infectionis: & ideo cum aliquis ignorat quid particulariter sit agendum, vtatur isto vng. & non decipietur: & appellatur* Vademecum.

Vnguentum efficax ad scabiem & pustulas, a Gordonio dictum Vademecum.

Sed hic animaduertendum, si istæ pustulæ veniant a caussis externis, vt plurimum corpus tunc non est plethoricum; & tunc competit aqua frigida *desuper aspersa, vel* balneum aquæ frigidæ; *in qua natare potest: & deinde aspergatur* farina fabarum, lentium, hordei; *vel inungatur cum* litharg. *&* aceto *&* santal. *&* ros. *&* oleo ros. *Si materia abundet, prius mundificetur corpus. Si autem caussa sit frigida, balneetur in aqua dulci, & postea aspergatur puluis* orobi, oryzæ, hordei *&* lentium, *&* lupinorum. *In omni igitur caussa valet balneum aquæ dulcis, corpore mundificato, si indiguerint: & tunc nihil trahit, & ita nocumentum inducere non poterit; & tunc euaporabit, & resoluet, & iuuamentum inducet. Præterea notandum; Si pustulæ venerint a caussis internis, vt a virtute mundificatiua corporis, tunc magis veniunt in Vere, & non oportet impedire earum motum ad exteriora; & non sunt curanda nisi prius bene mundificato corpore. Si sint ex caussis externis, vt ex labore, calore & similibus, tunc potissimum in æstate apparent.*

OBSERVATIO IX.

453 *De Pruritu totius corporis.*

QVI pruritum totius corporis habebat, huic post repurgatum corpus ab humore salso & acri, vt hoc Vng. vteretur mandaui: *℞. rad. lapathi acuti, enula campana ana* ℥ j. decoquantur in aceto, & contusa per cribrum tenue transmittantur: quibus adde *olei irini* ℥ iiij. *salis communis* ℥ j. *myrrha* ʒ ij. *lithar g.* ℥ j ß. *cera parum*; fiat vng. Talia enim vnguenta ad pruritum parantur, quę humorem salsum, vel serosum & acrem per insensilem euacuationem purgent, discutiant & detergant. Si iis non cedat pruritus, addatur parum *argenti viui*, quod pruritum sedat, maxime quia paruis pediculis (vulgo *cirones* vocatis) excitatur. De quibus quoque curandis nonnihil diximus *lib. 2. Obseruat. & Curationum chirurg scholio obs. 15.* Vel addatur sublimati parum. Post exsiccationem & discissionem materiæ, remanet sensus ille pruritus, quem auferre oportet ipsi vnguento *oleum hyoscyami* immiscendo, quod refrigerando pruritum aufert mirum in modum: vel fiat sic: ℞. *vng. pompholyg.* ℥ ij *olei hyoscyami* ℥ j. ß. fiat vng. vngatur locus pruriens. Post horum vsum vtile est corpus balneo vel lauacro detergente frequenter abluere: quia quæ in cute remanent pruritum excitant. Prima lotio fit *lixiuio*, altera ex decocto *fabarum, rosarum* & *hordei* tantum: & hæc ab ipso Rondeletio non puduit nos mutuasse.

Cirones

SCHOLIA.

Pruritus quid. PRVRITVS (inqt Valescus tract. suo chirurgię cap. proprio) *est desiderium scalpendi & fricandi corpus, vel aliquam eius partem, propter mordicationem, quam inducit superfluitas vel humor ad partes cutis & subcutaneas. Tres sunt caussa pruritus primitiua, vt* calor exterior, faciens dissolutionem illorum humorum acutorum & salsorum: *& ad istū sudorem sequitur pruritus, ob caussam dictam: & quia* humores g. ossi dissoluti per calorem, quem i iducit labor, non possunt exterius exire, imo intus remanentes pruritum efficiunt. *Vel externa caussa esse potest* pediculus, pulex, lendes, vel formica, vel cimices, vel tarda vestium mutatio. *Antecedentes sunt* nimia caliditas hepatis, *qua generat humores acutos, salsos, adustos:* vel debilitas virtutis expulsiuæ, *non potentis ipsos sensibiliter vel insensibiliter exterius propellere, quemadmodum accidit decrepitis prurientibus. Coniuncta vero caussa sunt,* qualitas mala mordicatione acuta, vel salsa, vel nitrosa. *& isti humores dum sunt in venis, dicuntur* caussæ antecedētes: *at quando iam sunt sub cute retenti, dicuntur* cōiunctæ. *Signa satis sunt manifesta: quia non permittunt hominem dormire, nec studere, nec alia speculari. Quicunq; diu habent pruritum, vix euadunt scabiē; quia pruritus prima caussa ac primum signum est ad scabiem. Hinc Gerdonius* part. 1. de affectionibus cutis, rubrica 1. *vnum caput fecit* de scabie vlcerosa, sicca, cum squamis, *ita vt videatur membrum contrahi,* & de pruritu, *& ista* (inquit) *frequenter veniunt in manibus: & has scabiei species* (vt ibidem habetur in margine) *senibus admodum familiaris est: & ideo dicebat Valescus* cap. proprio de pruritu, *iudicatur, quod pruritus curatio, qua accidit senibus decrepitis, propter grandiatem ætatis, reuera est desperata, tamquam impossibilis, quoniam non possumus eos permutare ad aliam complexionem nec ætatē: (quod & confirmat Serapio* lib. 5. sui Breuiarii) *sed bene pro tempore cum regimine potest mitigari & minorari. Hæc videntur desumta ex Paulo, cum sic scribat:* Pruritus qui senibus accidit, ex toto numquam consanescit, verum lenitur infra positis remediis. In reliquis ætatibus, si ex prauo humore contrahitur, qui nimirum biliosus aut pituitosus, putris salsusue est, per ipsius vacuationem tollitur. *Lib. 4. cap. 4. de prurit.*

Porro agnoscitur ab ætate, temperamento, victus ratione, anni tempore, regione, & reliquis his similibus. Si igitur in venis simul cum sanguine redundare videatur, a sanguinis dimissione auspicandum est. Sin autem qualitate magis vitiosus exstiterit, similibus eo medicamentis vacuato, ad externam curationem diuertemur. Sic etiam neoterici (vt Valescus cap. proprio) *sequiuntur*: Si caussa est magna, & humores sunt multi, primo fiat phlebotomia, deinde purgetur humor salsus acutus, vel adustus, vel nitrosus, *vt dicetur cap. sequenti de scabie. & inter reliqua Serapio laudat* myrobal. fumumterræ, epithymum, elleborum nigrum, colocynthidem, *sed vltimis cum cautione vtendum. Si vero caussa sit parua, vel humores iam fuerint purgati, ponatur æger in* balneo aquæ dulcis. *& post balneū sudet; curabitur hoc modo, Domino concedente, optima adhibita diæta, quod si non curetur, signum est multitudinis humorum & crassitiei; & ideo materia digeratur & purgetur, & denuo ducatur ad* balneum *vel* stufam, *& lauatur cum linimento sedante pruritum, ex medicinis expertis & approbatis, sicut est* (*teste Serapione* libr. 5 breuiar. cap proprio) aqua siclæ, maluarum campestrium, & domesticarum; succus acetosæ, furfur & amylum, cum aceto. *& ex medicamentis facientibus cessare pruritum est* papauer cum aceto: *addit & cerotum, in quo ponitur* apium. *cum his debet fricari corpus. adduci potest* farina fabarum, *vel interiora* melonum. *Si prolongatur ægritudo, fricetur corpus cum* aqua apii, *&* aceto, oleo rof. aqua decoct. colocynthidos & rof. albarum. *Vel* ℞. rof. alb ℥ j *pistentur simul cum* aceto, *& addatur* furfuris ℥ j *fricetur corpus, & ponatur in balneo, fricando cum* apio trito, *vel cum* nucibus tritis, *vel* corticibus nucum recentibus: *sed &* farina fœnugræci, succus cucum. asinini *valent in pruritu. Omnes pruriginosi debent abstinere a rebus salsis, acutis, calidis, & sanguinem aduentibus. Qui enim consueuerunt vti cibariis malos humores generantibus, incidunt in pruritum.* 5. de morbo cap. 10. *malitia pruritus fine scabie subtilis est & salsa. Gordonius in scabie vlcerosa sicca, cū squamis & pruritu, qua frequenter contingunt in manibus, corpore bene expurgato & mundificato optima præsupposita diæta, iubet madefieri manus quotidie in aqua decoct.* maluę, bismaluæ, paleæ hordei & auenæ: *deinde inungit cum axungia* recenti porcina *vel* gallinacea; *vel hoc*

Curatio.

455 *Valescus.*

Serapio.

Gordonius.

Antecedentes. *Coniuncta.* *Signa.* *Prognostico.*

454 *Caussa primitiua.*

Ad scabiem siccam, & pruritum.

hoc unguentum adhibet: ℞. fucci apii, folior. lilii, fucci pap. albi, aquæ rof. ana ℥ j. aloes ℥ iij. olei fesamini & ceræ *q. s. fiat vng. & inungatur locus pruriginosus. Vel hoc vng. (plurimum enim valet ad scabiem*
456 *siccam:)* ℞. diatrag. gummi arab. infuf. in aqua rof. fem. maluæ. bifmaluæ ana ℥ ß. aloes, farcocollæ ana ℥ j. *conficiantur cum* axungia porcina *recenti, vel* gallinacea, *vel* oleo fefamino, *vel* amygd. dulc. *& cera q. s. & fiat vng. Valescus ex mente Serap hoc linimento vtitur ad pruritum membri virilis:* R. cerussæ de plumbo ʒ vi. fulph. albi ʒ j. opii ʒ ß. *misceantur cum aceto, & liniatur membrum. Aliud ad impetiginem, & pruritum in testiculis, & in virga:* R. cerussæ de plumbo ʒ viii. fulph. viui ʒ ij. ftaphifagriæ ʒ j. *terantur, & conficiantur cum* aceto, *& vngantur in loco supradicto. Iohannes Rolandus, qui diuturnum testium pruritum habuerat, neq; curari poterat, post vniuersalia remedia adhibita anno 1581. mense. Martio per me curatus fuit hoc sequenti vnguento:* R. vng. albi camphorati ℥ j. diapompholygos ℥ ß lithargyrii auri & argenti ana ʒ ß. terræ figillatæ ʒ ß. cretæ albæ ℈ iij. ß. fublimati ℈ ß. *ducantur simul in mortario plumbeo, cum pistillo plumbeo, admodum diu incorporando. Alias aliquando, vt magis exficcaret, quũ vna cum pruritu madorem effunderent, addebam aliquid e fuligine fumarii, vel illa quæ cacabis adhærere solet. Si autem pruritus fuerit in ano aut matrice,* R. aluminis iameni, id eft, alum. de rocha, affi ʒ ij. tartari ℥ j. *conficiatur cum aceto: pannis appositis loco apponantur. Aliud, ad pruritum testiculorum:* R. acatiæ, memithæ ana ʒ iij. Socotrinæ, fumach, falis ammoniaci ana ℈ ij *fiat puluis & misceatur cum o*leo fambucino, *& fiat linimentum. Eadem scribuntur a Serapione,* capite de pruritu. *Ad pruritum totius corporis ex Paulo:* Vacuato corpore *lauandum prorsus ieiuno est, nonnunquam & modico cibo sumpto, iterum lauandum: quippe vitium vix inhumescit: detergitur autem* fœnugræci *decocto, aut* betarum, *aut* furfurum, *aut* maluæ agreftis & faliuæ, *aut* ptifanæ. *Præter hæc farina etiam* fabaceæ, *vel* lupini, *vel* glandis vnguentariæ, *vel* fmegmatis ex pepone *præparati, quod πεπόνιον appellant. si inueterauerit, lauatio similiter quidem conuenit: fotus autem ex* faluiæ *decocto*, myricæ herbæ, mercurialis, origani, baccarum lauri, cucumis fylueftris, rad. capparis, cineris lixiuii ftillaticii, muriæ, acetofæ. *Deinde respergantur* arido nitro, *vel cum* fecula, aceto; *vel quod recipit* nitri fpumæ fextarium, thuris lacrymæ, fulphuris viui, fingulorum libram, cimoliæ libram femiffem *Vel hoc:* Aphronitri fulphuris vi-
457 ui, alcyonii combufti, *pari modo: siccis vtitor, vel cũ quodam ex supradictis decocto. Si autem placet, etiam* veratrum ficcum *inspergito, sine pingui addito. Illinitur autem cum* oxelæo herba pedicularia *contrita, vel* fuphur, *vel* fandarachæ, *vel omnia; vel* finapi cũ myrobalani *expresso, &* oxelæo, *vel vtere* cochleis combuftis leuigatifq; melle, *vel* lapathii radicibus, *vel* fmegmatia *inde cõfectis*, *vt* in cap. de elephantia, *aut quibusdam ad scabiem efficacibus. Si autem exulceratio partes exercuerit,* diapompholy. *vtere. Ad pruritum hoc commendatur:* Nucum magnarũ cu-

Ad pruritũ mẽbri virilis

Ad impetiginem, pruritum testiculorum & virgæ.

Ad pruritũ ani aut matricis.

Curatio pruritus ex Paulo.

tis ℥ j. fulphuris tantundem, apii fucco leuigatis vtitor in balneo, *membra affatim defricans, hoc solum multis tum scabiosis, tum alio pruritu detentis, abunde suffecit. Cuidam cum pruritum pustulosum haberet, & scabiem, cum hoc balneo vteretur, egregie profuit:* R. fumiterræ, florum chamomill. maluæ, althææ cum toto, fcabiofæ, betę, viol praffii ana m. j. hyofcyami albi m. ß. rad. chelid. lapathii acuti, enulæ campanæ, cucumer. afinini ana p. j. raf. guaiaci quart. j. *bulliant in aqua maris, pro balneo:* R. vng. viridis, *& adde* fuccum ebani. *Sed alteri, cui in manibus & pedibus pruritus erat, cũ corrosione,* ceruifia cũ albumine oui *cocta p modũ lotionis adhibita profuit, &* lixiuium vitis, *&* arboris alni, *Elsen vulgo dicta. Ad pruritum siccum valet* fuccus apii: fal item ammoniacum, cum oleo nymphææ, vel pap *fortem pruritum sedat etiam genitalium. Dominus Iohannes Harperius cum haberet scabiem in tibiis, cum aliquali calore, & pustulis rubeis, cum etiam anus squama & crusta cum pruritu afficeretur, hoc inunctus vng. bene habuit, & dormire potuit:* R. litharg. arg. viui extinčti cum faliua ana ʒ j. vitelli oui ʒ iij axungiæ porcinæ *q. s. fiat vng. Facta quoq; est phlebotomia in vtroque pede intra digitum minimum & medicum, & cessauit calor tibiarum; pustula tamen pruriginosa remanserunt; sed succo* cardui benedicti *cum* alumine *bullito cum lauarentur, sanata sunt. potest addi* aloe hepatica; *& erit melius. Hisce adiunge, quæ antea de cironibus & pruritu scripsimus Scholio* Obfer. 5. libr. 2. Curat. Chirurg. *Nunc ad scabiem accedamus.*

Observatio X.

De scabie: in qua ponuntur multa exempla scabiei curatæ.

Margarita Teylingia, vxoria meæ amita, 478
admodum vetula, annorum fexaginta fex, cum ex Kenoy Alcmariam veniffet, quam in ædibus fuis Theodorus Teylingius fororius meus exceperat, vt fecum habitaret Alcmariæ, ex aeris tum cibi potufque mutatione fcabie infecta eft, ac deinde contagione totam infecit familiam, ipfum quoque, tum eius vxorem ac proles. Hanc autem ita curauimus: Poft bolum lenitiuum caffiæ, exhibuimus bis in die cyathum vnum decoctionis infrafcriptæ: ℞. *fumiterræ viridis* m. ij. *summitatum lupul. buglossæ, borag. absynthii. scabiosæ, acetosæ, viol. cichor. dentis leonis, agrimoniæ an.* m. j. *sem. 4. frig. maior. ana* ʒ ß *se. anisi* ʒ j. *pruner. damasc. quart. j follicul. senæ* ʒ j. ß. *polypod. querc. epithymi ana* ʒ j. fiat omnium decoct. in *lib.* iij. *seri lactis* ad dimidium. Poft infufionem per noctem, facta colatura *Zach.* dulcoretur; & ea vtebatur. Erat autem hæc fcabies valde ficca, diuturna, cum pruritu. Sed fequenti vnguento cum membra fcabiofa inungerẽtur, ipfa breui cõualuit: ℞. *succi fumiterræ, acetosæ, plãtaginis an.* ʒ j. *succi comarũ absynthii* ʒ ß. *terebinthinæ lotæ in aqua rof.* ʒ j. *rad. lapathii acuti* ℥ ß. *butyri recẽtis* ℥ j. *cerussæ, litharg. argenti an* ʒ j coquantur (radicibus *lapathii* bene cõtufis) ad confumtionẽ medietatis fuccorũ, addẽdo *olei rof. & ceræ q. s.* bene

incorporando fiat vng. molle. Pro puetulis vero
& natu minimis in iisdem ædibus, qui erant sex aut
septem annorum, prius minoratiuum ex *cassia* v-
nicuique dedi, secundum vniuscuiusq; virtutem.
459 Deinde acceperunt bis aut semel in die cyathum
vnum ex decocto sequenti, prout aluus soluere-
tur: ℞. *fumiterræ scabiosæ ana* m. ij *acetosæ, dentis*
leonis, borag. buglossæ, summitatum lupulorum, absyn-
thii, agrimoniæ, end. cichor. scolopend. ana m. j. ß. *ca-*
pill. Ven. m. ß. *flor. cord.* p. j. *sem. 4. frig. maior. & mi-*
nor. ana ʒ ß *sem. anisi. carui, fœnic. acetosæ. berberis a-*
na ℈ j. *follicul. senæ* ℥ j. *hordei mund.* m. j. *prun. damasc.*
quart. j polypodii querc. ʒ ij. *epithymi* ʒ j. coquantur
in aqua communi aut *sero lactis pro lib.* 11. colatu-
ræ adde *syr. de fumoterræ* ℥ iiij. *syr. acetos. simplicis,*
syr. ex infus. ros. ana ℥ ß. & adde parum sacch. Vn-
guentum tale erat: ℞. *terebinth. lota in aqua ros.* ʒ. j.
butyri recentis ʒ vi. *succi acetosæ* ℥ ß. *salis communis*
modicum, olei ros. q. s. fiat linimentum. Pro eius fi-
lia paulo seniore, ℞. *terebinthina lota in aqua ros.* ℥ ij.
ß. *butyri recentis* ℥ j. ß. *succi acetosæ, fumiterræ ana*
ʒ ß. *salis communis* ʒ j. *olei ros. q. s.* fiat vng. seu lini-
mentum molle Pro filio eiusdem Augustino Tey-
lingio, ℞. *succi fumiterræ, acetosæ, plantaginis, absyn-*
thii ana ℥ j. ß. *terebinthina lota in aqua plantag.* ℥ j. *li-*
tharg. argenti, cerussæ ana ʒ j. *olei ros. q. s.* ceræ modi-
cum; fiat vng. molle, secundum artem. At Theo-
dorum Teylingium patrem eorum, qui valde etiã
infectus erat eadem scabie, hoc modo curaui. Post
lenitionem *ex cassia*, altero die sanguinem extra-
here feci ex *vena communi brachii dextri ad* ℥ viii.
Deinde die subsequenti & diebus subsequentibus
ex hoc decocto modo semel, modo bis sumebat
haustum vnum, prout aluum expurgaret: ♃ *fu-*
miterræ viridis m. iij. *scabiosæ, viol. summitatum lu-*
pulorum, absynthii, end. cichoreæ cum toto, borag. bu-
gloss. acetosæ, lactuca nouella, agrimoniæ, dentis leonis,
scolopend. capill. Ven. ana m. j *bellidis* m. ß. *corticum*
rad. fœnic. apii, liquirit. ana ℥ ß. *sem. quat. frig. maior.*
& minor. ana ʒ ß. *sem. anisi* ʒ j *follicul. senæ* ℥ j. *epithy-*
460 *mi, polypod. querc. ana* ʒ iij *ellebori nigri* ʒ ß. *vuar. pas-*
sul. ab arill. mundat. hordei mundati ana p. j. *prunor.*
damasc. num. xv. *cicer. rub.* ʒ j. fiat omnium deco-
ctio in *sero lactis*, pro lib. ij colatura *Zacchara* dul-
coretur. Sed & hæc puppa pẽdebat in decoctione,
exprimenda, dum potio sumeretur: ♃ *rhab. e-*
lect. myrobal. omnium ana ʒ j. *spica, schœnanthi ana gr.*
v. fiat puppa. Membra scabiosa omnia linimento
infrascripta inungebat: ℞. *succi fumiterræ, lapathi*
acuti, succi plantag. acetosæ ana ℥ ß. *terebinthina lota*
in aqua equiseti ℥ j *lithar. argenti* ʒ j. *cerussæ* ʒ j. ß.
pingued. porcinæ, butyri recentis ana ℥ ß. *olei ros.* q. s.
fiat linimentum secundum artem. Deinde hoc,
quod sequitur: ℞. *succi fumiterræ, plantaginis, la-*
pathi acuti, acetosæ ana ʒ j. *succi comarum absynthii,*
℥ ß. *terebinthina lota in aqua plantag. solatri, scabiosæ*
℥ j. *litharg. argenti* ʒ j. *cerussæ* ℈ iiij. *butyri recentis* ℥ ß.
olei ros. q. s. fiat linimentum, vt supra, quibus & hic
perfecte curatus fuit. Interim tamen, ne recidiuã
pateretur, probe expurgatus fuit, ac denuo secun-
do phlebotomiam fieri iussimus ex *vena commu-*
ni brachii sinistri. Atq; ita sanus ab illa contagione
& fœda scabie permansit. Ceterum Machtilda Su-
sia eius vxor, cum simul quoq; eadem scabie infi-
ceretur, cum intolerabili pruritu, illam supradi-
ctis remediis curare non poteramus, imo simul-
atque inungeretur leuissimo quopiam vnguento
ex supræscriptis, statim membra corripiebantur
inflammatione, cum tanto pruritu, vt integras
noctes dormire non posset, neq; illa inflammatio
& calor alio modo sedari poterant, quam peplis
instinctis in lacte ebutyrato actu frigido: nam cu-
tis statim pustulis paruis scatebat, *epheledis*, ac *epi-*
nyctidis vel *serpiginis* instar, & quamquam calor ille
tamquam in ambustis bullis, lacte ebutyrato se-
daretur, & dolor scabiei mitigaretur, pruritus ta-
men eo minime cessabat. Cum igitur cutis pin-
guia sufferre non posset, ideo vt scabiem tollere-
mus, tentauimus id cum lotionibus aquarum de- 461
stillatarum, vt *acetosæ, solatri, scabiosæ, enulæ campa-*
næ, vt & ita pruritum compesceremus, simul & de-
coctionibus rad. *lapathii acuti*, & aliarum herbarũ
conuenientium, post purgationem scilicet vni-
uersalem adhibitam. Sed nihil hæc iuuerunt. Po-
stea etiam vnguento quopiam ad scabiem, ex cõ-
silio Magistri Iohannis Heyltginii dicti tonsoris,
quod valde commendabatur, vsa est: sed post in-
unctionem illam adeo cutis bullis excitata ardere
videbatur, vt ilico me vocarit: sed adhibito *lacte*
frigido ebutyrato inflammationem compescere,
& ardorem restinguere non potuimus, vt prius. I-
gitur lauimus brachia *aqua hordei tepefacta*: qua ta-
men pix naualis ex vnguento tonsoris cuti ad-
hærens vix abstergi potuit. Deinde totum bra-
chium ex vnguento inflammatum inuoluimus
medulla panis contrita in lacte dulci pultis instar: qua
calorem extraximus, & dolorem sedauimus: re-
manente tamen scabie pruriginosa, non tantum
in brachio illo, sed toto corpore: & durauit vltra
annum, nec vllis vnguentis, linimenus aut lotio-
nibus curari potuit. M. Iohannes Gallus, medi-
cus Harlemensis consuluerat, vt tempore conue-
nienti *balneum Aquense* accederet: ego addidi
sulphureum proprie. Vtebatur autem syr. *magistra-*
lis, quem confeceramus ex succis herbarum viri-
dium, *fumiterræ, scabiosæ, bugloss. cum sacch.* succis
prius depuratis. Tandem pro consilio hoc vng.
contra scabiem transmissum est per Franciscum
de Croyx, mercatorem ditissimum, quo innume-
ri curati dicebantur: cuius hæc erat descriptio:
℞. *rad. lapathii acuti in mortario pisti* m. j. *pul. Zinzib.*
℥ j. *baccarum lauri, aristoloch. rotundæ ana* ℥ ß. *cum*
pinta dimidia floris lactis seu *cremæ* coquantur per
horam dimidiam in olla noua, & redigantur in
vng vesperi inungebat se apud ignem. Prius tamẽ
præcesserant & purgationes, & phlebotomiæ, & 462
ventosæ cum scarificatione: & antequam inun-
geretur, etiam hunc bolum sumserat: ℞. *cassiæ re-*
centis ex cannis tracta ʒ vi. *diacathol.* ʒ ij. *pul. rhab. e-*
lecti ℈. j. *cum sacch.* fiat bolus. quo quinquies aluum
deposuit. Quibus præmissis, cum isto vnguento
omnia loca scabiosa inunxisset, integre ab omni
scabie

ſcabie liberata eſt, cum antea curari nullis vnguē-
tis potuiſſet, & hoc ſolo vnguento ſanata eſt, quo
& infinitos alios ſubinde curaui. Quare & hoc i-
pſum inter arcana remedia mea poſui.

SCHOLIA.

Ψωριάς.
SCabies aſpredo cutis eſt, ſeu leuis exulceratio pru-
riens, aut interdum rodens. Fit autem ex humi-
diore quauis puſtula, ſiue pallida ſiue liuida, ſiue nigra ſit;
quæ rupta vlcuſculum in cute profert humidum, aut etiam
interdum expurgata ſanie aridum: idq; modo cum pruri-
gine ſola, modo cum leui rubore in ambitu, cumq; calore
ac dolore. Exſiccata ſanie cruſtula obdureſcit, qua ſemel
Multæ ſpecies ſcabiei.
vlcuſculum obducitur. Vt autem puſtularum, ita & ſca-
biei ſpecies multæ, humoreſq; multi ac varij earum cauſa
exiſtunt, quos & dolor & color & manantis ſaniei ſpecies
diſtinguit. E toto quidem corpore ſcabies erumpere ſolent,
ſed ex capite peſſimæ, quæ idcirco peculiari nomine ſunt in-
ſignita. appellantur enim pſydracia, fauus, & manan-
tia capitis vlcera. Sed de iis, cum de capitis vitiis ſcribe-
remus, abunde diximus, nempe lib. 8. Obſeru. noſtrarū
medicin. obſer. 26 de pſydraciis & puſtulis rub. & ob-
ſeru. 27. & de fauis obſer. 24 & 25. Nunc autem ſermo
noſter duntaxat eſt de vulgari ſcabie, quæ in toto corpore
erumpit. Scabiei itaq; multæ ac variantes ſunt differentiæ,
Multæ ſcabiei differentiæ.
vt vulgus vocat. Eſt pruriginoſa ſcabies, in qua puſtulę
paruæ ſunt, ſed materia ſalſa & acris eſt. Alia eſt in
qua puſtulę maiores & albæ, & ad ſuppurationem
veniunt; ſed illa ſeroſa eſt, & pituitoſa, ob id minus pru-
riunt. Eſt & alia differentia, quę latas puſtulas habet,
& in circuitu rubeſcunt, & ſunt veluti paruę in-
flammationes cuticulæ, ad differentiā furunculo-
rum, qui in carne fiunt & ex ſanguine craſſo. Eſt
quarta ſpecies, quæ malum mortuū dicitur. Eſt ſcabies
463 à ſanguine melãcholico, à cruſta multa fit in tibiis, & dif-
ficilius curatur, aut curata recrudeſcit. Scabies itaque, vt
Valeſc. tract. ſuo de chirurgia cap. 17. de ſcabie, inquit,
eſt infectio cutis, cum ſquamis vel puſtulis, cum
pruritu aliquando cum virulentia, & aliquando
ſine ea. ita & Gordon. de cutis infectionib. par. 5. cap. 24.
de ſcabie nō vlceroſa nec ſquamoſa: Scabies eſt infectio
cutis, aliquando ſquamoſa, pruriginoſa, aliquādo
ſicca, aliquando humida, aliquando ſanioſa, vt
plurimum in extremitatibus, aliquando magnam
Cauſa.
corporis partē occupans. Huius infectionis cauſa ſunt
humores corrupti, in hepate generati, qui cōuerſi in fumo-
ſitatem & vaporē, in corporis ſuperficiem expelluntur: vn-
de ſi vapor fuerit nimis ſubtilis euaporat inſenſibiliter: ſi
aūt non fuerit in tanta ſubtilitate, & pori fuerint denſi, cō-
uertuntur in ſudorem. Si fuerint groſſi, generatur ſcabies;
ſi fuerint mediocres, generatur pruritus ſecundum maiorē
vel minorem corruptionem, aut generantur infectiones di-
uerſæ. Sudor igitur grauis grauiſq; odoris antecedit, & ſi
corruptio augmentetur, cauſatur pruritus: & ſi plus forti-
ficetur, generatur ſcabies, & ſi magis, ſcabies fœda: & ſi ad-
huc magis, impetigo & ſerpigo; & vbi eſt maior adustio,
non eſt ibi ſanies: & ſi plus, morphea: deinde lepra. Lentigi-
nes igitur & panni & aliæ infectiones multæ generantur
ex ſuperfluitatibus ad cutem delegatis: ſed quādo materia
eſt multa, & virtus expulſiua cutis eſt debilis, tunc rema-
nent iuxta cutem, & faciunt diuerſa genera infectionum,
ſecundū diuerſitatem humorum peccantis. Hæc Gordon.
& ſcabiei, inquit, ſūt quatuor ſpecies, ex ſanguine, ex cho-
lera, ex melancholia, & ex phlegmate ſalſo. Aduritur aūt
ſanguis, quādo in cibis & potib. ſpecies aromaticæ in nimia
Multis modis ſanguis aduritur.
quantitate apponuntur: & iſta eſt ex aliis humoribus. ſicut
eſt piper & allia, vinum purum, & ſtare in ſole, &
labor fatigatorius: & ita de aliis quæ adurunt ſanguinē
& humores. Et ita cauſæ ſcabiei quædam ſunt primitiuæ,
Cauſa primitiua.
vt vſus ciborum calidorum & ſalſorum, acutorum
& aromaticorum, & amatorum, vſus vini fortis, &
puri, olei & mellis; & tarda mutatio veſtium, pan-
norū; deinde dormire & conuerſari cum ſcabroſis.
vnde & illa domus Teylingica ſororis mei ab amita infecta
Antecedentes.
fuit. Cauſæ antecedentes ſunt mala intemperies calida
vel ſicca, malos & corruptos humores producens.
Coniuncta.
Cauſa coniuncta ſunt ipſi humores corrupti, calidi,
nitroſi ad cutis ſuperficiem vi naturæ tranſmiſſi. 464
Vnde iſte humor à quo generatur ſcabies, aut eſt ſanguis,
cui commiſcetur cholera, quæ forte conuerſa eſt in melan-
choliam propter adustionem, aut cui commiſcetur phle-
gma ſalſum, nitroſum: & ſic prima quidē ſcabies eſt ſicca,
ex materia ſicca inclinante ad groſſitudinem. ideo dicebat
Serapio, quod ex ſanguine craſſo, qui putreſit, fiat
eius generatio. Altera eſt ſcabies humida, & humiditas
eius declinat ad ſubtilitatem: ideo pullulat exterius, & pro-
iicit à ſe humiditatem virulentam: quæ vero groſſa eſt, non
ita penetrat exterius: & quia ſicca eſt, non ita emittit vi-
rulentiam nec humiditatē ſanioſam. Conſtantinus 7. ſuæ
theoricæ dicit ſcabiem quandoq; euenire ex defe-
ctu cutis, quia debilis eſt in expellendo ſuperflui-
tates quas natura eo tranſmittit, vt mundificet
membra interna, ex quibus cognoſcitur quantū iuuent
balnea, frictiones, & vnguenta, quæ poros raros efficiāt &
humores ſubtiliando ſub cute exiſtentes in vaporem cōuer-
tunt, & per poros excludunt. Sed præcipue ſcabies procedit
Qui maxime ſint pruriginoſi & ad ſcabiem inclinati.
ex defectu virtutis digeſtiuæ in hepate & venis. fa-
cientis malum ſanguinem acutum vel ſalſum & malam
qualitatem habentem, in quo maxime iuuat mala intem-
peries hepatis calida & ſicca ſimplex aut compoſita. Hinc
tales homines habentes hepar calidum & ſiccum ſunt pru-
riginoſi, & habēt ſcabiem ſiccam. Ad hoc etiam iuuat
longus vſus rerum calidarum & ſiccarum, vt eſt ſinapi,
eruca, aromata, vinum forte, ſiue aqua, mel & lac.
Signa.
Signa generū, ex ſe ſunt manifeſta, at cauſarum ita habē-
tur: illa enim quæ aſpera eſt in ſe, & habet bothores ſeu
puſtulas in cute, quæ eleuantur, & ſunt acutioris capitis,
talis eſt acutioris humoris, at quæ habent puſtulas latas &
magis profundas in carne, harum humor eſt minoris acui-
tatis. Si ſcabies ſit à ſanguine, cognoſcitur per huborē mem-
bri & plenitudinem totius, per mollitiem, per pruritum de-
lectabilem, & per copioſam ſaniem & citam generationē,
& cito exit ſanguis, ex vnguium ſcalpellatione & ſapor in
ore ſentitur dulcis. Sic etiam Gordonius: Locus, inquit,
vergit ad luborē, cum humiditate & pruritu ma-
gno, & delectatione magna in pruritu, licet in fine
ſit dolor. Si autem ſit à phlegmate ſalſo tunc locus flaue-
ſcit, & quaſi ſquamæ exeunt ab eo. & eſt mediocris gene-
ratio ſaniei, & pruritus, & magna delectatio & in fine eſt
magnus dolor. ſic Gordon. Adſunt ſquamæ & ſanies, 465
& pruritus vehemens, & delectatio in ſcalpendo:
ſed in fine eſt vehemens dolor. Si eſt à cholera, tunc
adeſt ſiccitas, & ariditas membri & punctio, & arſura,
& pruritus acutus, & valde pauca generatio ſaniei. Locus

quoque vergit ad citrinitatem, cum magno pruritu, ficcitate & scissuris. Si est à melancholia, locus vergit ad nigredinem, & scabies est sicca cum squamis, & sine sanie: & ita Gordonius, Locus tactus, *inquit*, in circuitu vergit ad nigredinem, & pustulę sunt sicciores, cum modica sanie & virulentia. *Et si humores sint commixti, signa quoq; mixta erunt. Quod ad prognostica attinet, primo dicit Auicenna, quod* scabies excorticata & impetigines multiplicantur in autumno: in Vere quoque magis suppullulant. *Secundo*, sanies plurimum accidit inter digitos, eo q; sint partes teneriores, & debiliores. *Tertio*, scabies in decrepitis est difficilis curationis, aut impossibilis, *vt addit Gordonius: sufficit enim blandiri, & bonum regimen inducere. Amita tamen vxoris mea, licet vetula esset, curata fuit. Caterum quod* decrepiti difficulter sanentur, *ratio est, quia naturaliter sunt sicci, & nutrimentum eorum est indigestū, & non bene nutribile, & phlegmatica & serosa superfluitates in senum corporibus quamplures aggregantur*, vt patet ex Galeni 5. de regimine sanitatis, ca. 9. *Quarto*, scabies est ęgritudo contagiosa, quia per contactum inficit. *Hinc sciendum quod scabies est morbus ex triplici genere compositus: nempe* ex mala intemperie calida & sicca, *alterante cutem & loca qua sunt sub ea: & est* morbus consimilis, *nam qualitas alterata ipsius sanguinis, cum veniat ad cutim, primo causat pruritum, deinde scabiem, & est* morbus communis, *quia solutio continuitatis hic est, cum pars à parte in superficie separetur & excorietur. Sed hic dubitatur*, cui virtuti scabies magis noceat. *Dicunt quod pracipue noceat virtuti animali sensitiua, quia sentit malam ipsius qualitatem, ratione cuius fit pruritus. Interim etiam est scabies nocumentum virtuti assimilatiua, non potenti assimilare nutrimentum cum nutrito. Quinto, dicit Auicenna*, scabies quędam fœda attrahit vulnera, & permutatur interdum ad impetigines & saphati: *& dicitur ibidē quod causa generantes scabiem sunt eadem cum causis generantibus pruritum: sunt tamen fortiores, & appropinquant* 466 *causis generantibus pediculos & saphati & surfures & impetigines. Propterea sciendum quod* scabies humida *fit à phlegmate salso, per admixtionem cholera rubea.* Scabies *autem* sicca *fit ab humoribus siccis, vt est* cholera adusta, *per se, vel mixta cum melancholia, vel aliqua specie alicuius humoris. Sexto (vt dicit Gordonius)* scabies fœda, vlceratio fœrida multas partes corporis occupans & corrumpens, habet malam radicem, & approximatur ad malas ægritudines, & est difficilis curationis valde, si fuerit parua, modicam partem corporis occupans, non angustiosa, neque somnum auferens, facile curabitur: & è contrario, contraria. *Nunc ad curationem tendamus, hoc tamen interposito exemplo.*

Prognosticon.

OBSERVATIO XI.

De scabie diuturna, qua per nouem annos durauerat.

EVA filia Theodori Teylingij, quæ in Haga Comitis apud matrem Cornelij Sulij Domini Præsidis Hollandiæ. auiam suam, habitabat, cū nouem annis scabie infecta fuisset, iuuēcula alioqui satis formosa, robusta, & procera. 16. annorum nec vllis remediis in Haga-Comitis curari posset, anno 1552. mense Maio Alcmariam venit, vt parentes inuiseret, qui me rogarunt vt eandem in curationem susciperem. Huic itaque sæpius *decocta maialia*, vt vocant, sanguinem purificantia præscripsimus, quæ conficiebantur ex *borag. bugloss. acetosa* & similibus in sero lactis decoctis. Deinde accepit ℥ j. *cassia mundata. cum zaccharo in bolo.* Deinde ad sanguinem purificantia denuo reuertebamur, adiecta ℥ j. ß. *follic. sena.* Corpore autē expurgato, eandem nudam, per horā in balneo sequenti posuimus, idque quinque diebus continuando, ℞. *lapathij acuti cum radicibus, fumiterra, malua scabiosa, violar. hedera arborea, surfurn optimi, salis communis ana m.* ij. coquantur in aqua communi, pro tina seu lauacro. deinde facta abstersione totius corporis, lectum calidum intrabat, & sudabat per 467 totum corpus. Et ita materia sufficienter ad cutē propulsa, tūc tandem eam inunximus vnguento ad scabiem *Obseruatione pracedente* descripto, quo Machtilda Sulia mater eiusdē curata fuerat. Eo cū aliquātulo tempore inuncta fuisset, à fœda scabie curata est, & eam domum sanam remisimus; quæ deinde nunquam rursus scabie infecta est.

SCHOLIA.

A*Vthores ante curationem particularem scabiei hic ponunt quosdam canones vniuersales. Primus est Serapionis lib. 5.* Euentus huius ægritudinis est à sanguine grosso, qui putrefit, propterea inceptio curationis fiat à phlebotomia. *hic canon intelligendus est de adultis: nam in hac iuuencula, cuius curationem in Obseruatione pracedenti posuimus, propter debilitatem eā omisimus. Secundus canon:* Post phlebotomiā sequatur ventris solutio, cum decoct. myrob. aut fumiterrę, non solum hic, sed & aliis, iuxta materiam peccantem, vt mox dicemus de curatione particulari. *Tertius*, quia scabies & pruritus à cibis salsis & acutis & dulcibus potissimum generatur, ideo ab omnibus eiusmodi commode abstinebitur. *Quartus*, comedere res insipidas & acetosas, imo & humidas, in quibus non est velocitas putrefactionis, egregie iuuat scabiosos, quare & olera corruptibilia vitanda, præsertim persica, quibus adest velocitas putrefactionis, qualis est in lacte, in piscibus aliquibus, abstineat similiter à superfluo potu, nam ex hoc frequenter generatur scabies, authore Constantino. Cibi itaq; omnes cito corruptibiles, vt lac, pisces & fructus recentes, & similia, quia humores ab iis producti cito corrumpuntur, ideo scabiosis sunt prohibendi. *Quintus*: res insipidas & acetosas, imo & humidas, in quibus non est velocitas putrefactionis, iuuat consumere, vt ante diximus: talis est syrupus acetositatis, agresta, acetum, succus arantij, limonum, acetosa, & alia omnia acida, quia alterant malam qualitatem calidam, & reprimunt acuitatem humorum, & præseruant à corruptione & putrefactione, ideo manifeste pruritui & scabiei præbent iuuamentū, 468 quæ vero insipida sunt & humida, maxime faciūt ad scabiem siccam. *Sextus*, coitus mouet materiam ad exteriora, & excitat vaporem calidū putridum, venientē ad superficiem idcirco omnibus scabiosis est inhibendus, maxime si excedat. *Septimus:*

Canones vniuersales qui praeponuntur curationi scabies.

mus: mutare camisiam sæpius & vestes, & frequenter lauare manus, & membra tenere munda ac nitida, multum prodest ad remouendum pruritum & scabiē. Et similiter remouere pediculos & lendes, cytones de manibus & toto corpo re, & cimices, vbicumq; fuerint, confert. *Octauus*: immediate á principio, & post purgationem diæta contraria est præscribenda & obseruanda ipsius causæ, & canones prædicti de impetigine, qui & hujc causæ maxime vtiles sunt, in memoriam reducantur, vt & Auicenna commendauit. *Nonus*: materia scabiei, licet frequenter purgetur, tamen propter hoc scabies non curatur: & ratio est, quia cutis & partes subcutaneæ sunt infectę: ita vt quicquid ad ipsas pro nutrimento venit, ab illa mala intemperie corrumpatur, ideo post dictas sufficientes purgationes, epithemata, & vnguenta cuti imponēda sunt & balnea frequentanda, vt eius mala qualitas per sua contraria remoueatur. *& hæc est sententia Rhasis & Auicennæ. Quod autem egregie iuuent balnea, frictiones, & vnguenta, id constat, quod poros rariores reddant* (vt & Constantinus dicebat 7. suæ Theoricæ) *& subtilient humores sub cute existentes, vt in vaporem conuertant, & per poros excludant.* *Decimus*: Hæc tamen ipsa balnea & vnguenta, nec non & alia localia remedia; ante perfectam purgationem parui existunt valoris: quia vniuersalia remedia particularibus semper à Medicis præmittuntur: *Vndecimus*: scabiosi, quantū possunt, nō se scalpant, quia si id fecerint, de parua scabie facient magnam. *Duodecimus*: quia cibi multi & multæ superfluitatis sumpti scabiem generant, ideo apparet quantum prosit scabiosis moderata comestio, & vini temperatus potus, & confortatio virtutis digestiuæ, vt bonos generet humores, non crudos uec adustos, nec corruptibiles. *Decimustertius*, & est Rhasis in lib. diuision. quanto scabies est humidior, tanto plus indiget medicina fortiori in desiccando. *Nunc ad curationem particularem procedamus.*

Rhases.
Auicenna.

OBSERVATIO XII.

469 *De diuersis speciebus scabiei curatis.*

IVueni scabioso hæc commode præscripta sunt ℞. *syr. de fumoterra, de lupulu, de end. ana* ℥ ß. *aquæ fumiterræ, endiuiæ ana* ℥ j. ß. *misce.* ℞. *diasen. lenit.* ʒ vj. *elect. de succo rof.* ʒ j. *confectionis hamech* ʒ ij. dissoluātur cum *decoct. communi*, in qua bullierint *folior. senæ m. ß.* misce pro vnico haustu. deinde membra inuncta fuerunt cum *vng. Gentilis* pro scabiosis. Pro pueris vero laborantibus scabie sicca, maxime in corporibus humidis, præcipue pueris, hæc egregie contulerunt: *oleum commune, ter. binth. lota cum modico sale pista*, agitata donec dealbentur: & vtere. Vel ℞. *olei rof. butyri ana* ℥ j. *succi fumiterræ. succi plant. succi ebuli vel sambuci ana* ℥ ß. fac bullire: deinde adde *terebinth. lotam*, & *sulphuris viui parum*. item fac bullire *succum lapathij acuti, fumiterra.* & confice linimentum cum axungia & butyro. Ad scabiē calidam acutam, & ignem siluaticum, sequens egregie prodest: ℞. *olei viol. butyr. lotorum in aqua rof. an.* ℥ j. *argenti viui extincti saliua ieiuna* ʒ j. *succi plantag. succi lanceolatæ ana* ℥ ij. *litharg. albi* ʒ ij. probe incorporentur. Cuidam, qui ex phlegmate salso scabiē habebat, sola scabiosa herba trita cum axūgia veteri profuit. Sed & ille qui scabiem fœdam manuū ac totius corporis habebat, inunctus ex *vng.* quod constabat *pul. zinz. sulphure & butyro* recenti, absq; aliquo periculo curatus fuit. Sed & hoc balneum mercatori profuit scabie fœda laboranti. ℞. *radic. enulæ campanæ, rad. lapathij acuti recentis ana* ℔. j. *fol. fumiterræ, lapathij acuti, maluæ recentis ana* ℔ j. ß. *rad. ellebori nigri m. ij furf. tritici optime cribrati* ℔ iiij. decoquantur omnia in aqua & lacte, pro balneo: in quo se balneet patiens bis in die temperate cali- 470
de. Huic tamen, sicut & aliis omnibus, cum scabies secundum plurimum fiat ab humore per viā adustionis sanguinis, vel choleræ, vel melancholiæ, vel per viam salsi phlegmatis desuper redundantis ad totum corpus, laudaui vt apparente pruritu & rubedine in membris totius corporis scabie afflictis, fieret phlebotomia secundū diuersos situs, juxta materiam peccantem: vt si esset ex sanguinis adustione, cuius indicium erit pruritus & rubedo membrorū, vt diximus, tunc fiat phlebotomia ex *basilica dextri lateris, ad* ℥ vj. vel plures, consentiente robore & ætate. Si vero scabies ex adustione choleræ fuerit, cuius indicium est temperatura ægri cholerica, vehemens, & acutus pruritus & citrinitas tum loci scabiosi, tum etiam exeuntis saniei à pustulis scabiosis, tunc vt remittatur choleræ ebullitio, etiam fiat phlebotomia, sed parcior quam in præcedenti. Quod si phlegma salsum scabiei causa fuerit, cuius indicium est violentus & intolerabilis pruritus, sine apparentia rubedinis, vel citrinitatis, in prædictis fiat phlebotomia satis parua ex eadem basilica ad ℥ iiij. plus minusve. Quod si ab adustione melancholię scabies trahat originem, cuius indicium est carentia fortis pruritus & liuiditatis apparentia membri scabiosi & pustulati, cum exitu sorditiei liuidæ vergentis in nigrum, ex saluarella sinistræ manus, consilio pręceptoris mei Benedicti Fauentini in Empirica sua tract. *de cutis infectionibus cap. 4. de scabie*, sanguinem detrahere iubeo ad ℥ vj. & si æger consuetus fuerit pati hæmorrhoides, ex iis, (sanguisugis applicatis) sanguinem extrahere iubeo ad ℥ iiij. Neq; credendum est illis qui dicunt, quod in scabie apparente non debet fieri phlebotomia, ne natura tentans exonerare se, impediatur à suo opere, quoniam cum in scabie materia plurima vitiata sit, etiam intra venas, non est timendum, vt faciamus phlebotomiam, & si et- 471
iam tractus sanguinis ad extra venas fiat, ex eo quod in multitudine peccantis materiæ existentis intra venas, & euacuatæ per phlebotomiam, iuuamentum maius adfuerit, quod nocumentum, quod posset contingere ex aliquali adhuc per phlebotomiam retractione materiæ ab extra venas ad intus, fiet enim ex ipsa phlebotomia natura vigentior supra residuum materiæ remanentis, ad naturam regulandam ab intus & extra venas. & caue ne ante totius corporis euacuationem, ætate adhuc tolerante inungas scabiem;

quoniam plerumque facta inunctione, corporis porositates obserantur. quo fit, vt materiæ malæ intus peccantes, prohibita expiratione earum, magis putrefiant, & febres inducant, sicut fere omnibus contingit præmittentibus vnctiones euacuationi. Nam mulier scabiosa quasi leprosa cum oleo aure vniuersalia ex empirici cuiusdam consilio sese inunxisset, potissimũ in facie & gutture (vt alias scripsimus) in anginam ac inde in mortem incidit. Ita & puer nautæ cum caput scabiosum inunxisset, mane in nauigio inuentus est mortuus. Facta igitur antedicta phlebotomia, consului iuueni suprascripto, tum scabiosis aliis, meæ curæ subiectis, vt materia peccans digereretur cum sequenti syrupo, qui valet in omni materia adusta faciente scabiem: ℞. *syrup. de fumoterra, de lupul. de endiu. ex infus. ros. ana* ℥ ß. *aquar. scabiosa, fumiterra, cicorea, ana* ℥ j. misc. Interim vt materia foras euocetur, quotidie mane per quatuor horas ante cibum hoc balneo aut simili vtendum. ℞. *fol. malua cum rad. violar. cum rad. ana m. ij. bull. in s. q. aqua*, pro balneo. hoc diluantur omnia membra scabiosa. Postea purgetur per pilulas: ℞ *pilul. de fumoterra* ℈ ij. *aurear. Nicolai, fœtid. ana* ℈ ß. fiant pilul. v. Vel ℞. *diacathol.* ℥ j. *confect. hamech* ʒ ß. *elect. de succo rosar.* ℈ iiij. misce cum *sacch.* fiat bolus:
472 vel eum decoct. communi *flor. & fruct. q. s.* cum qua bullierint *follic. sena polyp. querc. summitat. fumiterra ana* ʒ ij. & detur ægro duabus horis ante lucem. Prius tamen potest leniri aluus cum *cassia diaprun. simpl. thamarind. vel cum trochisc. de viol. sine scammon.* quæ omnia multum leniunt euacuando humores adustos. His peractis ad linimenta & vnguenta transeundum audacter. Hoc tamen in pueris, in quibus nulla præcessit euacuatio, propter ætatem non consentientem, sine aliquo timore vtor: ℞ *olei ros.* ℥ iiij. *salis communis* ʒ ij. *vel* ʒ i. ß. *butyr. rec. loti* ℥ j. *in mortario* bene ducantur, & fiat vnguent. *molle.* In pueris & aliis ætatibus sequentibus etiam ante euacuationem hoc vngu. ad ignem inungo: ℞. *terebinth. lota in aqua ros.* ℥ viij. *succi limonis* ℥ j ß *butyr. recent.* ℥ j. *vitellum vnum oui, salis communis* ʒ ij. *olei ros.* ℥ ij. *misce.* & in mortario fiat vnguent. Vel hoc; sed non ante digestionem & euacuationem corporis, vbi scabies crassa est, ℞. *succi lapathij acuti, succi fumiterra, plantag. ana* ℥ j. *lithary. arg.* ℥ iiij. *terebinth. lota cum aqua ros.* ℥ ij. *cerusa abluta, butyri recentis loti ana* ℥ j. ß. *succi limonis* ℥ ij. *vitell. ouor. ij. salis communis* ʒ j. *olei ros.* ℥ j. ß. misce, & omnia simul in mortario plumbeo bene ducantur vel agitentur, donec fiat vnguent. Bertus Bononiæ ita in Comite quodam scabie laborante in Decembri, annos nato triginta & vnum, processit. Hæmorrhoides aperuit quodam suffitu. potuisset & fieri cum succo cæpæ, aut cyclaminis bombaci mixto, & imposito. Postea vsus est hoc vng. ℞ *ol. viol. ros. omphacini, nenupharini ana* ʒ iij ß. *santal. alb. citr. ana gr. iiij spodij tantundem, spica gr. v. camphora gr. ij. cum cera alb.* fiat vng. molle, pro hepate. Hanc condituram ante cœnam sumendã præscripsit: ℞. *conser. cicorea, ros. nenuph. ana* ʒ v. *specier. diarod. abb.* ℈ j. *ros. nouellæ* ℈ ij. *misce cum syr. acetos.* *compos.* Balneo isto iuuari iussit: ℞. *fol. plantag. al-*
thaa ana m. iiij. hordei mund. p. iiij. bull. in aqua flu- 473
uiali; cuius vaporem recipiat per totum corpus: & ipsis herbis confricet sese, & aqua lauet. Hoc quoque vnguentum expertissimum habetur pro scabie: ℞. *terebinth.* ℥ ij. *butyri rec.* ʒ x. *vitellum oui vnum, myrrha, sarcocolla, lithary. rad. lapathij acuti ana* ʒ ß. *salis modice torrefacti* ʒ iij *picis naualis* ℥ j. dissoluantur ad lentum ignem pix, butyrum, resina, & coquantur parum: quibus parumper refrigeratis addatur vitellus oui, & reliqua puluerisata addantur: commisceanturq; secundum artẽ. facto vng. bulliant in succis *fumiterra* ℥ j. ß. *lapath. acuti* ℥. j. ad consumptionem succorum. Aliud: ℞. *vng. huius* ℥ j. ß. *vng. infrig. Gal.* ℥ ß. *butyri recentis* ʒ ij. *succi limonum* ʒ iij misce. ℞. *rad. enula campana, lapathij acuti ana* ℥ iij. *hellebori nigri* ℥ j. *fol. fumiterra, lapath. mal. ana m.* ij. *salis communis m.* j. *hord. mund. m. ij. furfur tritici diligenter à farina expurgati m.* iiij. bulliant simul ad consumpt. tertiæ partis. Balneet manus & crura bis in die ex hoc calido decocto ad semi-horam fere, deinde linteis calidis diligenter siccet, & abstergat: hinc inungat cum vng. suprascripto. Pro scabie, Curtij. ℞. *cerusa* ʒ iij. *lardi & olei viol. ana q. s.* fiat vng. Mulieri annua scabie & pruritu affectæ, & dolore brachij sinistri, & genu, in Vere: ℞ *fol. sena* ʒ vj. *pithymi, polypodij ana* ʒ j. *trochisc. de agar.* ʒ j ß. *pass.* ʒ j. *& in suff. q. aqua lactis caprini calid.* per noctem infundantur, & expressi. adde *diacath.* ʒ vj. *elect. ros. Mes.* ʒ j. *zuccari ros.* ℥ j. *cum decoct. cuscuta* fiat potus. Aliud vng. pro scabie expertum. ℞. *olei de vitellis ouorum* ℥ ß. *sem. lini* ℥ j. *laurini* ʒ vj. *mastiche* ʒ ß *pingued. porci, vituli ana* ʒ j. *butyri Matalis* ℥ ß. *terebinth.* ℥ j. ß *rad. lapathij acuti* ℥ ij. *althea* ℥ j. *fumiterra m. j. furfur. tritic. m. j. ß.* malum granatum acetosum vnum. pisti pistentur, & bulliant simul omnia lento igne ad consumptionem succo-
rum: deinde fortiter colentur. colaturæ addantur 474
lithary. vtriusq. ʒ vj. *cerusa* ʒ iij. *alum. rochi combusti* ʒ ij *calcis decies lota* ʒ iij. *mercurij cum saliua hominis extincti* ʒ iij. *cera virginea q. s.* fiat linimentum. Ad scabiem inueteratam, malam scilicet, etiam valẽs ad impetiginem, & scapiginem cum crustis ℞. *furfuris, maluarum ana q. s.* fiat fomentum. Postea *pul. præcipitati* insperge; miraberis affectum. Aliud ad scabiem etiam optimum, quo sæpe feliciter vsus sum. ℞. *terebinthina* ℥ iij. *butyri rec. quart. j olei communis, olei ros. ana* ℥ ß. *vitellum vnum oui*, omnia incorporentur, & fiat vnguentum.

SCHOLIA.

VT ad particularem scabiei curationem deueniamus, obseruetur quàm diligentissime illa eadem victus ratio quæ à nobis antea descripta est ad lepram, cancrum, impetiginem, morpheam, & alias cutis infectiones: & vt com-
pleatur primus canon, apparentibus signis sanguinis & re- Phlebotomia.
pletionis, fiat phlebotomia ex mediana *seu* vena communi, *vel ex* basilica: *& si hepar in aliquo participet, extrahatur sanguis, secundum mensuram & quantitatẽ & corruptionem eius, & secundum vires infirmi: & sunt quidam, vt* Valescus, *qui volunt, vt si scabies abundat supra partes diaphragmatis: fiat phlebotomia ex vena* cephalica;

phalica, *sub diaphragmate vero*, ex basilica, *sed si cupis ambas partes vacuare*, communē pertudito. *Sed hic dubitatur, iuxta eundē Valesc. cap. prop.* quare in aliquibus post phlebotomiā factā, pruritus & scabies fiūt, vel illa scabies, q̄ prius erat parua, crescat & augmentetur. *Prima causa est, quia phlebotomia, si parua sit, cōmouet humores, & humorum commotorum aliqua pars ad cutis superficiem delegatur, & sic augetur scabies.* Alia *est, quia per phlebotomiā magna humorum quantitas peccantis expellitur, qua expulsa natura super residuum dominatur, & illud exterius ad cutem expellit. Facta itaque phlebotomia, iuxta tenorem secundi canonis*, digeratur *primo materia, deinde* euacuetur. *Si igitur materia ca-*
475 *lida est, vel si est sanguinea, digeratur primo materia cum* oxyzach. & syrup. de fumoterræ, *cum* apozemate cicerum rub. & folior. borag. *deinde purgetur cum* thamarindis *dissolutis in* aqua casei, *quibus addatur* rhabarb. solutum in aqua casei, vel endiu. vel cum cassia fistula, & myrob. citrinis, *quibus addatur* ℥ j. epithymi. *eodem modo Gordonius*: Si fuerit, *inquit*, ex sanguine, fiat phlebotomia: & mundificetur corpus cum manna, cassia fist. & thamarindis, præcedente vsu oxyzacch. & syr. de fumoterræ ac de borag. *Si corpus est plethoricum, & fit ex cholera, fiat phlebotomia: deinde vtatur* syr. acetoso, viol. de fumoterræ, *& purgetur* myrobal. citrinis & indis, cassia, cum elect. de succo rof. triphera sarracenicę. *Si autem fuerit de phlegmate, & corpus sit plethoricum, & virtus sit fortis, fiat phlebotomia, & deinde vtatur* oxymeli diuretico, oxyzach. composito, syr. de fumoterra. *deinde purgetur cum* myrob. chebulis & indis. *Vide duas descript. syr.* de fumoterræ, *apud Valescum* cap. proprio: *vnus confortat stomachum, & hepar, ac aperit oppilationes, & morbos cutis curat*, *ex materia adusta salsa. alia descriptio magis facit ad phlegma salsum. Materia adusta ita purgatur*: ℞. florum viol. borag. bugloss. polyp. querc. pass. ab arill. mund. epithymi ana ʒ ij. *Si est ex materia salsa, fiat hæc potio*: ℞. thamar. ℥ j. *dissolue in sero caprino solo, vel in quo prius bullierint* viol. absinth. polypod. colaturæ *addatur* rhab. *temperati in* aqua end. ʒ j. *detur mane. Vel purgentur cum pilulis de* fumoterræ, *vel istis sæpe expertis*: ℞. aloes epat. cortic. myrob. citrin. ana ℥ iiij. tragac. rof. rub. diag. ana ʒ j. senæ, fumoterræ, agar. epithymi ana ℥ ß. *cum succo fumiterræ fiant pilulæ. Potest etiam purgari materia calida & acuta, prius digesta, cum* diaprunis, *si scabies est sicca, & cum* carthartico imperiali, *& cum* hiera Ruffi. *In phlegmate salso fiat purgatio cum* cheb. & diaturbith. *Si autē fuerit melancholia, vtatur* oxymelite diuret. squillitico, syr. de fumoterra, de pomis, borag. bugl. *ac materia digesta purgetur cum* myrob. indis, belliricis, emblicis, epithymo, sena, diasena, confect. hamech. *Adusti quoq; humores purgari possunt cum* fumoterræ, polyp. agar. epithym. lapid. lazuli, foliis senæ: *& elleboro bene represso seu correcto*, vt cap. de lepræ dictū est. *Facta ergo phlebotomia,*
476 *& purgata materia, frequenter obseruata optima victus ratione, ad topica deueniendum, & ponatur æger in balneo tribus diebus continuis: & qualibet vice in exitu à balneo detur ei* rubiæ trochiscatæ, *vel* aureæ alexand. *vel* theriacæ magnæ ʒ j. *temperata cum vino, & sudet in lecto. Postea vescatur bonis cibis, sumptis & præparatis cum* agresta & aceto, *& similibus, & vtatur* aqua acetosæ, & aqua e[illegible]liu. *& in dicto balneo ponantur* acetosa, malua, fumus terræ, lapathium acutum, beta, borago, furfur, *& similia. ita & Gordonius*: *Corpore autem mundificato fiat stupha: & si causa fuerit calida, ponantur hæc in stupha*: ℞. flor. borag. viol. nenuphar. epithymi, camomill. meliloti, fumiterræ, ana ℔ ß. *misceantur: & exeunti à stupha dentur* rubiæ trochisc. ʒ iij. *vna vero apud Valescum sufficit. Deinde inungantur cum isto vnguento*: ℞. vnguent. citrini ℔ ß. lithargyr. ℥ ij. sulphuris ʒ iij. *misceantur cum succo* fumiterræ: *& inungatur. Si autem causa fuerit cholera, ponantur in stupha quæ dicta sunt ac præterea* scabiosæ, lapathij acuti ana ℔ j. *& exeunti à balneo detur* aureæ alexan. ʒ j. *Deinde inungatur cum isto vng.* ℞. vng. fusci, vng. ad scabiem ana ℔ ß. calcis extinctæ, sulphuris, litharg. ana ℥ ß. *misceantur cum* succo fumiterrę: *Gordonius habet cum* syr. fumiterrę. *Quod si per balnea non curetur, tunc*, inquit Valescus, *fiat hoc vnguentum, quod valet in omni specie scabiei, ad alterationem cutis, & desiccandam & mundificandam scabiem*: ℞. rad. asphodel. rad. enulæ campanæ ana ℥ iij. rad. lapathij acuti ℥ ij. *inuoluantur in stuppis madefactis in aqua, & coquantur sub caldario vel cineribus calidis, & pistentur fortiter, miscendo cum* axungia porcina: *deinde addatur* argenti viui extincti ʒ j. viridis æris incorporati cum argento viuo ʒ ß. *omnia diu incorporentur in mortario, & fiat vnguent. quo vngatur sub noctem: & in posterum diem intret balneum, herbarū supradictarum, vel balneetur in aqua* sulphurea *vel* aluminosa, *si eas habeat in promptu. Potest etiam inungi cum isto vnguento*: ℞. litharg. puluerisati, gummi tragac. vitrioli ana p. æ. *incorporentur omnia simul cū aceto vini, & ponatur in vase vitreo bene cooperto, & sepeliatur in loco humido per vnum mensem, deinde eo vtatur. Materialia, ex quibus fiunt epithemata, vnguenta, linimenta, ad scabiem, hæc ex Auicenna & deinde Gordonio, postea & à Valesco numerantur*: Condisi, argentum viuum extinctum, scoria argenti aristoloch. 477
sulphur. sal alkali, æs vstum, sal ammoniacum, lentes, myrtus, semin. cicutæ, ammoniacum, flos æris, stercus canis, cucumis asininus, succus boraginis, fumiterræ, lapathij acuti, scabiosæ, enulę campanæ, raphani, squillæ, ficlæ, radic. istarum, folia & frondes, rad. lilij, ireos, fuligo, aloe, litharg. cadmia, pompholyx, cerusa, calx lota, sulphur extinctum, elleborus vterque, tartarum, oleum antiq. fex olei, axungia porcina antiqua, acetum vini, ol. de sinapi, oleum laurinum, oleum amygd. dul. ol. de nucibus, folia ficus, & succus eorum, balnea thermarum, aquæ marinæ, sulphureæ, aluminosæ, siue fuerint naturalia, siue artificialia, aqua maluæ, butyrum, oleum rosaceum, & sesaminum, & ceræ. *Ista, vel aqua ex istis mixta, prout oportet, expurgant scabiē ab omni loco. Fiant igitur* vnguenta epithemata, *vel* linimenta, *& die sequenti intret balneum, in quo sint* enula campana, fumus terræ, lapathium acutum, malua, scabiosa, acetosa, ficla, farinæ lentium, fabarum, hordei, furfuris, *in sacculo, cum quo fricetur corpus postquam in balneo per aliquod tēpus. Deinde cooperiatur pluribus stragulis, imo alio lecto, vt egregie sudet. & postea vngatur* cum ol. rof. viol.

Digestio.
Purgatio.
Topica.
Balnea.
Stupha.
Vnguentum.
Vng. valēs in omni specie scabiei.
Simplicia ex quibus fiunt epithemata, linimenta & vnguenta ad scabiem.

humore cum crustis haberet, appositum est emplastrum ex extremitatibus vitis (*quas capreolos* vocant) cum sale mixtis, contusis, & illę crustę vnica vice vel duabus ceciderunt: deinde inunctũ est (ad exiccandum) vng. *de lithargyrio*. Iacob. de Carpo chirurgus Bononiæ hoc vng. vtebatur ad scabiem: ℞. *terebinth.* ℥ iiij. *lardi colati* ℥ iij. *salis gemmæ, thuris ana* ℥ j. *cerusæ, lithargyrij argenti ana* ℥ ß. *succi pomi citranguli num.* j. *misce.* Amatus ad scabiē in qua papulæ erāt exedentes, vt timor esset de herpete, post vniuersalia & *conseruam florum & summitatum fumiterræ*, pro sanguinis mundificatione, hoc linamento vsus est: ℞. *vitellorum ouorum num.* ij. *olei rosa*

481 *butyri recentis ana* ℥ j. *succi duorum limonum, sublimati* ʒ ß. *misc.* Nicolao Halsio puero Delphensi scabioso, tum multis aliis, præscripsi sequens vng. quo omnes sanati sunt. ℞. *rad. lapathij acuti mundi* ℥ ij. coquantur in aqua ad mollitudinem: contusæ per setaceum excipiantur. adde *pul. baccarum lauri, aristoloch. rotundæ, tamarisc. ana* ℥ ß. ad ignem coquantur cum *flore lactis*, continuo mouendo cum spatula, vt in linimentum coëat. Coquendum autem est parum; alioqui exiccatur: & quamuis admodũ parum coquatur, facile tamen in linimentum optimum coit, quod nullum odorem habet, estq; molle, vt optime liniri possit.

SCHOLIA.

Vnicuique *scabiei speciei, quantum possibile est, instituenda sunt remedia vniuersalia & topica propria. Vniuersalia ad materiæ antecedentis euacuationem serosæ substantiæ, pituitosæ, vel melancholicæ, aut sanguineæ præsertim debent. Si enim sint serosi humores à bile, pruritum faciunt, & veluti pustulas aquosas, quales fieri solent in herpete miliari. Sunt autem remedia ad illa serosa recrementa*, syr. rof. laxat. syr. de fumaria simpl. serum lactis, *vel apozema ex purgantibus serosa*, vel alterantibus nonnullis & mundificantibus serosa recrementa, vt ℞. cassiæ nouiter extractæ ℥ j. cum sacch. *fiat bolus, ad idem valet* diaprun. simplex, vel diasebesten, ab ℥ j. vel syr. rof. laxat. ab ℥ j. ad ℥ ij cum decoct. lapathij acuti, vel aceto *sc.* vel cum sero lactis. *Si frequenter hu vtamur, poterit purgari: si vero vno tantum apozemate, diutius erit vtendum. Nam cum materia sit in venis magnis & paruis, oportet sæpius & diutius purgare, vt non solum quod in primis venis est, vacuetur, sed quod sanguini permixtum est.* ℞. rad. lapath. acuti ℥ ij. cichorei, endiu. borag. buglosl. ciclcæ, mercur. scabiosæ, fumar. ana m. j. prun. sebesten ana num. xx. thamarind. ℥. j. senæ orientalis ℥ iij. flor. cord. ana p. j. *fiat decoct.* in aqua end. fumariæ, & aqua fontis, *vel in sero caprino*, & *in* ℔. ij. *colatura dissolue syr. de* fumoter. compos. ℥ iij. facch.

482 parum. fiat syrup. *media coctionis: vtatur quinque dosibus. Vltima dosi adde robustis* gr. vj. diagrid ij: *debilioribus aut mollioribus, infus.* ℥ ij. rha. *Aliis robustioribus* ℥ ij. elect. de succo rof. vel confect. hamech. *Vtatur optima victus ratione, qua cacochymiam bilis emendet. Si videatur non satis corpus purgatum, rursus purgetur modo precedenti, interpositis tamen paucis diebus. Postea ad topica descendendum: & ideo pro cautione animaduertendum tam in pruritu, quam scabie, quod materia*

Quæ faciat ad scabiem ex seroso humore, à bile, quæ pruritum facit, & veluti pustulas aquosas, quales fieri solet in herpete miliari.

Cautio.

in principio non est repercutienda, vt non lædat membra interiora per suam retractionem, sed per phlebotomiam (*vt præcedentibus obseruationibus ac scholiis diximus*) vel purgationem, vel per vrinam vel per sudorem est expellenda. Nec vllum locale remedium, neque euaporatio, neque linimentum, neque vnguentum loco affecto externo aut cuti est applicandum, nisi prius materia antecedens sufficienter fuerit expurgata & euacuata: & *hæc regula in omnibus fere morbis est obseruanda, vt Gal.* docuit 3 artis paruæ tract. de causis, & *potissimum in morbis intercutaneis: quemadmodum nuper euenit in longa quadam ægritudine ex repercussione scabiei ad interiora, vt quidam valde angeretur. Iumens autem continuo ex decocto* ficuum, *nempe* xij. ficubus decoct. in ℔ ij. ceruisiæ, *denuo scabies extra propulsa est. A præcedentibus purgationibus iam supra adductis, de hoc symptomate non est timendum: præcipue reiteratis purgationibus per interualla, vt diximus: deinde tuto vtatur balneo sequenti:* ℞. rad. elenij, lapath. acuti ℔ j. ciclæ parietariæ, & saponariæ ana m. ij. flor. anthos, chamom. ana p j. *fiat decoctio pro balneo: cui adde* salis ℔. iij. *nateat: & si non curetur, vtatur sequenti vnguento:* ℞. vnguenti enulati ℥ iiij. litharg. ℥ j. cerusæ ℥ ß. chalcanth. vel chalcit. ʒ ij. argenti viui, in succo limonum extincti ℥ ij. *misce. vngantur vola manuum. descriptio habebat* chalcit. & non chalcanthi. *Vel sic.* ℞. resinæ ℥ iiij. terebinthinæ lotæ in aqua rof. ℥ ij. cerusæ lotæ in aqua fumiterræ ℥ j. litharg. loti in aceto ℥ ß. argenti viui ℥ iij. succi limonum vel aranciorum ℥ ij. *misce. ad formam vng. nutriti fiat vnguentum, vel minuatur dosis argenti viui. Si pituita salsa morbum faciat vt sentibus, purganda erit pituita hoc modo:* ℞. syr. rofac. ℥ ij. mell. rof. ℥. ß. aqua bngloff. cap. Vener.

483 ana ℥ j. betonicę ℥ iij. misce. ℞. rad. elenij & liquiritiæ rasæ ℥ ij. beton. buglosl. boraginis, mercurial. herbar. capil. ana m. j. fumariæ, ciclę, fol. brassicæ marinæ ana m. ß. sem. carthami ℥ ij. flor. anthos & buglosl. ana p. j. hordei & cicer. rub. ana p. ß. *fiat decoctio in duabus part.* aquę fontis, & vna absinth. ad ℔ ij. *in quibus dissolue* mellis rof. ℥ ij. syr. rof. laxat. ℥ v. sacch. q. s. *fiat syrup. coletur, & aromatizetur* ʒ j. diarrhod. abb. *capiat quinque matutinis. Finitis syrupis dictis*, ℞. ℥ iij. diacarthami, vel de citro soluti, & *dissolue in vna parte decoctionis: vel detur* ʒ ß. *in decoct.* mercurialis, & ℥ ij. syr. rof. laxat. *Fortiora vsurpare oportet in omnibus affectibus, qui sunt in habitu corporis, vel mitioribus frequenter vtendum est: & postea vngantur partes affectæ sequenti vnguento:* ℞. vnguenti enulati ℥ iiij. terebinthinæ ℥ ij. argen. viui ℥ j. styrac. ℥ ij. *misce, inungantur manus cum ibit dormitum. Si à materia melancholica, vel ex assatis humoribus fiat, purgetur sic:* ℞. cathol. ℥ ij. diaphœniconis ʒ j. diss. sol. in decoct. mercut. & ℥ j. syr. rof. laxat. *ego putarem* ℥ j. cathol. *sufficere cum reliquis:* ℞. buglosl. & liq. ana ℥ j. rad. enulæ ℥ ß. passul. mundat. & prun. sebesten ana num. xx. anisi ʒ iij. polypod. querc. ℥ iij. sem. carthami, senæ orientalis, summitatum thymi ana ℥ ij. chamomill. buglosl. borag. scilicet florum, ana p. j. thamarindorum elect. ℥. ij. fiat decoct. in ℔ ij. colaturæ dissolue syr. viol. rof. laxat. ana ℥ iij. syr. de fumoterr. ℥ vj. *misce aromati-*

Balneum.

Vnguentũ.

Contra scabiem ex pituita salsa.

Cautio.

Si fit à materia melancholica, vel ex assatis humoribus quomodo curetur.

 zetur

cum vino decoct. fumiterræ. Mulieri autem detur aurea alexandrina solum: & postea fiant vnguenta superius dicta: vel istud quod sequitur: ℞. succi raphani, spatulæ fœtidæ, aristoloch. cucumer. asinini, borag. fumiterræ, scabiosæ, lapathij acuti ana quart. j. vtriusque ellebori, sulphuris viui extincti ana ʒ ij. puluerizata misce cum prædictis succis, & cum oleo nucum ac cera incorporentur, & fiat vng. Sed & hoc probatur in malo mortuo & scabie: ℞. succi chelidoniæ lib. ß. axungiæ porcinæ antiquæ quart. j. bulliant simul ad consumpt. medietatis succi: & tunc addatur argenti viui ℥ j. incorporentur in mortario, & vngantur loca infecta: ac postero die lauetur cum decoctione suprascripta.

Cautio. Id quoque notatu dignum, si superuenerit ex rheumate, vel scrophulis, vel glandulis, vel splene, vel menstruis repressis, aut hæmorrhoidibus retentis, tunc illa prius debent curari, & mundificari, & potissimum splen. & hæc dicta suffi-
487 ciant de scabie.

OBSERVATIO XV.

De pernionibus.

QVI perniones habebat, huic consilium dedimus, vt rapam feruentem contusam imponeret. Vulgares apponunt cutem extractam ab halece fumo induratam, vel pappos contritos ex specie gladioli vel iunci crescentis in aqua, ex quibus pueri sellulas tum alias pro puppis sedes conficiunt.

SCHOLIA.

Chimetla. PERNIONES Græci Chimetla & vulgares apud Italos Buganze nuncupant; nostrates idiomate Germanico Cackhielen. Sunt autẽ vlcera, quæ ex frigore hyberno in digitis manuum, pedumq; potissimũ contrahuntur: & maxime hic affectus calcaneum infestat.

Quomodo curantur perniones. Curantur perniones cum rapo feruenti imposito, vt in Obseruatione præcedenti dictũ est, vel cum eius decocto: curãtur & vnguibus asini combustis & applicatis: curantur & apposito vnguento diapalma: Vel ℞. oleũ in quo allia vel scilla decocta fuerint; quibus abiectis oleum cum cera ad ignem misce, & adhibe. Ad perniones vlceratos facit ceratũ rosaceum, in rapo ad ollæ similitudinẽ excauato super feruentem cinerem liquefactum, & impositum. Vel ℞. olei omphacini, adip. taurin. fellis ana lib. ß. argenti spumæ ℥ iiij. colophoniæ ℥ ij. mellis ℥ iij. confice secundum artẽ, & vtitor. Ad scissuras calcaneorum (ex Paulo lib. 3. cap. 29.) adipis caprilli, ceræ, olei ana. vtitor. Alumen cum farina ad perniones etiam valet, & malicorium incoctum vino, & in puluerem redactum, & cum cerato exceptum, & impositum.

OBSERVATIO XVI.

De panaritio, seu Græcorum paronychia.

VXOR Iohannis Aperi consulis Delphensis, cum panaritio in indice laborasset, ac perpe-
488 ram decem diebus per Catharinam in forcipe, sic dictam medicastram tractaretur, intolerabili cruciatu die noctuq; afficiebatur, ita vt tãdem in extremitate ipsius indicis apostema effectũ fuerit, & vlcus subsequutum immensi doloris, cum febre, angustia, vigiliis: insuper totũ brachium dolebat ad axillas vsq;, cum eiusdem inflatione haud exigua: putabat autẽ puncturam nerui esse, vnde etiam me ac chirurgum Ysbrandum Delphensem vocauit, cumque 13. die Aprilis primo vocati essemus, (nam per 10. antea dies male tractata fuerat à muliere illa, sanguinis missione tũ reliquis optimis auxiliis prætermissis) timebamus de spasmo ob ingentem dolorẽ. Panaritium autem esse cognouimus ex descriptione ipsius Guilhelmi Placentini chirurgi peritissimi, ex eius lib. 1. cap. 31. de apostemate in digitis, quod panaritium dicitur. Est enim panaritium apostema ex materia cholerica, acutæ & ingentis caliditatis & inflãmationis: quæ quidem sua caliditate & ignitione (sic enim loquitur) cum dolore fortissimo est in fine neruorũ manus digitorum, & ligamentorum vnguium, cum extremitatibus digitorum, & quandoque vltimum os digiti interficit, & vocatur Germanice Den fijt, Signa huius, secundum eundem, partim sunt rubedo vehemens, & acuitas apostematis, & dolor fortissimus, cum pulsatione grandi, & continuus: & ascendit talis dolor per brachium totum vsque ad cor & cerebrum, & multoties accidit syncope & destructio appetitus, &c. Quãtum ad curationem, authores procedũt statim in principio cum phlebotomia & purgatione. Sed quia hæc mulier erat debilis, sanguinem mittere non fuimus ausi, quia iam decẽ diebus laborauerat, & eodem tempore purgata fuerat cum foliis senæ ex proprio consilio, vt perperã nunc apud multos huius medicamẽti vsus frequentissimus est. Isbrandus chi-
rurgus, qui etiã vocatus erat, vt paulo ante diximus, 489
de frumento proposuit, ad sedandum dolorem; quare hoc quod sequitur vna præscripsimus, ex foliis viol. maluæ, florum chamomill. meliloti, radicis althææ, sem. althææ, & vermibus terrestribus. Quod si ego fuissem vocatus in principio, post phlebotomiam & vniuersalia remedia posuissem digitũ per longum tempus in ouo putrido: id enim plurimos curasse, experientia constat. alij eum in musculis putribus tenuere, optimo cum successu, & magna cum laude, vt audio. Cæterum cum iam apostema perfectum esset, & paruum foramen quasi acu diuulsum in apostemate suppurato appareret, neq; materia virulenta exiret, quasi conculcata, vt ibidem fieret incisio, proposuimus, quam nullis modis tunc temporis admittere voluit. Fuisset tamẽ hoc præstantissimum remedium; sicuti etiam in punctura acus in digito; quemadmodum habemus historiam apud Amatum centuria prima, curatione 38. Anselmi (inquit) illustris Comitis mater, sexagenaria, quum fueret, pollicem acu prope vnguem pupugit à punctura multum doluit; febricitabat; non quiescebat, adeo vt per duodecim dies parũ aut nihil dormiuerit, quieueritve. Dolor in vniuerso hoc tempore continuo perdurauit ita intensus, vt parum abfuerit quin ex eo moreretur: ad quam cum accessissem, penitim locum animaduertens inuenio in ipso pollice inter vnguem articulum saniem genitam esse; quam cum viderem, ilico in loco secari iussi, saniemq; pro membri quantitate fluere: à sectione vero optime manu oleo rosaceo completo inuncta, in ipsoq; vulnere immisso linimento ex albo & luteo oui optime contusis, & spleniis debite applicatis, intra 2. horas à doloribus libera fuit, & postea intra paucos dies sanitati restituta. Periculosa admodum sunt eiusmodi punctura; ob quas multi ali-

quando

490 quando digitum, aliquando manum, aliquando vero &
ipsam vitam amiserant. Vnde Galenus hac sciens, docte
admodum confugit ad sectionem, vt lib. art. parua cap. 92.
docuit: cum enim nihil expiret, ol cacato enim vulnere sæ-
pe oritur conuulsio. Aperiendam itaque statim atque exic-
candum medicamẽtis tenuis substantia praditi, vt method.
6. & 3. de compos. medic. secundum genus in libri frontispi-
cio late expressit Galenus. At vt ad nostram ægram re-
deamus, illa nullo tamen modo sectionem admi-
sit. ideo chirurgus apparente illo foramine, vt di-
ximus, cum materia virulenta non exiret, amota
pelle puluerem præcipitatum imposuit, & demum
amota eschara & crusta impositũ est digestiuum,
quod habebat paratum ex vna parte mellis, dimi-
dia vero terebinthina: cui vitellum oui & pauca farina
hordei, tum myrrha, adiecta erant. Exteriorem par-
tem digiti, ac connexam partem manus, pro de-
fensiuo, vti conuenerat inter nos, cum vnguento
nutrito inunxit: Brachium vero quia dolebat vsq;
ad axillas, ne fieret spasmus, oleo vermium terrestr. &
liliaceo simul mixtis inunximus. atque ita proces-
simus vsque ad 23. diem Aprilis. Postea cum non
dum admitteret incisionem, quam maxime vrge-
bam, adhibuit loco digestiui vnguentum apii seu
hyperici, quod proprie educit materiam viscosam
ex ossibus, & panaritium per se curat: & est nobi-
le experimentum, non solum ad panaritium, sed
& contra vulnera, & omnia vlcera. cuius est hæc
descriptio, quæ etiam ponitur in libello quodam
Germanico Philippi Hermanni, & conuenit, eo-
dem teste, panaritio, vlceribus digitorum, & in
quibus vlceribus vermes latuerint, & potissimum
omnibus vlceribus malignis & inueteratis: quam
descriptionem falso sibi Petrus Volckius empiri-
cus iactabundus, tanquam illius author existeret,
asscripsit: sed Hugo aromatarius Delphensis, illud
oleum in vsu habebat, & conficiebat nostro tem-
pore, estque arcanum contra panaritium. fit au-
491 tem hoc modo: ℞ succorum hypericonis, apii an. lib. ij.
senetionis, vulgaribus cruciata dicta, succi millefolii, ab-
sinthii ana lib. j. succi chelidonia, persicaria ana lib. ß. mel-
lis despumati lib. v. olei hypericonis lib. ij. terebinthina lib.
j. farina tritici q. s. aluminis vsti ℥ j. ß. succi coquantur
secundum artem, & reliqua addantur, & coquan-
tur, vt artis est, ad spissitudinẽ linamenti seu vng.
mollioris, & vsui reseruetur. Hoc solo vnguento
ipse aromatarius supradictus à panaritio curatus
est. Maximo autem successu cum filamentis im-
posuit & noster chirurgus digestiui loco & supra
ipsa linamenta peciam vng. Basilico extensam: &
interim pro defensiuo, vt diximus, vnguento nutrito
partes circũstantes & manum inunxit. & sic pro-
cessimus vsq; ad Maium mensem. Alii pinguius-
cule solum Vng. de apio seu persicaria, vel de hyperico-
ne per totum digitum cõmode apponunt: quem-
admodum & infinitos curauit Theodorus chi-
rurgus Nosocomij Delfensis, qui in intersignio
quinque annulorum habitabat, vt mihi retulit,
absque incisione, ita vt os corruptum aliquando
cum solo vng. apposito exierit; & eodem vlcere re-
purgato, ad sanitatem panaritium reductum sit.
Postea, pro maiori exiccatione fomento ex saluia,
ambrosiana, hyperico, absinth. centaurea, & similibus
in vino rubeo decoctis vsi sumus. Prius itaque fi-
lamenta instar tentarum circumlinita vng. apii im-
ponebantur: deinde vng. basil. cum supra peciam li-
nitum. Circum vicina loca vnguento nutrito in-
ungebantur: sed prius facta fomenta: postea et-
iam post omnia iam dicta apposita, etiam panni
linei intincti in fomento, circũligabantur digito:
& ita processit chirurgus. Verũ postea, nescio qua
de causa, alius quidam accitus est: & tunc admit-
tens incisionem, quam nos frustra proposuera-
mus, ablato osse corrupto facilius curata fuit. 492

SCHOLIA.

PANARITIVM est apostema calidum, accidens in *Panaritium quid.*
summitate alicuius digiti, in latere vnguis, cum vehe-
mentia doloris & inquietudine & punctura, in tantum
vt inducat interdum insomnietatem (vt vocant) vigi-
lias, & similia, vt & multis verbis ostenditur à Valesco
tract. chirurg. cap. 24. & à Gordonio de solutione conti-
nuitatis parte 1. cap. 28. de morbis. Est enim apostema
calidum, dolorosum, locum suum habens in radice vnguis,
aliquando cum vlcere; aliquando cum sanie virulenta, &
tunc non caret digitus periculo. Et quia hic affectus est cum
sauissimis symptomatibus, oportet chirurgum in eius cura-
tione esse studiosissimum. & ideo primo considerandum
num adsit plethora; & tunc fiat phlebotomia & pur-
gatio si est necessaria. deinde curandum curatione aliorum
apostematum calidorum, vt in phlegmone & erysipe-
late dictum est. Ponenda ergo in principio repercussiua, *Curatio.*
vt sunt succus semperuiuæ, solatri, & vermicularis:
& secundum Auicennam primo ponatur digitus in aceto *In principio.*
calido; ex mente Galeni. Si addatur furfur, farina hor-
dei, cum aceto, facto emplastro, pauca adiecta campho-
ra, conferet. Et valet emplastrum muccilaginis psyllij,
cum puluere gallarũ & lycij, albumine oui; & va-
let muccilago psyllij cũ psidiis & balaustiis & em-
plastrum de semperuiua: ista enim sufficiunt ad reper-
cutiendum, & alterandam malam intemperiem. Prascri-
pta igitur victus ratione, deinde phlebotomia, postea &
pharmaco conuenienti adhibito, corpore ita mundificato,
à principio muccilago psyllij facta cũ aqua ros. opio,
camphora, & farina hordei & aceto, apponatur, se-
cundum Gordonium. In augmento autem illiniatur *In augmento.*
locus cum sorditie auris; in statu, cum muccilagine *In statu.*
psyllij, vna cum lacte; & in fine status perforetur cum
acu: & in declinatione mundicetur cum farina lupino- *In declinatione.*
rum & melle: & si ibi esset vlcus, curetur cũ aloe, thu-
re & arsenico Valescus ponit historiam suiipsius nempe
quod ipse, cum laboraret panaritio, in principio hoc modo *Valescus quomodo se ipsum curauerit à panaritio.*
se ipsum curauerit, cum maxime inquietus esset: apposuit
lenticulam aquæ tritã, & incorporatam cum ace-
to & albumine oui, & statim fuit liberatus à dolore:
& cũ vidisset aliquid saniei sub cute in latere vnguis, ape- 493
ruit cum acu, & emisit duas tresve guttas saniei; & ex to-
to curatus fuit. Aliqui, eodem authore, faciunt digitale ex
cera noua. hoc enim calefaciendo & mitigando sopit ac
lenit ex parte dolorem; & valet ante eruptionem & post.
& si post eruptionem fiat digitale ex cera vel apostolico,
iuuat ad retinendum foramen apertum. Si non ita suppu-
ratur cito, hoc maturans apponatur: ℞. rad. maluaui-
sci incis. & coct. ℥ j. vitellorum ouorum coctorum

num.

num. duo, butyri recentis ℥ j. ß *misce, & fiat emplastrum. Si alia accidentia concurrant, vt est* vlcus, fistula, esthiomenus, ignis sacer, *curentur vt in propriis locis dicitur. Hac minus mala sunt in prima aut secūda iunctura, alioqui metus est de manus perditione, vel toto corpore; quia digiti manus subsunt emunctoriis cordis: attamen cum materia sie exigua, competunt repercußiua, qua sub axillis non competerent. Ad morbos vnguium tum vitia pertinent non solum* panaritium, *sed &* spasmus, leprositas vnguium, albedo maculosa, fœda citrinitas, scissura, *& similia, vt Gordonius dicebat. Si fissura adest, liniatur cum* mastice *soluta in* oleo sisamino. *Si spasmus, citrinitas, & leprositas in vnguibus, corpore à melancholia mundificato, innugatur cum adipe* gallinæ, & oleo sisamino; *deinde radatur cum vitro, deinde emplastretur cum* semine *lini &* gummi cupressi. *Et si volumus vt vngues cadant, inungantur cum* oleis & allio, *aut cum* sulphure, arsenico, & aceto. *Et si ex attritione sanguis niger mortificatus fuerit subtus vnguem, perforetur suauiter vnguis cum acu, & emittatur sanguis, deinde fomentetur cum* vino albo & chamomilla. *Et si in vnguibus fuerit albedo enormis maculosa, liniatur cum* nuce cypressi & farina lupinorum, & aceto. *Et si sit citrinitas, fiat cum* acero & oleo de eruca. *Panaritiū corruptum nomen esse videtur: nam Gracis* Paronychia *appellatur: sed &* eeduuiæ *dicuntur: de quibus sic* Paulus *scribit*: Reduuiæ, Græci paronychiam appellant, abscessus est qui ad reduuia vnguium coit: cum parua adhuc est, & prima habet rudimenta, galla cum melle eam reprimit & confirmari prohibet, vel Musæ pastillus, vel iris ex aqua. At vbi cato iam præter naturam excreuerit, eo curatio dirigenda est, vt perrodentia medicamēta absumatur rumpaturque: *valent autem ad reduuias, tum* aurium sordes, *tum* lycium: *suppuratis autem reduuiis acu ad ictū humorem emittere*, spongiamque aqua *imbutam imponere oportet, vel* lenticulam *illinere, cum* aqua tritā, *aut* palmularum decoctum cum vino: *vel* rosis viridibus *vel* siccis, aqua respersis tritisque *vtemur: quin &* polenta cum aqua *efficax est reduuiis: ac etiam* lupinorum farina, melle *vel* mulso *macerata. Exulceratis reduuiis opitulatur hoc medicamentum*: Æruginis, argenti spumæ ana ʒ iiij. sarcocollæ tantundem, *super linamentum ex vino & spongia imponitur. Conuenit autem carnem vndiquaq; ab vngue diducere.* Pterygion *carnis incrementum est, aliquam vnguis partem operiens, fit autem in pedū & manus pracipue pollicibus: in pedibus quidem ex illorum offensione plerumque; in manibus autem ex neglecta reduuia, ant alia huiusmodi causa: aduersus quam* auripigmentum & manna pari *pondere spargitur: super autem,* linamentum ex vino spongiaque *imponitur. Aliud:* Chalcitidis squamæ, malicorij ana par. æq. *excipiuntur* fico *tosta &* melle; *parts affecta, spissamentorum decocto prius delibuta. quod autem siccum est in vngue, circumcidito. Ad digitorum pterygia putrida, itemq; ad pudendorum vlcera:* ♃. lacrymæ thuris, squamæ ana ʒ j. ærug. rasæ ʒ iij. mellis cyathus: *terantur in sole, donec subflauescant, & loco vino prius delibuto per splenium inducuntur. Eadem subito exiccans persauansq;*: Soryos combusti, thuris ana ʒ ij. ærug. rasæ ʒ j. *cum melle contrita ipsi pterygio inducantur. Valet etiam ad reliqua maligna horum locorum vlcera, nigritias & putredines. Vel* squama æris, palmularum carne excepta, aut ficorū *vtitor. Vel* columbæ stercus cum polenta *ex passo coctum pertritumq; calens imponitur. item* squama per se inspersa, *pterygia desiccat. Oportet autē crebro angulum vnguis pterygiou pungentem, ne increscat, scalpello superimmisso, adimere. Ad vngues contusos:* Myrti & mali punici foliis teneris *vngues illinito. Ad cruentos vngues:* Farina pice mista *imponitur. Vt vngues qui laborauerint abscedant:* Sulphur tritum adipe suillo *exceptum inijcitur. Vt scabri vngues abscedant:* Visci quercini, sandarachæ, fœnugræci, singulorum pondo sextans: cantharidum, thapsiæ, singulorum vncia, aceti quod satis est. *Vel* propolis Atticæ, ceræ, bituminis ana ana ʒ ij. sulphuris ignem non experti ʒ j. *oleo non inquinentur: in vsu calefactum vnguibus illinitur. Vel* picis liquidæ, ceræ, colophoniæ, terebinth. guttæ ammoniaci, sulphuris viui, aphronitri pares portiones, *ne manus inquinent. Aliud, quod separat scabros vngues, sine exulceratione:* Bituminis, auripig. sandarachæ, sulph. viui ana ʒ iiij. resina excipito, *& vtitor; dissoluens per dies septenos. Aliud:* Erui farina, felle ouillo, vel vrina ouilla imbuta vtitor: vel calce viua cum oleo, vel chia cum opobalsamo, vel visco, atramentum sutorium, sulphurque viuum, quod satis est, *exceptum, pelli illitum superinducito; vel* herba pedicularia, cum aceto trita vtitor, vel resinæ terebinthinæ ʒ iiij. sandarachæ ʒ ij. *simul radici vnguis imponitur, diligenterq; fascia illigatur. Cum autem vnguis exciderit,* ceratum myrteum, *cui paululum medicamenti ex terra adiectum sit, superaccommodatur. Atque hæc sunt qua de tumoribus prater naturam dicenda habuimus: nam quamuis aliqui tractationē de* Lue Venetea *huc pertinere censeant; tamen nos illam plurimas ob causas separatim edendam esse iudicauimus. Et ita hos quinque libros Chirurgicos, Summi Dei auxilio absoluimus, ipso anno 1570. die 21. Septembris, cum resp. Gallicana cessaute bello intestino, pacem iniisset, vt pro certo ferebatur. Faxit Deus opt. max. vt omnia talia bella à nobis absint quam longissime.*

Qua ad morbos aut vitia vnguium pertineant.

Paulus ad vnguium vitia & de reduuiis lib. 3. cap. 82.

494

Medicamen. valens ad vlcerata reduuias.

Ad vnguium pterygia.

Ad digitorum pterygia putrida.

Pterygia exiccantia.

Ad vngues contusos.

Ad cruentos vngues.

Vt vngues qui laborauerint, abscedant.

Vt scabri vngues abscedant.

495

Separans scabros vngues sine vlceratione.

FINIS.

SEQVVNTVR LIBRI III. DE INCERTO AC FALLACI VRINARVM IVDICIO.

Argumenta singulorum librorum.

stionem illam, quam nobis Brute mouisti, facilime soluet, teque ab illo scrupulo, qui anxius animo tuo iniectus est, haud difficile liberabit. B R. Vt liber facito. E V L. Salue mi Philiatre. P H I L. Et tu quoque ô Euloge; plurimum enim gaudeo te incolumem ex Italicis Academiis, tum ex Gallia ad nos peruenisse. Saluane sunt omnia? E V L. Maxime quidem, & magna voluptate afficior, quod te amicum bene habitum ac saluū videam. P H I L. Sed quid hic Brutus apud te agit, cuius aduentus vel monstro similis est, qui tecum rixari videbatur. E V L. Non poterat vnquam tuus aduentus mihi esse gratior. Agitabatut inter me & Brutum quæstio de incerto vrinarum iudicio, ideo optatus ades, & si libet nostro consortio te adiungere, prædium suburbanum accedamus, vt id quod Brutus acriter defendit (*nam hæc disceptatio medica est*) absoluamus. P H I L. Nihil iucundius mihi contingere potest, modo Bruto non sim molestus; noui enim eius ingenium eiusque mores, qui acriter defendit Empiricorū errata: nam & supra modum iis fidem habet, cum videam eum cum agyrtis & circulatoribus perpetun conuersari: ideo plurimum mirabar, quid illi negotij tecum esset. Sed disputationem vestram nobis ô Euloge prius explica. E V L O G. Indicta erat disceptatio medica *de vrinæ falsitate, eiusque imposturis*, cuius iudicium falsum esse atque incertum proponebam, neque sufficiens esse ad considerationem de omnibus morbis, cum ex sola lotij inspectione, omnes morbi manifestari non possent, ob multas causas, & ob eiusdem lotij continuam mutabilitatem. Vnde etiam illud malum irrepsit, quod lotia ad ædes medicorum afferuntur, arti

Quæ in his libris præcipue tractentur.

6 huic diuinæ contrarium, cum veteres illi ac vere cordati medici ea tantum apud ægros spectarent. Hinc illæ lacrymæ, & ægrotantium subito inretemptorum querelæ! hinc Empiricorum vulgatium & circumforaneorum vrinas inspicientium liberior impostura! Hinc denique insulsorum mortalium confidentia, circa incerta vrinarum iudicia! Quæ Brutus hic præsens certa ac firma esse affirmare audet, atque hanc ipsam inutilem, imo perniriosam vrinæ inspectionem, quæ in ædibus vroscoporum fit, longe à veteribus medicis alienam de inspiciendis lotiis rationem, multis modis & laudare & in cœlum vsque tollere videtur, qui partibus ψευδιατρῶν & imperitorum medicastrorum maxime fauet. Vnde disceptatio nostra orta, quum heri Brutus hic mihi obuiam factus esset, cum lotio vxoris suæ, quod ad nouum hunc circulatorem & vromantem, qui istis diebus huc accessit, attulerat: deinde etiam idem lotium medicastræ cuidam spectandum dederat, ita vt vtriusque iudicium de lotio, plusquam alterius optimi ac periti medici, extulerit. B R V T. Hoc ipsum etiam & nunc facio, ac in eadem opinione persisto. Nam quos Eulogus videtur ridere & scommare afficere, illi tamen frequenter mihi veritatem ex inspecto lotio pronuntiatunt, quod nec isti sui medici atque Doctores eximij, de quibus tantum iactat, iudicare potuerunt. Perinde est mihi, modo veritatem dignosam, seu hanc ipsam ex medici, seu circumforanei, seu medicastræ iudicio, intelligam. E V L O G. Recte Cato asinum risit vescentem carduis, inquiens, *Similes habent labra lactucas* Si hoc quidem verum esset, aut veritas ipsa vt tu existimas, tunc quidem tolerandum esset, vt lotium ipsum, vt decet, ab ipsis recte inspiceretur, & ab iisdem probe iudicaretur. Sed quum res ita se non habeat, vt certis 7
rationibus facile demonstrari possit, quod huic Philiatro nostro libens committerem, qui hanc prouinciam (*vt spero*) non inuitus quoque susciperet, modo patienter ipsum audires, disputationem hanc inceptam ad finem optatum non difficile perduceremus: ita vt & ratione & experientia & authoritate simul illustrium medicorum demonstraremus, vrinarum iudicia sæpius incerta esse, & vrinæ inspectionem, quæ à tuis circulatoribus & medicastris fit, hactenus à plebeis hominibus laudatam, nihil nisi imposturam esse. B R V T. Vt vt res sese vertet, placet vtriusque ingenium & vires experiri, quanquam vos duos vnum facile vincere posse scio: hac tamen lege, vt mihi liceat liberius à vobis dissentire, si absurdum quiddam attingere videbiris. E V L O G. Honestum petis, quum & libera debeat esse disputatio, vt tandem verum eliciatur: quamobrem & Philiatro huic concedas quæstionis huius interpretationem, eiusdemque moderationem, cum hæc quæstio medica sit, & magis ad eum pertineat. B R V T. Perinde est, modo veritas dignoscatur, & iden vires quoque Philiatri experiar; ea quoque lege, vt mihi liceat, quæcumque obscura, aut noua audiam, sedulo percontari & liberius confutare si quid contra meam sententiam protulerit. E V L O G. Probe Philiatri naturam & ingenium teneo, qui facile etiam hæc tibi concesserit. P H I L. Maxime quidem. Cum itaque hic inter nos conuenimus, dum matutinus hic auium concentus recreat animos, inito colloquio hæc explicanda suscipio, quæ quidem non solum Bruto, sed omnibus cuiuscumque conditionis hominibus & hanc disceptationem nostram aliquando vtilem futuram confido, vt 8
sciant, cui medico fidem habituri sint, & quibus modis exercitatum in inspiciendis lotiis recte consulent. E V L O G. Incipe igitur ô Philiatre, & vterque nostrum auscultabit, & vbi res ita postulat aut vrget & expedit, tibi respondebit. P H I L I A. Rem ipsam aggredior Quemadmodum præuidentia in omni casu apud doctissimos quosque medicos laudatur: ita apud eosdem temeritas non sine ratione vituperatur. Præuidentiam vero tanti fecit noster diuinus Hippocrates, vt nihil perinde medico necessarium duxerit, quam vt eam quilibet medicus præ omnibus aliis medicinæ partib. addisceret. Cum autem & lotij inspectio ad hanc præuidentiæ partem seu Σημειωτικὸν pertinet, nunc quidem speculatio, non minus quam reliquæ partes, vtilis ac necessaria est, licet ea non solum impostores circumforanei, verū & medici quidam ob auaritiam

Disputatio libera esse debet.

Præuidentia ob optimis quibusque medicis maxime laudatur.

abusi

Medici quidam ob auaritiam lotii inspectione abutuntur.

abusi sint: propterea vt hanc quæstionem iam propositam & inceptã recte soluere possimus, sedulo imposturas, ac technas, quæ circa vrinatum iudicium fiunt, omnibus ex æquo & nostro Bruto aperire & manifestas facere oportet: ne is, aut indoctum vulgus posthac in retia circulatorum & medicastrarum incaute ruat. Præterea ne isti nimium creduli homunciones ac idiotæ huic parti medicinæ, plusquam sufferre queat, attribuant. Deinceps declarabimus, quam incerta præsagia sint, quæ solum ex vrinis capiantur, & quam sint periculosa, si ex iis temerarie describantur medicamenta ægro non viso: Hæc autem docebimus auctoritate illustrium medicorum, ratione atque experientia quæ omnium rerũ mater existit. Neq; hic religio nobis erit quædam quoque adferre, & huic nostræ disputationi immiscere, præsertim ea,

Veteres medici etiam aliorum scriptis sua firmare nitebantur.

9 quæ aliquam vtilitatem adferre possunt. Quod ante me in suis vniuersis (*vt Neotoricos taceam*) veteres medici fecerũt: ita Galenus nõ solum ex Diocle, verum etiam ex Hippocrate se multa compilasse ingenue fatetur his verbis. *Nullum*, inquit, *ob eam rem in commentariis mihi libuit enarrare volumen Hippocratis. Quæcumque enim arti vtilia ab eo didicisse oportuit, ea sunt in multis voluminibus pariter cum propriis enarrationibus comprehensa.* E v l o g. Ad quid enim varios legimus auctores ô Philiatre, quem laboris indefessi fructũ meliorem capimus, quam vt imitemur, quæ in auctoribus tum probamus, tum admiramur? Laus quoq; ipsi non exigua debetur, qui suis admiscere opportune nouit, quæ in aliis elegantia inuenerit. B r. Hæc ipsa quoque haud difficile admitto, cum illam viam libentissime sequantur viatores, qua tuto alij ambularũt.

Viam libentissime sequuntur viatores, qua tuto alii ambularunt.

P h i l. Hac ratione sequitur, antequam quæstionem vestram institutam soluamus, numquid certa sint vrinarũ iudicia vel incerta, prius scire oportet, quid sit Vrina, & vnde generetur, & quid in corpore humano præstet, quibus viis & mediis è corpore exeat. E v l. Recte dicis ô Philiatre, cum semper incipiamus à rei ipsius essentia, quam explicare volumus, ita à definitione exordiendum eius rei, quam proposuimus; nam ea intellecta, reliqua facilius sequuntur. *Omne id quod preponitur* (vt Cicero de Officiis dicebat) *quod cum ratione alicuius rei aggreditur, ex descriptione, aut definitione eiusdem rei oriri debet, vt intelligamus, de qua re disputatio fiat.*

Cicero.

B r v. Age igitur. quid aliud est Vrina, quam *lotium ipsum quod mingitur*? quod & pueris notum est: vnde & medici hodie *vrinarum speculatores*, vulgari idiomate dicuntur. P h i l. Tales Vroscopos,

10 quos tu *medicos* vocas, pro medicis nequaquam habemus, quanquam & optimi medici lotium quoque apud ægros inspiciunt, at alio quidem modo; quod & Hippocrates & Galenus quoque fecerunt: Verum sordida illa lotii inspectio, qua nunc passim quidam abutuntur, imposturis referta ad medicum optimum non pertinet, sed ad vromantes illos, sola lotij inspectione admodum lubrica & fallaci contentos, qui iam dudum à dogmate Hippocratis discesserunt, & nonnulli vt vestri empirici, eo nunquam imbuti fuere, neque vrinæ veram definitionem (*cuius iudicio adeo efferuntur & elati sunt*) adferre possunt.

Qui hodie vrinarum speculatores dicuntur.

B r. Si itaque illud quod mingitur non sit vrina; quid aliud sit vrina edissere. P h i l. Est quidem & illud vrina, sed ex iis verbis vera definitio elici nõ potest. Verum Vrina, proprie loquendo, *est sanguinis superfluitas in magna vena dilata per renes, & vasa vrinaria in vesicam.* Theophilus vero qui post Hippoc. & Gal. atque Magnum Græce *de vrinis* libellum doctissimum compendiose perscripsit, vrinam ita definit. *Vrina est colamentum sanguinis & aliorum humorum.* E v l. Hanc alij ideo *superfluitatem sero similem* vocauerunt: alij *aquosam*: alij *sanguinis putredinem.* P h i l. Verum de nomine, ô Euloge, propter Brutum quoque nolo mouere λογομαχίαν, cum illud ipsum magis ad sophistas, quã optimos medicos pertineat. Propterea insequendo vestigia illustrium medicorum: Vrina nihil aliud est, quam *colamentum sanguinis & cæterorum humorum, qui ex natura actionibus proficiscuntur.* Huius sentẽtiæ sunt, Isaacus, & Gordonius, quibus & adstipulatur Actuarius, omnium qui de vrinis scripsere, facile princeps, dum vrinam appellat sanguinis colaturam esse.

Vrina quid?

Isaacus, Gordonius. Actuarius.

E v l. Verum est Philiatre quod dicis. 11
Hinc etiam Galenus tuus *lib. 5. De vsu partium*, inquit, *Reliqua autem adhuc subtilis & aquosa superfluitas, (quam appellamus οὖρον, hoc est vrinam) vt quidem discernatur, renes operata natura, prope hepar ipsos posuit: vt autem probe excernatur, susceptorium quidem primo velut lagenam aliquam, creauit vesicam, in fine autem vesica musculum custodem intempestiua superfluitatum effluxionis.*

Galeni definitio vrinæ.

B r v. Scio quid sit vrina, *res aquosa*, quod lippis & tonsoribus notum est: sed nondum assequi possum, quomodo hæc ipsa aquositas in corpore humano generetur, nisi forte id totũ, quod bibimus, fiat vrina, quemadmodum vulgo persuasum est, potus abũdantiam lotij scaturiginem gignere. E v l. Hoc dicto tuam ignorantiam Brut. cum plebecula ostendis: non id quod comeditur totum in alimentum cedit, nec totum id quod bibitur, vrina efficitur: quanquam humidiora in copia assumpta multi lotij occasionem præbeãt, interim ex humido quoque maxima accedit nutrimenti copia: ita nostris temporibus accepimus rusticum quendam Scermetium, qui tota vita lacte semper pro potu ac cibo vtebatur, nec vnquã aliis eduliis, aut alio potu vsus est, alioqui vir robustus, qui tamen naturaliter secessum habebat, vt quiuis alius sanus, neque ob humiditatem lactis plus lotij, quam alius quisquam emittebat.

Falsa vulgi opinio de vrina.

Rusticus tota vita nisi lacte vtens.

P h i l. Propterea cum Brutus non sciat generationem vrinæ, eodem modo cum Empiricis suis atq; insulsis mulierculis medicastris ignorat, quid vrinæ significent, quantumuis omnia se ex vrina apud plebem scire contendant; similiter cum iisdem delirat, existimans quiduis ex lotio posse iudicari. B r v. Imo constanter id dico, quod ex lotij inspectione vxoris meæ Empirici recte declarant: quid ad me attinet, quomodo generetur lo- 12
tium, modo isti diuinare sciant quid in corpore hominis lateat? P h i l. Nos tamen contrarium demonstrabimus, quam infirmum, quam instabile &

bile & inconstans sit iudicium de vrinis: quod quidem scire non poteris, nisi prius generationem vrinæ probe cognoueris. de qua nunc agemus.

Cap. II.

De generatione Vrinæ, deque apparatu sanguinis atque reliquorum humorum.

BRVT. *Quomodo igitur vrina in corpore humano generatur?* PHIL. Vt autem generatio vrinæ (*quæ sanguinis colamentum existit*) exacte intelligatur, primo de sanguinis apparatu atque aliorum humorum dicendum est; mox vero de ipsa vrina, quæ in sanguinis separatione fit. BRVT. Hæc videntur mihi absurda, cum in vrina non videam sanguinis mixtionem, nisi forte quis sanguinem mingeret. EVLOG. Eodem modo neque circulatores tui naturæ opera sciunt, tantum abest vt eadem contemplari possint, qui tamen de vrina nescio quæ non iactare soleant. BRVT. Quid opus est sanguinis aut humorum apparatum cognoscere, cum sciamus rem aquosam esse, & illi qui non studuerunt, hoc idem norunt? PHILIAT. Illud ipsum est, quod mox diximus, videlicet quod vna cum tuis, generationem sanguinis eiusque ac humorum apparatum ignoras, ex quorum separatione tamen fit vrina. BRVT. Esto, si quid commodi vel vtilitatis hæc notio inferat, explicato. PHILIA. Imo ingentem vtilitatem producit. Et ideo vt hæc probe intelligantur, scire oportet, quod vnaquæque pars in cor-

Empirici circulatores non sciunt opera naturæ.

13 pore humano primo facultatem attractricem habeat, qua ad se naturaliter ad partis nutritionem, alimentum sibi familiare *attrahat*, nunc per villos rectos, vt in ventriculo: vel à solo partis temperamento, vt in reliquis partibus; vel ad eiusdem partis delectationem & voluptatem, quemadmodum vteri os semen viri ad se trahit. Postmodum natura sagax, id est, Deus ipse, vnicuique parti dedit facultatem *retentricem*, vt & ipsa retineret, donec absoluta esset concoctio. Si alimentum esset vel etiam excrementum, donec quantitate distendens, aut qualitate acri & mordaci, vel vtraque simul, partem molestet, vt manifeste cernere licet in partibus magnam cauitatem habentibus, qualia sunt stomachus, intestina, vterus; vesica: Non aliter partus in vtero, quam cibus in stomacho retinetur, donec ipsum mole, pondere, morsu, à sudore vel vrina fœtus ruptis cotyledonibus, vel causis aliis vrgentibus, excernere cogitur. *Tertia* est, coctrix, quæ alimentum in substantiam suam mutat, diuersis tamen modis. Caro etenim ex sanguine mox efficitur, os tamen vtpote frigidum, & durum multis alterationibus opus habet. EVLOG. Recte quidem Philiatre. Hinc etiam duplex nutritionis instrumentorum genus est; *Vnum*, quod nutrimentum trahit, vehit, continet, coquit, seu onus alienum expellit. Vehit, inquam, vt primæ cocturæ, *os, gula, ventriculus, intestina*: secundæ, *mesaraica vena, hepar, caua vena*: tertiæ, *partes singulæ similares*, atque ex his organicæ & venæ capillares, quæ vt maiores, alimentum cuique parti idoneo alterando præparant. *Alterum* quod nutrimenti excrementum trahendo secernit, vehit, retinet, excernit, vt *lien, renes, amba vesica, cum suis stomachis & meatibus, intestina præsertim crassa, sphincteres ambo, musculi octo epigastrii*, & qui anhelitus cohibitionem, de- 14

Facultas attractrix.

Facultas retentrix.

Facultas coctrix.

Duplex genus nutritionis instrumentorum.

iectioni & mictui vt partui maxime vtilem, & interdum necessaria efficiunt. Alteratione hac nutritoria partibus iam factis quod affluit, simile efficitur, ob id *assimulatio* quoque dicitur: alteratione vero generatoria, quæ partes prius non erant, postea factæ sunt. PHILIAT. Itaque quoque natura quartam facultatem effecit, quæ *expultrix* vocatur. Cum autem ea quæ peruinci, concoqui, perfecte alterari atque in substantiam mutari non possit, à se naturaliter repellit, præsertim ea, quæ onere alieno grauant, quantitate distendunt, aut qualitate acri molestant, vel vtraque offendunt, probe à se depellit. Iuuatur autem hæc maxime villis transuersis, quibus partibus hi sunt, *vt ventriculo, intestinis, vesica vtrique tam fellis, quam vrinæ, venis & arteriis*. Expulsio tractioni contraria sæpe fit per eosdem meatus, vt *vomitus, deglutitio per gulam: semen, fœtus, per collum vteri*. Distributio alimenti, attractio medicamentorum purgantium, & succi in nobis abundantis spontanea in ventrem expulsio per venas mesaraicas. BRVT. Quid sibi volunt omnes istæ quatuor facultates, cum nondum intelligam, quid his ostendere, aut quo tendere velis.

Assimilatio.

Facultas expultrix.

PHILIATRVS. Has autem quatuor facultates naturales ideo recensere oportuit, quas si recte & earundem functionem intellexeris, non erit difficile sanguinis generationem inuenire. Nam vbi cibus dentibus à natura ad hoc adaptatis, contritus fuerit, probe per gulam ad stomachum per primam facultatem trahitur, deinde ibidem retinetur, postea vero cõcoquitur in substantiam chyli, deinde à se ad intestina propellit. Hinc Galenus *lib. 4. De vsu part.* in principio ita inquit. *Igitur communis quidem & maxima, & prima omnium via, qua sagax natura nutrimentum ab ore ad* 15
ventrem defert, quasi ad promptuarium aliquod commune omnium particularum, in medio animali constructum. Nomen autem ingressus huius, proprium quidem οἰσοφάγος, commune autem στόμαχος. Omnium enim ventrium collum præpositum, instar isthmi cuiusdam angustum, sic nominatur. Promptuarium autem hoc cibum vniuersum recipiens, ceu diuinum non humanũ sit opificium; laborat circa cibaria primo labore, sine quo illa sunt inutilia, & in nullam rem commoda animali. *Expurgat* enim ex eis, sicut qui circa tritici elaborationem periti sunt, si quid terræ aut lapidum, aut syluestrium seminũ inferatur, quæ nocere corporibus nata sunt: Ita & ventriculi virtus si quid fuerit tale, pellit inferne: reliquũ vero totũ, quantum vtique fuerit natura benignum & commodum,

Quare stomachus in medio animalis constructus.

Ventriculi munus.

dum, commodius adhuc efficiens, venis quæ ad
eum ventrem & intestina perueniunt, distribuit.
Cum autem hæc massa ptisanaria (*vt ita dicam*) ad
intestina propulsa fuerit, tunc eandem ex parte
retinent intestina, alterant, atq; nonnihil ex hac,
Intestina.
qua alantur, in substantiam mutant, deinde vero
superuacanea, dum aut grauantur copia, aut acre-
dine molestantur, demum expellunt. Interim
dum cibus, aut quoduis nutrimentum ita iam ex
parte alteratum concoctumque, à stomacho ad
intestina propulsum, ibidem ab intestinis (*vt di-
ctum est*) aliquamdiu continetur & retinetur, ac
Vena mesaraica.
tum venæ mesaraicæ, quæ originem ab ipso hepa-
te per venam ramalem sumunt, ipsisque intestinis
inserũtur, ab his cibum illum concoctum (quem
Chymus.
medici *Chymum* appellant) exugunt, emulgent-
que tanquam colarent, ac chylefactiuum attra-
16 hunt, traiiciuntque ipsum ad loca caua hepatis,
eumque virtuti sanguinis effectiuæ præsentant:
atque si nihil illic sit quod impediat, iam Chylus
in sanguinem alteratur, ac postea perfectius he-
paris facultate sanguifica. EVLOG. Optime qui-
Caro hepatis primum sanguinationis organum.
dem Philiatre. Vnde & Gal. tuus *lib. 4. De vsu par-
tium* ait: *Caro hepatis*, quæ est *proprium eius corpus pri-
mum sanguinationis est organum: propter quod & venis,
quæ ad ventrem & vniuersa intestina perueniunt, inest
virtus quædam sanguifica: quia chylum enim, qui ex cibis
distribuitur, venæ ex parte in sanguinem permutare natæ
sunt, priusquam ille ad hepar perueniat, tamen in hepate
postmodum perfecte completur.* Sic etiam vult in lib. 3.
Venis mesaraicis inest vis quædam sanguificativa virtute hepatis.
De facultatibus naturalibus. *Intestina venasque me-
saraicas virtute hepatis quandam quoque facultatem san-
guificam habere, vt natura in via non remaneat otiosa.*
PHIL. Cum ergo cibus sic paratus & dispositus
in chylum alteratus peruenerit ad hepar ipsum,
tunc fit ebullitio, digestio & humorum genera-
tio. Et quemadmodum, clarioris exempligratia,
Quomodo fiat humorum sanguinisque generatio.
Galenus dicit *in musto esse spumam supernatantem fæ-
cem, aquositatem & vinum*: Sic in humoribus est
aliud spumosum quod supernatat, atque nomi-
ne bilis appellatur: aliud crudum, semicoctum
tamen (*vt medice loquar*) in potentia sanguinis, ta-
le autem est phlegma seu pituita. Aliud fæculen-
tum crassumque vt melancholia: aliud vero vi-
num, & est sanguis purus. Aquositas autem quæ
est vrina, quæ ex sola & longa segregatione hu-
Vrina fit ex longa segregatione humorum.
morum (*teste Galeno primo de C isi*) contigit, ali-
qui appellant humorem subtilem & aquosum:
qualem supernatare sanguini, post phleboto-
miam peractam sæpius videmus. BRV. Si hoc
ipsum sit vrina, quod cum sanguine exit in phle-
17 botomia, *vt ais*, quomodo non vna transit san-
guis per vesicam & simul emingitur? PHIL. Vt
hoc autem intelligas, maiore speculatione opus
est, quam & nunc declarabo. Sanguine enim
iam formato, ac perturbatione facta illud ipsum
quod leue ac subtilissimum est, vtpote choleram
seu bilem, trahit ad se vesica bilis, seu receptacu-
lum fellis, maxime puluillo iecoris introrsum in-
hærens, ad aliquam tamen necessitatem, & vtili-
Bilis vtilitas.
tatem: nempe quod corpus ipsum à tali superflui-
tate releuet, intestina à stercore & pituita viscosa
abluat, vt etiam acredine sua intestina pungat,
quo melius excrementa excernantur. Hinc ve-
sica fellis habens meatum, qui in Ecphysim in-
testini ex iecore descendit, per quem bilem ad in-
testina transmittens vehementiam actionis adiu-
uat, & pituitam insistentem expellit: atque ob
hoc videmus naturaliter excrementa hominis sa-
ni mediocriter flauescere. Hoc ipsum est, quod
à Galeno v. *De vsu partium* ita scriptum habemus.
*Quod enim non distribuitur, maxima fides est diuersitas
egestionum, vt quæ in ictericis: comestorum custodiunt co-
lorem, nempe non expurgata inferne cholera; sed ad totum
corpus relata. In sanis vero hæc colorantur flauo colore,
quo materia flaua i. cholera humor ad intestina iis confluit.*
Quare in sanis excrementa flauo colore tingantur.
Et nimirum si hinc rursus ad hepar retrocederet,
manifestum, quod non egestiones solum, sed et-
iam totius corporis color, ab eo, qui ictericorum
est, nihil differret. Igitur cum ibidem fiat obstru-
ctio, ita vt bilis non possit transire ad intestina,
regurgitat ad vesicam fellis, deinde ad hepar,
postmodum ad venas ab hepate proficiscentes,
atque tunc per easdem per consequens transsu-
dans per poros, cutim totius corporis flauo colo-
re tingit, est tunc excrementum plerumque al-
bum, quod exoneratur, & sæpenumero tunc ad- 18
Quibus excrementa alba spectantur.
iungitur durior aluus: eo quod acredine bilis,
quæ iam alio fluxit, intestina non stimulentur ad
secessum. Illud quod in ebullitione sanguinis,
terrestre ac veluti sanguinis fæx est, id totum lien
ad se trahit, naturalibus quibusdam attractioni-
bus, vnoquoque scilicet membro id quod pro-
prium est attrahente: vt corpus ipsum partim ab
hac superfluitate melancholica expurgetur; & vt
Melancholiæ vtilitas.
lien partim ex hac nutriatur. Demum vero ex lie-
ne vas venosum in os stomachi porrigitur, quod
humorem defert melancholicum, quo appetitus
excitetur, ventriculus constringatur, corrobore-
turque. Superfluitas vero aquosa sanguinis, quæ
ibi remansit, aut humor serosus trahitur à reni-
bus per venas emulgentes, atque per renes non
Aquosa sanguinis superfluitas, quomodo à renibus trahatur.
aliter quam colatorium transiens, mox per *ὐρητῆ-
ρες* & meatus vrinarios, in vesicam, tanquam su-
sceptorium aut lagenam suscipitur. Atque quod
dictu mirum est, obliquo itinere vesicæ meatus
illi *ὐρητῆρες* dicti inseruntur, ne quippiam inde de-
nuo ad renes regurgitet: reseruatur autem ibi (vt
iam dictum est) donec copia, aut acrimonia gra-
uata vesica superfluitatem illam excernere cogi-
tur, quam nos vrinam vocamus. Hinc sagacissi-
Vesica positus.
ma natura (*nostro adstipulante Galeno*) voluit vesi-
cam infimam ponere, quo scilicet loco etiam
Renes cur prope hepar positi.
cibi superfluitates euacuantur: Renes autem (*vt
ostensum est*) prope hepar, necessarium fuit ad ve-
ὐρητῆρες.
sicam ex renibus operari quasdam vias. Facti
igitur sunt pori quidam prælongi, fortes, quos
ὐρητῆρες nominant, hoc est vrinarios, qui re-
nes copulant vesicæ. Ita quidem vrinæ segregan-
Vrina à sanguine segregatur.
tur à sanguine renum facultate: & inde per vre-
teras ad vesicam emittuntur, indeque excernun-
tur, quo tempore scilicet ratio iusserit. Atque ob
hoc etiam natura sagax ne vrina vltro ob acredi- 19
nem stimulata, quam in se continet, efflueret,
muscu-

Cur vrina vltro non effluit.

musculum in collo vesicæ tanquam custodem, (*vt ab initio retulimus*) intempestiuæ effluxionis superfluitatum procreauit. BRVT. Vtcumque nunc vrinæ generationem capio, & qualis serosus humor existat, & quomodo in vesicam recipiatur, & deinde suo tempore effluat: sed nondum intelligo, quomodo etiam serosus ille humor in sanguine reperiatur, vt in phlebotomia peracta sæpe apparet. PHIL. Hic vero mentem ô Brute diligenter adhibere oportet: nam totus iste serosus humor, qui in hepate cum sanguine existebat, à renibus non trahitur: sed & huius pars quoque nonnulla, ibidem à natura non sine vtilitate reseruatur: quandoquidem tam ratione, quam sensu compertum est, sanguinem crassiorem esse ineptum ad venas minutissimas quasque penetrandas, nisi hunc humorem serosum sibi admixtum haberet, quod facilior trāsitus sanguinis fiat ad capillares quoque venas: Tum etiam vt facilius de concauis hepatis partibus ad conuexas chymum seu chylum natura traiiceret. Ob id quoque natura iudiciorum ipsum (*attestante Actuario*) seruauit, eo quod ipsa erat de concauis hepatis partibus ad conuexas chymum transmutatura, & venæ cauæ coniunctura, ducente seroso humore. Quæ deinde coniunctos humores parum alterauit in venæ cauæ ramo, qui à figura lābdæ Græcæ literę, Lābdæa à nonnullis quoque vocatur: concessit renibus natura perspicax, vt sequestrarent & traherent serosum humorem per venas, emulgentes dictas, quæ quidem ex vena caua originem sumunt, in renes propagantur, vt eo serosum humorem deferant. Vena vero caua, ob magnitudinem sic dicta, per totam animalis longitudinem excurrit, habensque originem à gibbo hepatis, sicuti vena porta seu ramalis à caua iecoris parte. Cum enim hoc viscus principium est omnium venarum, has duas ex sua ipsius substantia grandes emisit, è quibus in omnes per totum corpus venas sanguis dispensatur. Quantum igitur sanguinis reliquum fuerit cum proportione exigua aquositatis serosæ, vt melius tandem per venas capillares, (*vt diximus*) fluere possit, id per venam cauam atque amplam cordis cæteris quæ deinceps venis diuisum distribuit. Sanguis vero hic, quanta ad profundiora quæque loca corporis penetrat, mutatur à quarta vocata concoctione in alterationem carnis, neque tunc priorem quam habebat rubedinem, sed decidit in diminutam albedinem: quandoquidem eiusmodi concoctio ad valde remissam rubedinem, qui sanguinis color est, ac ad eam quæ carnis est, transponit: atque hic finis est vniuscuiusque nutrimenti, reliqua autem fiunt postmodum à partibus similaribus, vnaquaque parte sibi attrahente, quod naturale est, atque in sui substantiam mutante. Cum itaque pars aliqua adhuc relicta illius serosi humoris in venis cum sanguine iuncta sit, vbi fit venæ sectio, sanguine effluxo & nunc refrigerato, in superficie eius natat serosus ille humor, qui si effundatur in matulam vrinæ similis existit. Hæc in-

Serosi humoris vtilitas.

Vena lābdæa.

Venæ emulgentes.

Vena caua.

20

Vena porta seu ramalis.

Sanguis in per corporis par. dispergatur.

quam omnia naturæ opera scire oportet, vt rectius deinde iudicium de vrinis fiat. Propterea si opera naturæ ad vnguem callere studeas, perlegas libros Galeni *de facultatibus naturalibus, de vsu partium*, vbi hæc omnia fusius tractantur. Quamobrem, ô Brute, non opus est hic recensere opinionem Erasistrati, qui vrinam ipsam ad renes potius fluere, quam attrahi dicebat. Neque Asclepiadis dogmata refellere, qui humores qui biberentur, in halitus solui, & in vesicam non aliter quam halitus recipi volebat. Lyci quoque, qui vrinam tenuem nutritionis excrementum esse dixit, quorum falsas opiniones satis deuastauit Galenus, ita vt non opus sit eas hic oppugnare & conuellere. EVL. Hac Philiatri demonstratione iam satis manifestum euasit, qualis sit sanguinis ac reliquorum humorum apparatus & vrinæ generatio. Quanquam nunc scioli quidam, quos *Paracelsistas* vocamus, nō desint, qui optimos quosq; medicos tā veteres q̃ neotericos humoristas appellāt, tanq̃ humores neq; in corpore generatẽt, & naturā propriā egressi morborū causæ non existerent. Sed iis omissis, ad nostrum institutum redeamus. Audisti iam ô Brute, quod vrina sit sanguinis colamentum, & quomodo hæc ipsa generetur: putas ne tuos Vroscopos, circulatores, ac errones, tum mulierculas insulsissimas, tum alios omnes sola Vromantia inflatos, originem vrinæ posse cognoscere? de qua apud plebeculam tam superbissime sese efferunt? Certe si hos ipsos de his rebus interrogemus, quid aliud respondebūt, quam quod tu antea somniabas, totum id quod bibitur, vrinam fieri, neque vrinam sanguinis colaturam esse, sed potius renum excrementum, vt Lycus sentiebat, contendent? BRVT. Fateor nunc quidem me errasse, quanquam nondum victoriam tibi concedo. Sed quo modo hoc fieri pōt, quod renes adeo pusilli per quos vrina trāsit, tantam copiam lotii in se possent continere, cum aliqui tres quatuorve congios vini vel ceruisiæ vno tempore vel admodum breuissimo interuallo sumunt, ac deinde mingūt? EVLOG. Quamuis fateamur quosdam tantum minxisse (*quod in Diabete vitio renum etiam contingit*) quantum bibissent, tamen quatuor interim totos, vel etiam plures excrementi congios, tantilla corpora renum posse continere, plane ridiculum cum Galeno arbitramur. Sed eiusmodi cum vitio renum fiant, cū tanta copia vrinæ potius transfluit per renes in vesicam, varias causas habet, vt de *Diabete* scribūt medici, quas omnes non opus est hic recensere. Satis est quod vel fit ex debili virtute retentrice, & forti attractrice, vt omnis humiditas eo attrahatur, vel ex subtiliori potione earum rerum quæ mingere faciunt, vel in ebriosis qui multo potu vtuntur. Ex quibus tamen non sequitur in bene dispositis ac sanis, quod omnis potus in vrinam verteretur, vt tu alias putasti. BRVT. Existimabam tamen duas gulas aut duo gutturis foramina esse; ita vt per vnum potus, per alterum verum cibus in ventrem descenderet. EVLOG. In tales

Opinio Erasistrati de vrina à Galeno refellitur ita & opinio Asclepiadis & Lyci.

21

Paracelsistæ medicos veteres male humoristas vocat.

Diabetes.

22

Vulgarium Idiotarum stulta opinio.

egregios magistros hactenus incidisti Brute, qui vrinam tuam tum vxoris tam probe speculari norunt, qui impudentissimo ore eiusmodi meatus mentiuntur. cum per vnum potum, per alium vero cibum differri nugentur, quasi potus non esset vehiculum cibi vt eo commodius ab ipso stomacho per gulam & œsophagum attrahatur alimentum, non autem per duos canales, vt isti Sycophantæ ac idiotæ somniant, eo dilabatur. Distribui enim ex ventre (*vt testis est Galenus, 4. de vsu partium*) id quod debet nutrire, non potuit, nisi conductum ab aliquo ita liquido. His igitur tenues humiditates, postquam proprium opus expleuerunt, non oportet amplius manere in corpore, onus alienum futuras aliis venis. Cuius vtilitatis gratia renes facti, organa concaua, stomachis aliis quidem attrahentia, aliis autem emittentia subtilem hanc, & aquosam superfluitatem. Adiacent

Potus vehiculum cibi.

23 autem ex vtraque parte, ipsi cauæ venæ (*quam paulo ante maximam diximus*) parum sub hepate, vt totus quantus in eam assumitur sanguis, confestim mundetur, & solus postea is qui purus est, eat per totum corpus, pauca omnifariam permixta & quadam aquosa humiditate, vt dixit Philiatrus. Immiscetur itaque potus cibo, vt melius distribuatur nutrimentum, neque omnis potus in vrinam, neque omnis cibus in fæces mutatur, sed vtrisque corpus alitur, ac superflua prout opus est natura expellit. Valeant igitur isti tui præstigiatores ô Brute, cum suis meatibus, per quos potus & cibus diuerse rapiatur. Distinctionem asperæ arteriæ ac gulæ ignorant miseri. Aspera vero arteria meatus ille est, q in pulmonē descendit & inseritur, cum cibus aliudve aut potus subito in eum irruerit vel inciderit, vulgares dicunt aliquid in contrariam gulam incidisse. Hinc cum tussiant ne strangulentur, recte in dorsum percutiunt, vt commodius illud, quod illapsum est exiliat. BRVT. Hoc ipsum tum causam huius ignorabam, quanquam sæpe viderim eos consuetos esse, ita in dorsum percutere. EVLOG. Tales autem physici ac philosophi tui sunt vrinarum speculatores, & ita probe corporis humani constitutionem sciunt, vt hepar ipsum ex lotio speculentur, calido potu à bilis absumptum esse, cum tamen hepar sanguificationis organum existat, *vt iam audiuisti*, sine quo nec vita hominis vel momentum constare posset. Eadem audacia mentiuntur hominem lienem posse carere, atque id cum tanta temeritate plebeculæ persuadent, vt eiusmodi Sycophantis fidem habeant, cum tamen lien fæcem melancholicam attrahere debeat, vt Philiatrus recte ostendit. Hæc est

Splendida Vroscopo & Empiricorum menda cia.

24 illa ô Brute tuorum Empiricorum & imperitorum præstigiatorum physiologia atque anatomia. Atque hæc ipsa tum multa plura tanquam vrinæ innatantia præuident, stultisque hominibus, tibique similibus, nescio quæ non persuadent, & sic miseræ plebi imponunt, vt in progressu demonstrabitur. PHIL. Recte quidem. Verum vt hæc ordine fiant, cum Brutus iam audierit de sanguinis humorumque apparatu, & quomodo lotium generetur, iam necessarium erit prius de superfluitatib agere, quæ in vnaquaque cōcoctione sequestrantur, vt ita rectius ea diluamus, quæ certa esse circa iudicia vrinarum nititur probare. EVL. Hoc ipsum & mihi placet, cum & hæc præcedere debeant.

CAP. III.

De superfluitatibus, quæ in vnaquaque concoctione sequestrantur, deque vrina secundum omnia mediocri, & quæ eius sit causa.

BRVT. Cum de superfluitatibus, quæ in vnaquaque concoctione separentur, loqui institueris ô Philiatre, eas aggredere. Non possum tamen assequi quid disceptatio de his ad nostrā quæstionem faciet, quæ erat de iudicio certo aut incerto vrinarum. PHIL. Ob illam tamen, has ipsas ad vnguem tenere oportet, è quibus quoque (*vt ostendemus*) iudicia morborum sumuntur. Quatuor igitur sunt (*vt Actuarius quoque testatur lib. 1. De differ. vrinar. cap. 5.*) concoctiones generales, quæ in diuersis locis corporis fiunt. *Prima*, quæ in ventre agitur. *Secunda* in ramali vena, seu vena porta. mesaraicisve, atque in caua hepatis parte. *Tertia in* curua eiusdem, ac venis quæ deinceps ab hepate proficiscuntur. *Vltima* autem in extremis corporis terminis, in quibus etiam appositio quædam & compago, atque similatio fit. Harum concoctionum primæ superfluitates sunt, quæ per os emittuntur, tum ea quæ per ventrem descendunt. Secundæ vero sunt humores alterius speciei, quæ in sanguificatione perficiuntur, vt est sanguis, cholera, pituita, bilis atra, de quibus non opus est sermonem producere, cum de his paulo ante egerimus, ac medicorum libri referti sint: tamen breuiter (*præter ea quæ dicta sunt*) hæc de humoribus accipito Sanguis humor calidus est, humidusque, dulcis atque aeri respondens, plus reliquis humoribus benignus, colore rubro, atque temperata concoctione generatus existit. Pituita vero frigida ac humida esse perfertur, dulcisque & qualitatis expers, vt aqua, colore quidem albicans, genita vero per coctionem debilem, apta per coctionem vlteriorem conuerti in sanguinem. Bilis autem flaua, aut cholera, calida ac sicca, igni comparatur, colore rubeo claro aut pallido, amari saporis aut acumen habentis. generata vero per coctionem superfluam. Melancholia frigida tum sicca, acerba atque grauis, terræ assimilatur, veluti fæx pessum sidens, superfluens ex temperata coctione sanguinis. Distinguuntur autem hi humores ab Auicenna diuersis modis, in *naturales* quidem & *non naturales*: quorum distinctiones non opus est huc adferre. Vide eum *libr. 1. fen. 1. doct. 4. capit. 1.* De humorum diuisionibus. Attamen prædicti humores non semper eandem (*teste Galeno libro secund. De facultatibus naturalibus*, formam seu speciem obtu-

Quatuor digestiones seu cōcoctiones & earundem loca.

25 *Quatuor superfluitates concoctionum.*

Sanguinis natura.

Natura pituitæ.

Bilis flauæ natura.

Natura melancholiæ.

Auicenna.

Non semper eandem formam & speciem seruant humores.

obtinent. Aliter enim se habent, dum homo secundum naturam disponitur, aliter vero cum præter naturam afficitur. Hinc etiam si effetantur, non simpliciter dicuntur humores, sed eum additione, *vt sanguis biliosus, pituitosus, melancholicus, bilis vitellina, æruginosa, pituita vitrea, salsa, atra bilis, acida & abradens.* Proinde vbi qualitates naturales seruant humores, salubres dicuntur: vbi vero easdem mutauerint, insalubres. Exuperat præterea alius (*auctore Hippocrate*) in alio magis corporis loco, vt sanguis in corde: pituita in capite: flaua bilis in iecinore: atra in liene. Sic etiam vnus altero magis iuxta anni tempora præpollet (*vt in libello Hippocratis de elementis constat*) quemadmodum sanguis in vere, cholera in æstate, melancholia in autumno, pituita in hyeme vigent. Vsus autem eorum (*præter ea quæ diximus cap. præcedente*) talis præcipuus est; sanguinis, vt nutriat: pituitæ, vt articulorum motionem adiuuet: flauæ bilis, vt ventris excretiones incitet: atræ vero, vt appetitum concitet. De his plura vide apud Galenum *De atra bile*; vbi & salsum sanguinem & pituitas insalubres esse ait, ac pituitæ species recenset *2. de loc. aff. cap. 6. & de diff. feb. & lib. 3. de loc. aff. cap. 5.* vbi & melancholiæ species tradit. Plura idem scribit de humoribus *lib. 2. De facultat. natural. & lib. de atra bile & de plenitudine, & Hippocrates de Elementis*: quæ loca omnia ô Brute perlegere poteris si placet: satis equidem nobis est quod eo te relegamus. B R V T. Has superfluitates primæ & secundæ concoctionis vtcumque nunc intelligo, quare eas quæ tertiæ sunt concoctionis, aggredere.

26

In quo loco & quo tempore magis exuperant humores.

Vsus humorum.

Tertiæ concoctionis superfluitates.

P H I L. *Tertia vero concoctionis superfluitates*, sunt vrina, & quæ vrinæ sublistentia continentur, de quibus deinceps, quantum nobis videbuntur accommoda, sermonem instituemus. In vltima vero & quarta superfluunt tam ea, quæ latenter & per spirationem abeunt, quam quæ veluti efflorescant, eum ad eutem promoueantur. B R V.

27

Quartæ concoctionis superfluitates.

Istæ concoctiones quas adeo diligenter prosequuti estis, quid ad vrinas faciunt? E V L. Imo plurimum, quæ omnia vestri Empirici Vromantes & medicastræ (*quanquam vrinas iudicant*) plane ignorant; quibus tamen tantum fidei hactenus habuisti. Nam omnes hæ concoctiones seu digestiones prædictæ si proprio fungantur munere, tunc vrinę congruus adest color, atque substantia naturalis, tum contenta proprium locũ obtinent, suntque & lenia & ęquabilia. PHIL. Optime quidem ait Eulogus, cum & hoc ipsum ab Hippocr. *2. prædictionum, prædictione 26.* habetur sic dicente: *Vrina illa optima est, in qua residet album, lene, æquale.* Si autem talis per totum morbi decursum apparuerit, securitatem, breuemque morbum significat. Quod si aliquid horum deest, vt modo liquida sit, modo album leneque in ipsa resideat, hæc vt longiorem morbum denuntiat, ita securitatem minorem pollicetur. Alii autem (*teste Actuario*) ita vrinam optimam definiunt: Vrina optima est, quæ sit hominis secundum omnia temperati, ac magnitudine respondente ei quod bibitum est, colore subaureo vel subcroceo: hypostasi vero alba, leni & æquabili. Namque per quasuis concoctiones cõtingeret sanguinẽ aberrare ab eo quod decet; vrina etiam manifeste transmutatur, atque per quas eausas transmutata sit, indicat inuenire. Siquidem humoris, qui in vrinis est, per totũ corpus concedentis superflua, quæ sequestrantur, apparent in matellis. EVL. Verum vt Brutus ista planius intelligat, possemus id euidenter & certo ostendere, quomodo peccatum est in concoctionibus, maxime vero in vlceribus, in quibus clare hæc res apparet. namque si album & lene, & parũ vel nihil olens fluxerit pus, neque quicquam diuersi generis continuerit, demonstrat, bonam vlceris fieri concoctionem. Si vero quicquam horũ defecerit, indicat cõcoctionẽ peccasse, ita vt hinc liceat coniectare, si quid malignitatis subiuerit vlcus, aut si retardetur, aut nigrescat, aut aliud quicquam aut maius aut minus patiatur æque respondens peccatu concoctionis. PHIL. Hinc Galenus *lib. 1. de feb. cap. 8.* inquit: *Vbi igitur natura ipsa omnino superet, pus optimum gignitur, visu candidum ac crassum & sibi simile vndique: lene autem tangenti, ac minime fœtidum. Quod si velut semiputridum fuerit, tertium genus* (quod paulo inquit Galenus supradiximus) *consistit*. Porro diximus tale genus multiplex esse. Nam quod magis ac minus recipiat concoctionem, innumerabilis differentia est. Sæpe enim candidum effectum aut fœtidum est, aut tenue consistentia, quandoque vero non candidum, sed liuidum apparet, atque in omnibus his magis & minus infinitum. EVL. Ita quoque in vrinis (*vt idem paulo post refert Galenus, cui & Actuarius consentit*) videre est, iuxta humorum concoctionem, substantiam, colorem & contenta transmutari; quare & Galenus hoc modo suum prosequitur sermonem. Cæterum quot in abscessibus putredinis differentiæ sunt, tot in febribus ex putredine accensis vrinarum formæ existunt. Optima enim vrina, quæ ex putrescente humore adepto, ex continenti vase per concoctionem efficitur, candidum, leue, alias lene., æquale, ac minime fœtidum sedimentum habet. Pessima vero maxime contraria huic est. Ea vero quæ media est, quo magis alteri earum propinquet, tanto melior, aut deterior est. P H I L. Ideo & Actuarius dicebat: *Namque quantitates vrinarum, si minus seruarint* 29
proportionem, etiam substantia diffugere moderationem. Colores vero si susceperint tincturæ intensionẽ, & contenta neque coniunctionem, neque calorem neque locum neque leniratem & ęquabilitatem seruauerint, decetet significauerint effugisse naturæ statutum, & moderationem ipsam, atque nocumentum aliquod factum esse in corpore. Si quidem magnas intemperaturas similarium, & officialium partium, & oppilationes, & intensos humores, concoctionesque & cruditates, atque reliquas quasque non contemnendas passiones vrinæ demonstrant illi, qui disciplina iam iouenta sciuerit vti: Sed vestri Empirici, quaotumuis cla-

Optima vrina.

Verum alibi etiam præcipue in lib. prædict.

28

Coctionis proba exemplum.

Quomodo peccatum cõcoctionis cognoscitur ex vrina.

Empirici vromantes coniecturis inutilibus & incertis aguntur.

ti vromantes, qui hac disciplina carent, coniecturis inutilibus tantum aguntur, tanquam arundine, quæ vento huc atque illuc impellitur, mobiliores, modo in hanc, modo in alteram partem inclinant, iis minus datum est, causas mutationum humorum ac vrinarum cognoscere. BRV. Quid, iis opus est, causas illas sæpius inanes more rhetorum aut sophistarum inspicere, cum ipsi nobis plurima & certa ex vrinis diuinent? EVL. Si hoc arte facerent, aliquid certi nobis pronunciasse viderentur: verum cum nemo recte vnquam vrinas iudicare poterit, nisi prius omnes nouerit vrinarum causas, & quibus rationibus sæpius mutentur: Hinc medici præclari veri iudicatores, & coniectores, omnium primum incipiunt ab optima vrina, eiusque causam inuestigant, & demum ad alias descendunt, quæ ab hac ipsa discesserint. PHIL.

Primo tractandum de iudicio vrinæ secundum omnia mediocris tractandum sit.

Optime quidem Euloge, vt quoniam oporteat, ea quæ recta & firma, vt alia, quæ ab eadem flexerint, facilius cognoscamus. Cum à quadam veluti amussi, vel regula mediocri & temperata, & secundum naturam vrinæ liceat capere omnium passionum iudicia, decens esse vide-
30 tur, vt prius de vrina secundum naturam & quæ mediocris est, disputetur. Deinde de iis, quæ aliquo pacto dissimiles sunt mediocri, veruntamen quod non omnibus hominibus, eædem sunt corporis temperaturæ & ætates, neque exercitia eadem, neque cibi iidem, neque eædem regiones, & anni tempora aut horæ, neque cætera alia eadem sunt, quæ suapte natura corpus humanum alterare possunt, vt postea etiam latius declarabimus.

Indies corpus alterari: itaque & vrinam.

Ideo videtur rationi consonum, vt Bruto adhuc clarius vrinam optimam explicemus, vt nostris rationibus tum medicorum illustrium, magis fidem habeat, cum eidem & postea demonstrabimus, quod hæc quæ alterant, Empirici sui minime animaduertant. BRVT. Agito vt libet: nondum enim victoriam consequuti estis. PHIL. Consequemur autem postea.

Vrina corporis sani iudicium.

Verum nunc illud potius opportunum est, vt hominem omni ex parte mediocrem (*vt & Actuarius facit*) & temperatum primo statuamus: deinde ad eum referamus vrinam secundum naturam se habentem. Cognoscenti enim, vt vrina secundum naturam se habeat erga hominem, vel in homine ipso omni ex parte temperato, veluti hic initium fecerit, licebit quoque cognoscere omnes casus, & declinationes à temperamento: Quamobrem & iudicia in his, præsertim doctis & peritis medicis (*non autem speculatoribus vrinæ circumforantiū in hac palestra nequaquam exercitatis*) perquam facile patebunt, veluti tractando aperte demonstrabuntur.

Similitudo.

Vt autem regula & amussis cum adhibentur, ostendunt vt ligna curua, & obliqua atque distorta sint; ita vrina quæ omni ex parte mediocris est, demonstrat eam, quæ vel magis, vel minus è mediocritate declinauerit. Esto igitur homo exacte sanus, & vigens ætate
31 & temperatura corporis mediocris, qui vescatur cibis boni nutrimenti, & temperatis, exerceat se neque diminute, neque superflue, sitque in regione & anni hora temperatis, salubri: Et (*vt summatim loquar*) in omnibus eius rebus sit mediocritas, medio & dimissione carens.

Vrina hominis sani & temperati, quæ omnium optima extitit.

Huius viri vrina esse solet, colore subaurea, vel subcrocea, substantia mediocris, ac proportione respondens potui facto, in qua nulla innatet bulla, neque tuberculum aliquod subsideat, non inhæreat matulæ, hypostasis alba, lenis, æquabilis, omnia que sint sibi similia: neque quicquam cum hisce complicetur ex eis, quæ solent inferri similia capillis, & ramentis, & eiusmodi generis. Hæc vrina optima est, & secundum omnia mediocris, atque sana. Quæ vero aliquo modo ab hac declinauerit, hoc ipso ab optima & pura sanitate cecidisse intelligatur.

Sanitatis magna latitudo.

Nec ignoramus sanitatis ipsius magnam esse latitudinem, atque aliqua decenter eorum, quæ reiecta sunt à regula vrinarum, in vrinis eorum qui simpliciter sani sunt, apparere posse. Veruntamen scire oportet orationem præsentem non esse de sanitate, quæ latitudinem habere putatur: sed de sanitate ea, quæ pura & inculpabilis est. Hac enim veluti depicta ratione certissime noueris, quantū quis ab optima sanitate secesserit. Sic etiam Galenus *lib. 1. de Crisi cap. 12.* Ex his igitur illa optima est, quæ vrinæ sanorum simillima. Quæcumque vero non est talis, simpliciter incocta est, vel præter hoc & perniciosa. Vrina itaque moderata substantia & colore oppotuno, qualis ē subaurea, habēsque hypostasim albam, planā & æqualem, omnium optima percensebitur. Si autem aliqua præter hæc iam dicta, superflua; aut minus habeat, quæ diximus; hanc secundum naturam non dicimus, & in quibus defecerit iudicandum erit, *quemadmodum superius docuimus.* 32

Hæc autem Sycophantæ tui vrinatum quantumuis diuinatores maximi, ô Brute, ignorant, dum inspeculādo lotium, matulam commouent, cum potius vrina subsidere debeat, vt contenta in ea recte animaduertamus, videntur inspiciendis lotiis vel ipso Hippocrate aut Galeno sapientiores, dum matulam ipsam aut vrinale (*vt vocant*) in gyrum circumagant, non aliter quam sphæra, aut decimum cœlum, seu primum mobile reliquos omnes orbes secum rapiens, siper polos mundi circumrotatur, ac viginti quatuor horis ab oriente per meridiem in occidentem, denuo ab occidente per septentrionem rursus ad orientem indesinenter suam perficiens reuolutionem: ita quoque videntur isti tui Vromantes, stellas ipsas ac sidera non per viginti quatuor horas mota, sed momento quodam in vrina speculari, dum toties matulam circumagant: ex qua vromantia forsitan iudicia sua, non aliter quam astrologi à stellis sua petant: nihil penitus habent homines omnium rerū imperitissimi, quod ex eiusmodi circumuolutione vrinæ & hypostases, & contenta, & quæcunque vrinæ innatant, perturbentur & è suo loco transponatur. EVLOG. Sique tamen lotiis ita perturbatis ac commotis ô Philiatre, quæ bona ac miranda diuinant, tamquam ex cote omnia contemplarentur. BRVT. Non opus est meos empiricos ita ridere: noui & ego

Similitudo.

Vrina mouere, spectandā non debet commoueri.

& ego quendam ex vestris medicis, qui ita inspiciendo lotio, matulam sursum deorsum exagitabat, vt tota vrina ex motione vehementi & continua in spumam conuerteretur, ex qua spuma non solum apud plebem sed diuites quosque mira se diuinare posse pollicebatur, PHIL. Quamuis illud
33 quidem ad vulgi ostentationem eundem fecisse arbitror, vt eius iudicium, licet ineptum de vrinis, à plebe maioris fieret; ea tamen motione doctis imperitiam suam plus ostendebat, ita vt hunc ipsum neque Actuarium neque doctos de vrinis inspiciendis legisse existimo, & tales vel proxime ad tuos empiricos accedere videntur. BR. Gratias vt velis, nostri Vroscopi empirici, etiam multo maiora ex vrina nobis diuinát, quá tui similes. EVL. Crederem equidem, nisi nostri medici illustres ac dogmatici (*qui veritati semper adhæsere, eamque auro, margaritis, cæteris rebus excellentioribus, quæ in hoc mũdo habentur, pluris æstimarunt*) nos aliter docuissent: videlicet vrinas non ex solo colore, quãtitate, substantia esse diiodicandas, verum etiam ex subsidẽtiis & contentis, & aliis, quæ vrinæ innatare soleant. Quod quidem minime considerare licet, nisi matula ipsa mitius attractetur sine vlla motione: alioqui ea ipsa (*vt dictum est*) facile commouentur ex quibus hypostaticos & aliorum fit iudicium, eoque magis redditur incertum, si ea facile hac motione perturbẽtur. Phil. Sed de his alias clarius dicturi sumus, cũ causas in mediũ adferemus, quib. vrinarum iudicia & perturbentur & impediãtur. Sed vt ad quæstionem propositam propius accedamus, tempestiuum ducimus iam declarare vtrũ vrinarum iudicia incerta ac fida sint, nec ne, postquam docuimus, quid sit vrina, & quomodo ea ipsa generetur, & quibus modus fiat sanguinis & humorum apparatus, & quę superfluitates ex quatuor concoctionibus sequestrentur: quæ & postea in testimonium cedent, vrinarum iudicia non semper fida esse, quibus adeo Brutus confidit, vt vix alia doctrina medicum egere puret, quam vri-
34 narum solis præsagiis, quamuis non aliter atque cæcus de coloribus iudicet. BR. Licet me cæcum hac in re arbitreris, auditus tamen mihi nõ deest, cum & possem enarrare ea, quæ mihi aliquando circumforanei & medicastræ ex lotii inspectione pronunciarunt: magis confido auribus meis, quá inani tuæ rationi, qua me superare contendis. Nisi enim aliter id demonstraueris (*quanquam concedo, quod matula ita moueri non debeat, dum lotia inspiciuntur vt docuisti*) tibi nec Eulogo ne latum digitum cedam; cum certo compertum habeo, quod vera ex vrina, etiam illi, quos vromantes appellatis, empiricos scilicet meos, sæpe ptorulerunt. Audiam tamen vtrumque vestrum patienter discreptantem, nũ iudicia vrinarum firma sint. PHIL. Quod isti tui cæcorum magistri veritatem minime attigerint, id manifestum suo loco euadet, dũ ita ratione inuincibili atque viuis exemplis te constringemus, vt & ipse fatearis volens nolens, te fraode ab eiusmodi agyrtis circumuecorum fuisse. Sed id quod præ manibus habemus, nunc primo enucleemus. EVL. Hoc ipsũ disputatio requirit:

Ex quibus vrinæ iudicium fiat.

quare te oratum cupimus, vt rem ipsam, in qua cardo totius disputationis versatur, aggrediaris.

CAP. IIII.

Quod vrinarum iudicia incerta sunt, imo sæpius periculosa, minusque eis fidenda.

PHIL. Cum etiam quæuis amore Philosophiæ & sapientiæ sint attentanda, quáquam & hæc humeris meis sustinenda impatia sint: tamen hãc prouinciam suscepi, cum plane huius artis tam præstantis, & insiguis immodico amore teneat, li-
cet fortassis ea in medium adductoius, quæ vestro 35
palato minus sapient, & potissimum Bruto minus grata erunt, qui adeo acriter Empiricos defendit, etiam si ab iis, vt plebs incauta, quotidie deludatur. Scio quoque quod odium multorum incurram dum studeam medicinam, artem adeo præclaram, ab hac vromantia inutili & incerta liberate. quæ passim in ædibus medicorum, non sine ægrotantium incommodo, exerceetur. Verum vt veritas, è latebris suis tandem in lucem erũpens, omnibus innotescat, faciam quod possum, omnesque neruos intendam, & hanc quæstionem lucide prios interpretabor, atque tandem inferam, vrinarum iudicia incerta esse. BR. Videas tamẽ, ne tibi, qood multis euenerit, continget, vt demonstrationum necessitate compulsus, in paradoxum aliquod recidas. PHIL. In sole non est opus (*vt aiunt*) lucernam adhibere, cum res adeo perspicua est, vt & pueris tandem innotescet. Sed omissis ambagibus rem aggredior. Si autem ea, quæ antea retulimus, de generatione vrinæ, quæ tertiæ concoctionis superfluitas est, in cutna hepatis parte peracta, ad vnguem intellexeris: non erit difficile ea quoque, quæ nunc dicentur, probe intelligere. Per vrinam igitur præcipue cognoscontur *hepatis dispositiones, ac venarum & per consequens totius corporis.* B R. Hoc pro me facit: & ideo celebris ille medicus Gordonius & insignis practicus, inquit, vt ego aliquando legi, quod per eiusdem exactam cognitionem poterimus deuenire in cognitionem sanitatis, ægritudinis ac neotræ dispositionis. PHIL. Id quidem verum est, sed ille idem adiungit & sentit, medico non sufficere scientiam de vrinis vagam & confusam (*qualem circumforanei tui vroscopi habent*) sed
certam & determinatam habere, ne facile in eius 36
iudicio falleretur. Si doctus medicus facile in ea fallatur, quanto magis imperitus, qui ne his quidem instructus est? Cæterum vt hæc q̃ paulo ante diximus, melius percipias, scire oportet quod sanguis cum formam suam substantialem à formatiua hepatis virtute adipiscatur : fit vt secundum sanguinis qualitatem, cuius vrina est superfluitas & colatora, quæ in renibus colatur) *vt Theophilo placet & confirmat Ægidius*) æqua proportione respondeat. Hinc manifestum (*admonente doctissimo quoque Leenno in epistola præfixa libris Actuarii de vrinis*) non modo renum ex vrina, sed inprimis

Quæ præcipue vrina indicat.

Cur vrina hepatis dispositionem & venarũ certius significet.

 hepatis,

hepatis, atque venarum dispositiones posse indicari. Vnde quoque non difficile est ratione assequi, cum materia illa aquosa, ex qua fit vrina & secernitur in renibus plurimum à venis atque hepate patiatur, membra colaturæ à natura demandata, affectũ aliquem præter naturam posse præsagire. Certam igitur in morbis hepatis, & venosi generis partibus vrinam habere significationem cõstat: quanquam aliquando contingat ex aliquo accidenti, vt postmodum demonstrabimus, eam ipsam transmutari, ac sic medicum quoque fallere posse. BR. Si iudicia vrinarum etiã optimos quosque medicos aliquando fallant, vt ais, quid igitur opus est vrinas inspicere? PHIL. Quanquam ex accidenti aliquo hæc fieri possunt, non tamen inutilis est consideratio de vrinis, neque ideo vt res vana aut inutilis spernenda, neque ex manib. medicorum abiicienda, vt quidam contenderunt nihil conferre, vel ad iudicium vel ad prænidentiam: sed potius illud accidens considerandum erit (*vt suo loco dicemus*) quod medicus decipitur aut fallit. Ideo vt vt hæc res se habet, vrina certius aliquid iudicare magis proprium est, de his membris

In quibus certa vrina iudicia.

37 prædictis, quam de aliis, atque hoc ipsum inficias ibit nemo. Quamobrem plurimum quoque nasuti isti homines à scopo veritatis multum aberrant, qui huius iudicium plane contemnant. Diligens enim eius inspectio, si Theophilo doctissimo fidem habemus, manifestat dispositiones hominum. Idem fere refert Actuarius, *lib. 1. De diff. vrinar. cap. 1.* inquiens: *Cum multa rerum cognitiones habeantur, quibus quisquam ægritudines nos occupantes dignoscere posset: puto hanc non minore ratione electurum illam, quæ de vrinis est, quippe quæ maximopere conducat ad vnamquamque ægritudinem cognoscendam.* BR. Ex vltimis illis verbis dicere videris, quantum ego notare possum, quod auctores prædicti manifeste demonstrant, vrinas vnamquamque ægritudinem posse indicare. PHIL. Hoc ipsum non statim ita simpliciter proferunt: nam si hos eosdem auctores diligenti examine scrutemur, videbimus etiam eorum auctoritate vrinarum iudicia in plerisque morbis incerta esse, neque earum iudicio omnes posse morbos recte dignosci: quanquam de vrinis cognitionem summopere laudant, interim & alia quoque innumera esse, ex quibus ægritudines nos occupantes recte cognoscantur, affirmant. Nam inter has rerum cognitiones, Actuarius (*vt ex loco iam citato constat*) etiam vrinas nominabat, quamuis reliquas subiicuit: Sed *cap. 7.* sui libri eas perfunctorie descripsit, vt est cognitio pulsus, excrementorum & aliarum prædictionum, quas breuiter enumerat. BRV. Quid igitur hac ratione certo concludi potest? cum modo iudicia vrinarum laudent, modo incerta eadem dicant, aut minus fida esse contendant? EVL. Philiatrus recte tamen dixit, & auctores supra-

Iudicium vrinæ plane contemnendum nõ est.

Vrinarum iudicia in plerisque morbis incerta esse.

38 dicti sibi inuicem non aduersantur nec repugnãt: Sed vera pronuntiarunt; ita vt nobis ostenderent, quod in medio consisteremus, neque vrinæ cognitionem omnino ab vsu medicæ artis excuteremus, neque huius iudicio solo adeo consideremus, vt Empirici vestri circumforanei faciunt, neglectis aliis signis, tanquam nulla alia prænidentia indigeremus, quam hac sola, quæ ex inspectione lotii solum habetur. Quamobrem non minus delirant etiam illi, qui vrinarum iudicio tandem tribuunt, ac ei solum insistunt, vt existiment aliis signis non opus esse ad cognitionem morborum, cum difficile non sit vrinarum iudicium incertum esse, experientia, ratione & auctoritate demonstrare. BR. Quo pacto id experientia efficere posses, quæ omnium rerum mater existit, qua nihil in hoc mundo illustrius ac antiquius est, quam ego præ ratione magis amplector: nunc explica. EVL. Hoc autem probare non erit mihi graue. Est enim vt plurimum, vrina fallax in peste atque in febribus pestilentialibus, ita vt etiam doctissimis medicis in quotidiana praxi imponat. PHI. Eulogus, ô Brute, veritatẽ ipsam narrat: nam vt ipse ingenue fatear (quod non pudet me dicere) sæpe in peste Delphica illa famosa, hoc ipsum expertus sum, quod cum vrinę optimę spectarentur, ita vt vix febrem iudicarent, tamen ægri peste laborantes, præter spem tũc maxime morerentur. BRV. Sed huius causam, si nouetis, edissere: cur magis sit fal[illegible] vrina in peste, quam in aliis febribus? PHIL. Dicam: cum enim materia ipsa sit pestifera aut venenosa atque maligna, natura eam ipsam non audet inuadere, eritq; vrina (vt ipsi experti sumus) sanorum simillima, qualem antea descripsimus optimã: quamuis alii hanc causam *vt in libris Obseruationum medicinalium de febrib. & præcipue de peste retulimus,* insufficientem esse autument, medico & philosopho indignam: 39
sed hoc fieri volunt, quod putredo in corde sit, & natura debilitata, excrementa per vrinã expellere non potest, ideo subtilis permanet & boni coloris, quia nihil de excrementis in ea permiscetur: impotens ideo est, quoniã putredo confirmata est in substantia cordis: & ideo eiusmodi febres ex lotio non cognoscebantur, sed potius ex odore malo & fœtore anhelitus: & sic facile decipiuntur medici quantumuis in arte periti, si vrinam viderint optimam, in peste, quanquã æger mox extinguatur. In hoc casu medicus si ægrotum non viderit, aut pulsum tetigerit, hominem ne ægrotare quidẽ ex iudicio vrinæ eidem allatæ diceret, aut saltem eundem subito à morbo liberatũ iri, quũ is æger, cuius vrina deferebatur, mox superueniente crisi, vel sine crisi subito exspiret. Non solum talis vrina medico imponere potest, si ægrotum non viderit, verum etiã si eũ quotidie inuisat: iudicaret. n. ex vrina illũ ipsum euasurũ, quãuis idem virib. deficientib. mox moriatur. Ob hoc diligens medicus, hic mentem adhibeat oportet, ne ex vrinæ iudicio fallatur, sic quoque ad pulsum conferet, atq; diligentissime eundem examinabit: vtpote cũ pulsus virtutis vitalis (*quæ vitam sustinet*) debilitatem manifestet. Quamobrem de morte, vita, aut hora mortis, longe certius per pulsum quam vrinam fit iudicium. Pulsus enim à corde per arterias fit: & cor iuxta Aristotelem philosophorum

Vrina iudicio omnia non tribuenda, cum & reliqua signa spectanda & trutinanda sint.

In quibus morbis vrina fallax.

Causa cur vrina in peste medicũ fallat.

De morte, vita aut hora mortis certius fit iudicium per pulsum quam vrinam.

prin-

principem, *membrum est, primum viuens, ac vltimum moriens.* E V L. Non solum in peste vrina fal-

40 lax fertur, imo & quartana aut alia febre intermittente, præsertim si infirmus bona vtatur diæta: ita vt ab ipso principio in vrina signa concoctionis appareant. Nam medicus & hic fortasse tempora morborum distinguere volens, facilime à scopo aberraret. Non autem in his tantum, verum & in aliis morbis omnibus, quæ extra venas solent suborriri (*omnium medicorum illustrium, qui de vrinis scripsere iudicio*) vrina fallax, & incerta est. Apparebunt quidem sæpius, vt in quotidiana praxi cernere licet, optimæ ac sanorum similimæ, decentis coloris atque substantiæ & contentorum sanis similium, quamuis æger moriatur. Et hoc magna ex parte reperias, quandocunque in morbis valde peracutis, vel acutis: vt in pleuritide, peripneumonia, angina aut aliis, qui etiam febrem continuam admixtam habent, vrina optima appareat. iam morti magis propinquos plerumque ægros, quam saluti esse, quotidiana experientia comprobatur, quamuis vrina aliud significet: & ita signum quidem salubre in vrina, sæpe lethale fit. PHI. Cum igitur vrina sæpius appareat in morituris, non aliter quam sani hominis esset: potest vna & eadem vrina salutem & mortem iudicare, vnde non difficile probatur, vrinam esse fallacem, maxime vero in graui morbo (*teste quoque Gordonio*) si sanorum similis sit, tunc plerumque signum mortale existit, ob causam iam dictam. Sic etiam quotidiana experientia comperimus vrinam vnam & eandem secundum colorem, substantiam atque contenta, diuersos morbos, imo quandoque & contrarios, ita vt sibi inuicem ex diametro oppugnent, iudicare. BR. Id ego non possum credere, quod vrina vna & eadem, eadem quoque manens sua essentia diuersam significationem habeat. PHI. Id tamen in confes-

41 so est apud doctos. Vrina tenuis ac cruda potest apparere in sanis, in quibus ventriculi indigestionem præsagit: similiter & hæc apparens in febre acuta ac ardente phrenitidem & delirium significabit, estque tunc certum quoque mortis signum, *vt exemplis ostendimus alias in libris nostrarum Obseruationum de febribus.* Hoc etiam Hippocrat. *lib. 4. aphor. aphorismo 72.* idem nos docuit his verbis. *Quibus vrina alba perspicua, malæ, præsertim si in delirantibus appareant.* Et Galenus in commento eiusdem Aphor. inquit: *Nullum enim vidi delirantem, in quo talis vrina apparuisset, seruatum.* Si autem eiusmodi crudæ ac tenues vrinæ ad medicorum ædes ferantur, ne somniabunt quidem de acuta ac ardente febre & delirio, si ægrum non viderint. E V. Accidit autem hoc ipsum non tantum in prædictis morbis, sed in aliis quoque, ita vt vrina facilime medicum fallat, quemadmodum in hydrope, vrinas sæpe laudabiles spectamus, quamuis æger subito moriatur, aqua supra præcordia irruente & ægrum subito suffocante. Fallax quoque sæpe in morbis pectoralibus est, in quibus sputum magis, quam vrina animaduertitur: ita quoque in iis, qui sanguinem, bilem, pituitam, aut aliud quippiam euomunt, & vrina spectabitur quidem optima, quamuis ægrotus, nimia vomitione viribus defectis, mox animam vna cum vomitu reddat. Non minus in vlceribus gutturis aut columellæ inflammationibus, & anginam patientibus, qui aliquando subito strangulentur, atque in iis qui dysenteria, sanguinis fluxu, aut diarrhœa tentantur, vrinæ iudicium fallax est. Neque hæc nobis potest manifestare hæmorrhoides, neque condilomata, neque ani excrescentias, aut vlcera, neque abscessus aut apostemata exteriora, neque pustulas scabiemve, ne- 42

que luem Gallicam, quamuis vestri circumforanei plenis buccis mentiantur hæc omnia se ex vrina diuinare posse. *Præterea* nobis vrina indicare nequit, neruorum contractiones, neque paralyticos & iuncturarum passiones, neque podagram, aut chiragram, ischiaticosque & arthritides, ramicum species, neque musculorum affectiones, neque vitia quæ in cute erumpunt, aut tumores præter naturam. Quod quidem ex Galeno ipso demonstrare minime difficile est: qui in commento *libr. 4. de victus ratione in morbis acutis pagin. 60.* (vbi Hippocrates mentionem facit de tetano aliisque neruorum morbis) docet his verbis morbi facilitatem ex vrinarum concoctione non tuto prænosci, sic inquiens: Tametsi febris eruditates per vrinas iudicentur, morborũ tamen musculos infestantiũ, haud quaquã secura est per vrinas significatio, imo exigua. Et ob hoc neq; per vrinã casus ab alto, percussiones, vulnera, cõtusiões, fracturæ, proprie iudicare possumus. PHI. Etiã & illud adde, quod sæpius in morbis vrina fit remissa, cũ deberet esse intẽsa, & ecõtrario rursus intensa, cũ eadẽ remissa quidẽ spectari deberet: atq; hoc ipsũ nõ minus ratione, quam experientia multis exẽplis possemus probare. BR. Nõdũ in hoc mente assequor. P H. Id iã tibi demõstrabo. Exẽpli gratia, sit aliquis tẽperaturæ biliosæ, morbo cholerico seu bilioso laborãs, cuius quidẽ vrina, in matula appareat remissa, quamuis potius iuxta morbi & tẽperamenti exigentiã, eadẽ intensa esse deberet. Si.n. in gibba hepatis parte sit quædam obstructio, tũ quoq; in venis, ac aliis partib. quæ ad renes tẽdũt: meatus vero, qui in *ecphysin* tendit, per quẽ bilis ex vesica fellis, gratia irritandi fæces (*vt antea diximus*) dilabitur, sit dilatatus: tũc.n. bilis, quæ solebat ire vna cũ vrina ad vesicã, ad intestina diuertitur, ac

43 ibidẽ vẽtris fluxũ sæpenumero & excoriationẽ tãdem intestinorum inducit, vnde quoq; vrina remissa apparet. Aut si forte cholera vel bilis in stomachũ dilabatur (*vt nõnũquã cõtingere solet*) nauseã inferet & vomitum: si vero per totum corpus dispergatur, ἴκτερον, quem alii arquatum & regium morbum vocant. Si vero, vt in febre acuta sæpius fit, ad cerebrum rapiatur (*vt dictum est prius*) phrenitidem producet. Quamuis igitur temperamentum sit calidum, tum morbus calidus, attamen quoties cholera aut bilis, alio quam ad vias vrinales tendat, vrina apparebit remissa:

ita

Vrina fallax in quartana aut febris intermittente.

In morbis acutis aliquando vrina medicum fallit.

Vna & eadem vrina salutem & mortem iudicare potest.

Vna atque eadem vrina morbos contrarios potest iudicare.

Vrina tenuis alba, perspicua in delirantibus mortem, in sanis malam ciborum concoctionem & cruditatem præsagit.

In multis morbis vrina potest fallere medicum.

Mala externa ex lotio non recte iudicantur.

Exemplis quibusdam probatur vrinam fallacem esse.

ita vt non solum medicus falleretur in eius iudicio, verum etiam multo magis peccabit, si inscius ex lotii indicio præscribat medicamenta calida, quibus facile hominem è medio tollet, nisi & alia signa apud ægrotum diligenter obseruauerit. Quibus rationibus tum experientia ipsa rite infertur, ac indubitatum probatur, non tantum iudicia vrinæ incerta esse verum etiam periculosa, si medicus ex solo vrinæ iudicio adeo incerto, temerarie medicamenta præscripserit, *vt suo loco etiam latius declarabimus.* At eodem modo in contrarium fit in homine pituitoso, & morbum vel affectum frigidum habente, vbi vrina intensa est, quamuis remissi coloris esse deberet. Id quidem sæpenumero euenire solet in imbecillitate iocinoris, virtute vero segregatiua in hepare existente debili, cum humores eliquantur sine diuisione, apparebitque vrina rubea similis loturæ carnis.

44 Hinc Auicenna recte admonebat *medicos, quod in hydropicis, licet quidem ex causa frigida sine febre, lotium ipsum fit aliquando maxime coloratum: non ob hoc arguitur*, inquit, *talem hydropem ob calidam causam euenisse.*

Lotium in hydrope mendacium sæpe fallit.

E V L. Non nimis Philiatre vrina intenditur & coloratur ob dolorem intensum, quamuis sit ex causa frigida, præsertim si is versus meatus vrinarios tendat, & non alia ratio ne hoc fit, quia in omnibus doloribus natura in auxilium mittit sanguinem & spiritum, vnde etiam tingitur illa aquosa superfluitas. Ita etiam quandoque solet contingere in obstructionibus, magis tamen illius meatus qui per quem bilis dilabitur in intestinum vergit, per quem bilis dilabitur in intestina. Etiam in colico affectu, aliisque doloribus interioribus, licet ex causa frigida subortis, ob eandem causam, quam nunc diximus, vrina tingitur. Hæc autem nisi diligens medicus attente animaduerterit, sæpius falletur. Nam vrinæ iudicium per se signum fallax & infidum est, non solum ob causas iam dictas, verum etiam propter eius facilem mutationem vt suo loco demonstrabimus. B R V. Scio equidem consentaneum esse vt experientiæ fidem habeam, similiter etiam aliqua ex parte rationi, si vna cum experientia conueniat. Verum cum antea iactastis, quod idem demonstraretis autoritate illustrium medicorum, non video quomodo hoc posseris præstare, cum apud doctissimos quosque medicos legerim, quod mirandæ significationes nobis ex vrina resultant. Si itaque huius iudicia ita incerta sunt, vt dicitis, ad quid opus est tanta huius partis medicinæ cognitione? E V. Quod hæc pars æque vtilis ac necessaria, id prius diximus, vt non opus sit eadem repetere. Quodque autores scribunt, id quidem verum est. interim nostrũ

45 est eorum scripta ruminare & diligenter inquirere, & mentem autorum tecte perscrutari, vt id quod dicere velint perfecte cõsequamur, quemadmodum nũc ostendimus, lotia quidem multa posse significare, quorum etiam cognitio valde vtilis est: attamen in multis eorum iudicia non ita sunt certa, vt iam ex parte demonstrauimus, & etiam demonstraturi sumus, quamuis in primo putabas adeo firma & stabilia esse, vt medicum fallere non possent, imo ita rata esse harum indicia, vt vroscopos tuos nihil latere posset, quin omnia ex iisdem diuinent. Verum cum in contrarium res se habeat, nempe quod incerta sint horum iudicata, causam illius, quod vrina infida sit, vel medicum fallere posset, diligenter examinare & inuestigare oportet, ne eius iudicio fallamur, vt nunc ostendimus. B R V. Quæ nam igitur est vrinæ principalis significatio? E V L. An ne hoc tibi memoria excidit? cum illud prius dictum sit, cum eius præcipua significatio sit de hepatis dispositione, quod & autoritate Auicennæ de vrinis manifeste declaratur, cum sic dicat: Scito etiam quod prima significatio, quam vrina habet, est, de dispositione hepatis & viarum aquositatis, & super dispositiones venarum, & eis mediantibus alias demonstrat ægritudines. Firmior tamen significatio est illa, quæ de hepate existit, & proprie de dispositione gibbositatis ipsius. B R V. Quantum igitur ex tuo sermone colligo, vrina significat de hepatis dispositione, sed quomodo hæc ipsa venarum dispositionem ac ægritudines alias aperit, explica. E V L. Venarum morbos insinuat vrina (*teste Sauonarola*) hac ratione: nam à materia, quæ in venis est, aliqua pars decidit ac vrinæ coniungitur, ipsamque tingit. Si enim fuerit bilis, rubicundior fit, aut intenditur eius color: Si pituita, magis alba aut eiusdem color remittitur, ita & à sanguine ruborem acquirit & à fæce atra nigrior euadit. B R V. Ex istis tamen verbis non colligitur vrinam fallacem esse. PHIL. Tamen si verba Auicennæ, quæ mox in medium adduxit Eulogus, diligentius consideremus, & penitus introspiciamus, facile ex nihil colligemus & cõcludemus, vrinam fallacem esse, seu eius iudicium medicum fallere posse: cum dicat quod firmior eius significatio est de hepate: ergo in aliis morbis & affectibus minus firma ac certa erit, sæpius autem fallax ob plurimas conditiones in vrina, etiã obseruandas, *vt suo loco*, Deo concedente, ostendemus, quemadmodum ipsemet Auicenna in principio eiusdem capitis his verbis nos admonet, & vigiles facit. *Via significationis* (inquit) *dispositionum vrinæ, non oportet credere, nisi postquam certæ quædam conditiones* (quas postea recensei) *obseruatæ fuerint.* E V L. Sic etiam Gabriel de Tarregua, diligens Auicennæ affectator, post multa argumenta in quæstione 30. ita concludit de vrina. *Signum sumptum ab vrina est fallax, & ideo doctores ex ipsa sola haudquaquam temerarie iudicant: sed de aliis signis diligenter inquirunt. Nam circa ipsam multi errores contingunt, eo quod facile ex quantitate, aut qualitate cibi, vel res alterius tingentis, ipsius iudicium permutetur.* Huic adstipulantur Sauonarola & Petrus Apponus, Conciliator dictus, *differ. 85.* Sic & alii omnes qui de vrinis scripsere. B R V. Multas hic autoritates adducitis ex Auicennistis, quos multi medici hodie parui æstimant & flocci pendunt Barbaros & Arabum

Auic. 2. primi cap. 2.

Venarum dispositionẽ quomodo aperiat vrina.

46

Auicenna autoritate probatur vrinam fallacem esse.

Gabriel de Taregua.

Sauonarola.

Petrus Apponus.

bū asseclas. Sed quid Græci vestri autores ac Galenus ipse, tum Galenistæ de his sentiant, in medium adferte. E V L. Nos enim non ita autoritatibus ipsius Auicennæ solum mouemur, neque etiam vnius Galeni, vt quidam nunc Galenistæ faciunt, qui plane omnes Auicennistas, Arabes ac Barbaros de gradibus deiiciunt, & omnes medicos præter vnum Galenum, contemnunt, tanquam in verba magistri iurassent: quanquam veris philosophis ac medicis ea libertas esse debeat, vt optima quæque eligant, perinde enim est quisquis dixerit siue Græcus siue Arabs, siue Barbarus, siue Iudæus fuerit, modo verum dixerit: *Amicus Plato, amicus Socrates, magis amica veritas.* Et quamuis ita sit, quid Auicenna, vel potius eius interpres in multis deliquerit, non tamen quæ optime dixerit, omnino abiicienda erunt: qualis nunc quorundam affectatorum natura est, quid solummodo admirantur quod à magistris suis acceperint. Quamobrem ô Brute, vt & tibi in hac re satisfaciamus, qui forte Auicennæ autoritatem cum cæteris multis spernis, nunc hoc idem Galeni verbis demonstrabimus: quod equidem minime operosum nec difficile erit, præsertim cum omnes medici tam Galenistæ quam Auicennistæ (*vt vocant*) in hoc concordent & vnanimes sint, scilicet, quod vrinarum iudicia sæpius optimos medicos fallant, si alia signa ad morborum cognitionem necessaria, penes ægrum non animaduertant. Quamobrem vt etiam tibi, tum aliis omnibus satis fiat, id quoque autoritate Galeni demonstrabimus. Ita suum de his sermonem *lib. 3. de cris. cap. 7.* instituit. Coctionis quæ inspirandi instrumentis fit, sputa: eius vero quæ in venis, vrinas: illius autem quæ in ventre, excrementa, signa statuere oportet. Et in febribus omnibus, quoniam venosi generis sunt passiones (*nam & arterias in hoc genere comprehendimus*) ad vrinas præcipue attendere oportet. B R V. Antea dixistis, quod vrina ægritudines venarum tantum aperiret, at nunc ex Galeno vestro, arteriarum quoque mentionem facitis? P H I L. Quod ibidē Galenus loquitur etiā de arteriis, vt ex allegatione Eudoxi, cōstat ô Brute, nostris superiorib. verbis non repugnat: nam quod de arteriis dixit Galenus, his enim mediantibus atque venis, cor incenditur. Nam si eidem Galeno credimus primo *de differ. Febrium* (*vt & latius quoque in libris nostris Obseruationum medicinalium de febribus ad longum ostendimus*) non potest esse febris nisi cor calefiat: nullum enim membrum est, quod æque potest totum corpus calefacere: itaque incenso corde febris est, & quia huius materia potest esse tam in arteriis quam venis ipsis, Hinc est quod Galenus in iudiciis vrinarum etiam arterias, in hoc genere venosorum comprehendit. Sanguis licet purior in arteriis quam venis existat, arteriarum tamen dispositionem, tum febrem vrina manifestat: Nam vt ab initio demonstrauimus (*si bene memineris*) sanguinem ad quamlibet partem corporis per venas ipsa mediante aquositate vrinali penetrare: non aliter quoque hoc ipsum contingit per arterias, quemadmodum per venas fieri diximus. Cæterum cum arteriæ sanguinem puriorem ac magis elaboratum simul & spiritum vitalem contineant, per motum earundem, nempe pulsum arteriarum, non minus quam per vrinam cognoscitur febris, ac arteriarum simul & cordis dispositio, sic & aliarum passionum quoque: quas tamen vrina, ob alias causas iam dictas, cum sæpius ne indicari quidem potest, per pulsum (*vt abunde philosophatur Galenus in libr. de pulsuum cognitione, differentiis & causis*) docte comprehenduntur. Ex his verbis facile coniectari licet, vrinam in aliis passionibus præter venarum & hepatis affectiones plerumque fallacem esse. Præterea cum & hepatis morbi, sic & venarum, atque febres sæpius inter se commisceantur, ac cum aliis membris colligantiam habeant: Vrinæ quoque facilime ob multas causas (*quas suo loco referemus*) cum mutationem subeant, non minus & hic vrinarum iudicia fallere possunt, quam in aliis morbis, quos impróprie quandoque debili significatione indicant. Quamobrem recte ego arbitror Galenum, *in commento libr. 4. de victus ratione in morbis acutis* dixisse (*vt antea mentionem fecimus*) morborum facilitatem ex vrinarum concoctione non bene prænosci. Hanc etiam ob causam, in omnibus suis libris, tam de febribus quam iocinoris morbis, alia innumera, præter vrinas signa quoque describit, vt rectius quis in horum omnium cognitionem deueniat. Idem etiam testatur doctissimus Actuarius, vrinæ iudicium non esse sufficiens ad vniuersam considerationem (*quod & prædictionum libri Hippocratis declarant*) de morbis, vt *sequenti capite longiore oratione demonstrabimus.* Hinc etiam Rhases, experimentator maximus, diligenter admonebat, *ne quis iudicio vrinarum adhæreret, nisi prius reliqua magis necessaria apud ægrotum obseruasset.* E V L. Recte quidem & ob hoc, vt de omnibus decens fiat consideratio, aliis innumeris signis indigemus, alioquin facile, cum tuis vrinarum speculatoribus, Empiricis ac medicastris, sola inspectione lotii decipiemur, quamuis Circumforanei tui supra modum sese efferant atque extollant, tanquam omnia vt arioli ex lotio diuinarent. B R V. Quanquam vestram hanc sententiam defendere adeo vrgetis, nondum litem hanc inter nos ista moderatione dirimi posse existimo. Ego enim de suscepta simul opinione nihil remittam, sed omnia summo iuris rigore persequar, de qua nulla vis, nullum periculum me possit depellere, mordicus tenebo, quod isti Empirici miranda ex lotio prænuntiant, & ob hoc multum illis tribuo, vtpote qui mihi ex vrina satis feliciter de loco affecto responderunt, ego machinas vestras potentiores ne tanti facio. P H I L. Machinis fortasse nullis te inuademus, sed latentibus tantum subterraneisque

cuni-

Margin notes and section numbers:

47 (beside "ritatibus ipsius Auicennæ solum mouentur")

Medicis ea libertas esse debet, vt ex omnib. optima quæque eligantur.

Vrinæ Galenus autore non omnibus signis non satis facit.

48 (beside "rinas præcipue attendere oportet")

Quomodo vrina arteriarum dispositionē tum febrē manifestet.

49 (beside "Ex his verbis facile coniectari licet")

Actuarius.

Hippocrat.

Rhases.

Circumforanei vt arioli omnia ex lotio se posse diuinare iactāt.

50 (beside "mo. Ego enim de suscepta simul opinione ni-")

cuniculis te'peremus. Verum de celebrium veſtrorum magiſtrorum (*ſi Deo placet*) eximio vrinarum iudicio, nũc nihil dicemus, ſed in aliud tẽpus magis commodum illud reſeruabimus. At nunc poſtquam ex parte exemplis ac firmis rationibus demonſtrauimus iudicium vrinæ incertum eſſe, id latius nunc enucleabimus, quod nec ipſum ſufficiens ſit ad vniuerſam conſiderationem de morbis, ita vt tandem velis nolis te victum eſſe fateri neceſſe habeas. E V L. Difficile tamen ẽ rit incitatum contentione ingenium moderari. Tu tamen Philiatre pergas ea, quæ cœpiſti, aperte: nam in hoc rerum cardine totius quæſtionis fundamentum verſatur. Si enim iudicium vrinæ non ſufficeerit ad vniuerſam conſiderationem de morbis: Si ex ſola vrina (*cuius iudicium incertum eſt, vt validis argumentis oſtenſum eſt*) omnes morbi indicari nec affectus poterunt, opus erit ad horum cognitionem aliis ſignis. Hoc itaque confirmato, multo facilius deinde erit abuſus, qui in diiudicandis lotiis obrepſerunt, corrigere.

51 CAP. V.

Vrinæ iudicium non eſſe ſufficiens ad vniuerſam conſiderationem de morbis.

BRV. Nunc igitur demum, ſi ita videtur, quod totius eſt noſtræ diſputationis caput, aggredere: in hunc enim vaſtiſſimum medicinæ campum ſi deſcenderitis, ſæpe in ſalebris hærebitis, quibus hæc quæſtio conſperſa eſt: ita vt vobis neceſſarium ſit incurrere in vias non ſatis tritas, cum experientia ſæpe viderim, lotia ad medicos optimos eoſque diuerſos & ad Empiricos ſimul fuiſſe allata, Empiricorum tamen indiciũ veſtrorum medicorum, quantumuis excellentium, ſuperaſſe. E V L. Nugas iſtas tuas parui facimus, cum hucipſi conceſſimus, vt ardua quæque, ſpinoſa & inuia conſectaremur, quæ nos fortaſſe terendo plana reddemus. Age igitur ô Philiatre, omiſſa omni contentione, te conciliataque voluntate Bruti, rem ipſam rurſus aggredere. neque ſit tibi moleſtum communi ſtudio ô Brute nos audire, qui veritatis cognoſcendæ cauſa huc acceſſimus. B R V. Pulchre mones: iam dudum illius contemplationis efferor deſiderio. Quum itaque ſimus grauioribus laboribus, curiſque vacui, in hoc diuerticulo ab omni turba & ſtrepitu ſeiuncti, libere ſcrutemur ipſam veritatis lucem. P H I L. Quando his me ſuaſionibus, tanquam ſtimulis acriter vrgetis, rem ipſam aggredior. Vt igitur ea quæ nunc inſtituimus dicere, recte ô Brute intelligas, non nulla hic altius repetenda ſunt de differentiis partium humani corporis, vt ita quæſtionem propoſitam melius ſoluamus. Quare noſtræ doctrinæ confirmandæ gratia, Galenum in *arte medicinali cap. ix.* ita ſermocinantem in medium adferamus. Sunt vero partium quatuor vniuerſæ differentiæ. Quo niam nonnullæ earum *principia exiſtunt, aliquæ vero* ab ipſis originem habent, aliquæ nec aliarum gubernationi præſunt, neque aliunde gubernantur, cum inſitas habeant à natura potentias, à quibus reguntur: quædam vero ſunt quæ inſitas ſimul & aliunde emanantes habent. Principia igitur ſunt, cerebrum, cor, iecur, teſticuli. Ab illis vero ortum habent, atque eiſdem ſubminiſtrant: neruí quidem & ſpinalis medulla cerebro: cordi vero arteriæ: iecinori venæ: ipſa vero ſeminaria vaſa teſticulis. Quæ autem à ſe ipſis gubernantur, ſunt: *cartilago, os, copula ſeu ligamentum, membrana, adenes, adeps, caro ſimplex.* Reliquæ vero partes, quum vna cum iſtis habeant ex ſe ipſis regimen, arteriis, neruis & venis inſuper eguerunt. Capillorum autem atque vnguium, neque regimen vllum eſt, ſed generatio tantummodo. Cæterum de his longum ſermonem producere præter noſtrum inſtitutum eſt: cum multi eximii medici atque philoſophi innumeri de his tractarint, qui commentarios in hos Galeni libros ediderunt. Nos autem ea tantum referemus, quæ huc pertinere videntur. E V L. Et illud quidem vtile ac neceſſarium eſt, vt ex his prius dictis concluſio firma ſequatur, quod membrorum conſtitutiones omnes vrina ſola indicare non poterit. PHIL. Propterea tria ſunt membra maxime principalia, ſine quibus vitam humanam ſtabiliuere, ſine quibus animal intereat neceſſe eſt, vnde quoque principia ab ipſo Galeno dicta fuere. Sine cerebro enim ac corde, aut hepate nullus viuere poteſt, quamuis veſtri vroſcopi potius præſtigiatores, etiam hæc membra apud plebeculam rudem auferri vel ſaltem diminui ſomnient: ſic Thraſo quidam circulator iactabat ſe *vulnus capitis curaſſe, in quo cerebri partes læſas cochleari exceperat,* atque hæc quoque vromantes veſtri in lotio vidiſſe aliis perſuadent, & ad fabæ verum magnitudinem hepar deductum, aut calido potu abſumptum ex lotio diuinant mendaciſſimi arioli. BRV. Exiſtimabam tamen in bibulis atque vinoſis hominibus, eos veritatem, quod ad hepar attinet, prædicere. Sed quid teſticuli ad vitam faciunt? nam & in hac Gallica quoſdam ſine teſticulis vixiſſe audiuimus, & totam mentulam ex putredine excidiſſe. Cur itaque Galenus his membris principalibus teſticulos annumerauit? PHIL. Dicam, quanquam homo ſine teſticulis viuere poſſit, inter principes partes, teſticulos tamẽ ob conſeruationem indiuidui Galenus adiunxit, non obſtante quod etiam hi ipſi quibuſdam in bello ſclopetis ablati fuerint, inculpate tamen iiſdem viuentibus. *Cerebrum* itaque eſt principium ſenſus & motus, ſcilicet per neruos ipſos corpori hæc tribuens. *Cor* autem vitæ & theſaurus naturalis caliditatis ac ipſius roboris vitalis, quæ per arterias toti corpori communicat: *Hepar* vero nutritionis, habens in ſe calorem naturalem proficiſcentem à corde, ac corpori deinceps participat per venam cauam dictam: eſt enim principium omnium venarum, ac organum ab ipſa con

dittice

52 *Quatuor præcipuæ partes humani corporis.*

Membra principalia.

53

Mébra ſubſeruientia principalib.

dittice natura (*vt antea quoque diximus*) conditum
ad sanguificam virtutem peragendam. *Testiculis*
vero inest vis generationis, & sicuti his submini-
strant vasa quædam præparantia testium, à neo-
tericis dicta, quæ capiti ipsorum anfractuosis cir-
cumuolutionibus adhærescunt: & sic nerui ce-
Quæ à se ipsis gubernantur.
rebro, arteriæ cordi, venæ hepati (*vt iam diximus*)
particulæ subministrantes sunt. Quæ autem à se i-
54 psis gubernantur particulæ, qualia sunt: *carti-*
lago, os, copula seu ligamentum, membrana, adenes, a-
deps, caro simplex (*vt dictum est*) habent à natura
insitas potentias, quibus se ipsa gubernant.
BRVT. Quid enim intelligis hoc verbo Se i-
psum gubernare? id enim non satis mente asse-
quor. PHIL. Se ipsum vero gubernare est
Se ipsum gubernare quid sit
(*vt annotauit doctissimus Iohannes Ammonius Agri-*
cola in suis commentariis in artem Galeni) conserua-
re potentias, quibus nutrimentum conficitur.
Illarum nempe est nutrimentum attrahere, re-
tinere, alterare, apponere, vnire, assimilare, super-
uacua expellere: quas facultates, ab aliis non reci-
piunt, sed illis insitæ sunt. BRVT. At quales
Partes quæ insitas simul & aliunde habent potentias.
sunt illæ partes, quas insitas simul & aliunde e-
manantes potentias habere dicebas? PHIL.
Hæ sunt; *pulmo, stomachus, matrix seu vterus, renes,*
lien & eius generis: Sic *pulmo* habet insitas facul-
tates, quia aerem attrahit & expellit. *Vterus* fœ-
tum retinet & eiicit suo tempore, & semen ad
se trahit ac retinet. *Renes* ad se vrinam eliciunt:
stomachus cibum coquit. *Lien* humorem me-
lancholicum ad se rapit, & propterea defini-
tur *humoris melancholici expurgandi instrumentum.*
Insuper habent potentias aliunde emanantes,
indiguere enim arteriis, vt per has ipsas vitæ à
corde per spiritum & calorem influxus fiat: venis
vero, vt ipsis nutrimentum ab hepate perferant:
neruis, vt sensus & motus à cerebro ad ea deriuen-
tur. *Cor* enim quod omnium philosophorũ & Me-
dicorũ consensu, *arteriarũ fons & origo*, statuitur.
non indiguit arteria sui causa, sed ad vtilitatem
aliorum. Ab eius siquidem sinistro vtricuêlo duæ
prodeunt, *Arteria venosa*, & Aorta. Illa in pul-
mones abiẽ, sanguinem arteriosum suppedi-
tãs & fuligines expurgans, venæ substantiam ob-
tinuit, vt facilius cũ pulmone dilataretur, tũ quia
in fœtu venæ officio fungitur ad pulmonis nutri-
tionem. *Aorta*, vniuersum corpus vitali spiritu fœ-
cundat, & protinus è corde prosiliens *Coronari-*
am, interdum geminam in ambitum cordis edu-
cit: mox *truncus Aorta* in duos dispariles ramos, su-
periorẽ minorem, & inferiorem maiorem dirimi-
tur. *Superior* ad iugulum euectus in subclauios inæ-
quales diuiditur. *Dexter* n. amplior est, & altius
exoritur q̃ *sinister* cuius origo est humilior iuxta
primã costã, *dexter* ramus subclauius producit *in-*
tercostalẽ superiorem, mammariam, musculam, ceruica-
lem & carotidem, vt taceam cæteras, quæ tum ascẽ-
65 dendo cerebrum, tum descendendo thoracem
mesenterium, lumbos ac renes iuuant. Idẽ quoq;
de iocinore respectu venarũ: & de cerebro respe-
ctu neruorum sentiendũ est. Cõmunicant autem
hæc membra sibi inuicẽ, atq; mutuo afficiuntur,
perinde ac vnus esset in eis confluxus & vna con-
spiratio. BRVT. Verum *quid causæ est quod di-*
Cur capilli inter particulas corporis et vngues non numerentur.
cebas capillos, vnguesque corporis particulas non esse, cum
tamen nec hæ particulæ videntur à corpore separatæ?
PHIL. Capilli autem quamuis non sunt pro-
priæ partes corporis, sic & vngues, non enim ha-
bent vitam. Anima quippe non regit has par-
55
tes, sed generat tantum ipsarum materiam, tan-
quam superuacaneam à corpore expellendo. Oc-
culunt tamen & exornant capilli, vngues res
minutissimas quasque arripiunt, scabunt, scal-
punt, sordem auferunt corporis. Et hinc Ga-
lenus vltimo adiunxit, quia ab his particulis licet
ab excrementis ortis, & à natura propulsis,
nonnihil cognitionis, quo ad corpus ægrotum,
tum etiam ad temperaturam cognoscendam,
accedat: vt *in eodem libello paulo post docet Ga-*
lenus, ac confirmat pluribus in locis Hippocrates. Si
enim corpus adeo graue est ac debile, & vngues
quoque ac digiti liuidi sunt, expectanda mors est.
Quibuscumq; tabe laborantib. capilli à capite de
fluunt, ii, alui profluuio superueniente, moriun-
tur: atq; horũ exẽpla aliqua posuimus *in libris no-*
stris Obseruationũ medicinaliũ de febre hectica. Et hæc
de partib. humani corporis hic dixisse sufficiat, quæ
alio non tendũt q̃ ad demonstrationẽ illius, q vri
na neq; sanitatẽ, neq; ægritudinẽ harũ particula-
rũ sola nobis posset indicare: ita vt si ea q̃ de parti-
bus diximus intellexeris ea quæ deinceps demon
strare decreuimus facile percepturus sis. Huc arri-
ge aures Brute. Cũ itaque membrorum seu partiũ
humani corporis nõ vna eademq; differentia sit,
atq; superfluitarũ diuersa quoq; in corpore rece-
ptacula sint: diuersum quoque harũ omniũ parti-
cularum in aliquib. deficientiũ iudiciũ sit necesse
Quæ per pulsum dignoscantur
est. Sicuti arteriæ (*vti diximus*) originẽ habẽt à cor
de: ita quoq; per earũdẽ perpetuã & indesinentẽ
motionẽ, q̃ nos pulsũ vocamus, cordis affectus,
p q̃que causã ei accidẽtes manifestãtur: & cæteræ
quoq; passiões, q̃ in diuersis corporib. fiũt, per pul
sũ cognitionẽ aperiũtur. Quib. modis hoc fiat, sa 58
tis ex libris Gal. *de pulsib.* cõstat, qui hãc scientiã pla
ne diuinã tractauit & perfecte absoluit. q. nõ opti
mo sensu manuũ puroq; intellectu, attẽtione sum
ma diligẽter quilibet doctus medicus valeat motio-
nũ spacia, atq; quietẽ, & spaciorũ tẽpora, interce-
dẽtesq; spissitudines, insuper morbos ex his distin
guere, pdicere, ac cognoscere, & quæcũq; de pul-
sib. doctrina ptract. nõ minus medico sciẽti hæc
pclata necessaria, q̃ vrinarũ cognitio. Quod autẽ
Quæ per vrinã dignoscantur.
de venis diximus q̃ originẽ ab hepate habẽt, indi-
cẽtur harũ particularũ morbi p vrinã: nã ex sangui
ficatiõe in ipso hepate peracta, vrina principiũ sor
tita, quãtitatẽ & qualitatẽ humorũ, passionesq; he
patis pcipuas, tũ eas q̃ sanguinis corruptione fiũt,
declarat. Sic & orationis pnũtiatio actionẽ virtutis
Quæ per orationis pronuntiationem sensum motum que indicantur.
rationalis testatur, atq; ex sensu tũ neruorũ debili
motione, cerebri passiões indicãtur, neq; solũ mo
do ex his verũ & screatu, atq; iis q̃ per nares sũ au
res eiciũtur. Est. n. ille meatus vterq, insignis in p
lato, vt screatu facilius excremẽti excerebro attra
hãt atq; p os educãtur. Eu. Recte q. dè Philiatre, vñ
& Gla-

& Galenus *lib. 8. de v,u partium*, ita nobis scri-
ptum reliquit. Quum namque ventriculi cerebro
subiecti, excrementa ex continentibus eos corpo-
tibus confluentia non raro excipiant, frequenter
vtique apoplexiis occuparetur animal, nisi viam
aliquam horum effluxui idoneam, hic quo-
58 que natura excogitaret. Sed neque excogitari
melior potuit ampla simul & decliui. Tutius igi-
tur foras per narium meatus excrementa afferū-
tur. Foris autem intro sensibilia & obiecta virtutis
odoratiuæ. Ita organum vnicum duabus his vtili-
tatibus famulatur: quarum vna quidem ad ipsam
vitam, altera ad viuendum melius, est necessaria.
Sunt autem præter hæc, alii duo canales ac du-
ctus decliues, qui per palatum in os, totius cerebri
excrementa eructant. Qui duo soli expurgando
cerebro efficiunt, quandiu omnino id recte va-
let, atque alimentum vincit & percoquit. Qua-
re prima vtilitas ipsorum cerebri in nares foramī-
num, propter quam potissimum facta sunt non
est ipsa superfluitatum excretio, sed hoc præ-
terea auxilium velut auctarium quoddam cere-
bro ipsi male habito & offenso additum est. Præ-
cedit autem id auxilium ipsa odorum digno-
tio, & hac adhuc antiquior, & ad ipsam vitam
necessaria, ipsa in cerebrum inspiratio. PHIL.
Quæque igitur pars suos habet proprios meatus,
per quos superflua expellit, ex quibus quoque
subinde morborum iudicia fiunt. Atq; ex his iam
dictis facile constat, *oculorum morbos, aurium surdi-
tates, vertigines, memoriam abolitam, lethargum, ca-
rum, apoplexiam, epilepsiam, ephialtem, maniam aliasq;*
cerebri passiones proprie ex vrina iudicari non
posse. BRV. Circumforanei tamen mei mihi in
contrarium semper persuaserunt. EVL. Tales au-
tem omnia se ex vrina posse speculari promittūt,
quanquam res longe aliter se habet, cum ad ho-
rum cognitionem etiam aliis signis opus est. Cu-
pienti igitur iudicare vel prædicere ægritudinum
accidentia, non solum opus est (*Actuario teste, qui
58 tamen multa ex lotii inspectione pollicetur*) vrinarum
differentias cognoscere: licet etiam vrinæ solæ
quandoque viderentur ad faciendam considera-
tionem de passionibus non contemnendis suffi-
cere: sed oportet etiam pulsus ipsos tangere atque
egesta spectare, motionem respirationis, & posi-
turam faciei, & corporis totius accubationem, at-
que linguæ prolationem: vt horum vnoquoque
proprium munus suppeditāte, non etiam æstima-
tis ipsis, qua mutui vsu alliciantur affectibus, reddi
posit certum iudicium, & præuidentia certa. Pul-
sus enim primum vim caliditatis & frigiditatis in
spiritibus indicant. Vrinæ vero demonstrant
quantitatem & qualitatem humorum. Egesta o-
stendant ventris concoctiones & cruditates. O-
rationis. n. pronūtiatio testatur actionem virtutis
rationalis. Qualitates insuper accubationis toti-
us corporis, ac faciei affectus alia quædam tibi de-
monstrant, veluti ex aliis libris cognoscere est.
PHIL. Hic etiam occasione, Brute, diuinus quo-
que noster Hippocrates non semper ex vrinis

Quæq; pars sunt habet proprios meatus per quos excrementa sua eructat, ex quib diuersa morborū iudicia.

Q. d pulsus, vrina, egesta & pronunciatio [illegible] indicant.

suum facit iudicium. Sed præ omnibus, vt in præ-
dictionibus eius cernere licet, iudicium sumit, ab
ipsa facie, nunquid nares acutæ, oculi concaui,
collapsa tempora, frigidæ contractæque aures, cu-
tis circa frontem dura, intenta, aut arida, totius
faciei color aut niger, aut pallidus, liuens aut
plumbeus, vel sui ipsius similis. Mox capit indicia
ab oculis ipsis, à palpebris, naso, labris: deinde ex
decubitu, ex dentibus, ore atque somno, etiam
ab exspiratione, ab vlceribus, manuum latione:
vt festucas carpere, à veste floccos, à pariete pale-
as: qualia in acutis morbis plerumque sunt mor-
talia. Ab ipso sudore, præcordiis, à tumoribus &
suppuratione. EVL. Hic idem *in 2. Præsagio-
rum*, ventrem, lumbos & ilia animaduertit, tumo 59
res pedum, frigiditatem caliditatemque mem-
brorum exteriorum, grauitatem manuum, pe-
dum ac totius corporis, vngues quoque atque te-
sticulos, somni tationem, excrementa alui, tan-
dem vrinas, vomitum simul & sputum ipsum,
suppurationes atque abscessus. PHIL. Sic &
in tertio Prædictionum plurima in febribus ob-
seruat, quæ visu atque ægroti præsentia, non au-
tem ex vrina quæ ad medicorum ædes fertur, co-
gnoscuntur. Quid aliud quoque agit longiore
sermone *in libris Prorrheticorum?* Similiter iubet in
libello *De probitate*, vt medicus non solum hæc
iam dicta, verumetiam alia quamplurima consi-
deret apud ægrotum ita dicente: Pulchrum au-
tem est & cognitu facile, cum ad ægrotū intraris,
considerare eius sedem, habitum, compositio-
nem, stragulum, recreationem, breuiloquen-
tiam, imperturbationem, statum, adsessionem, di-
ligentiam, curam. & quæ respondeat ad ea quæ il-
li dicuntur, aut obiecta, quonā pacto sibi constet,
quum afficiatur molestia, & quonam pacto tu-
multus patiatur, quandoque sit promptus ad ea
quæ subministrantur. Ex his itaque omnibus, tum
aliis innumeris fit iudicium, neque ab axcre-
mentorum specie tantum cognoscitur aliquis af-
fectus in corpore, verum etiam à loco, natu-
ra, doloris proprietate, & à propriis accidentibus,
quemadmodum Galenus *libr. 1. De locis affectis*
ita admonet. Porro accidit sæpenumero, vt ex v-
no iudicio, simul & locus & dispositio deprehen-
datur. Aut locus vna cum causa, veluti loco-
rum notæ, & ab actione læsa, & excrementis, &
doloris proprietate, & propriis accidentibus su-
muntur. Affectum vero, & ab excrementorum,
& loci natura, & doloris proprietate & propri-
is accidentibus. Quomodo autem hæc inter se
distinguantur, & probe percipiantur, abunde
in omnibus, sex libris *De locis affectis* idem do-
cuit, quos ipse perlegere poteris, & Argenterii
libros De signis quæ medicus obseruare debeat: 60
inuenies autem in prædictis libris campum la-
tissimum ad morbos recte distinguendos & co-
gnoscendos, ex quibus quoque intelliges vri-
nam solam non sufficere huic negotio, alioqui in-
utile fuisset tot tractatus de aliis signis conscripsi-
isse. BRVT. Video medicinam late patere. EVL.

Itera

Hippocrat. iudicium ac signa morborum ex variis colligit, non ex sola lotii inspectione.

Quibus loci affecti cognoscuntur.

Quibus affectus dignoscantur.

Idem adhuc in processu magis videbis. ita vt etiam nunc ex iis, quæ diximus facilè causam intelligas, ob quam natura sagax in membris iam dictis procreandis, non vnum meatum, sed plures condiderit, quibus tecrementa sua repurgarent: alij enim morbi per *sputum*: alij per *vomitum*: alij per *screatum*: alij per *egestiones*: alij per *vrinam*: alij per *sanguinis narium profluuium*: alij per *hæmorrhoides*, vt in viris: alij per *menstrua*, vt in mulieribus: alij per *sudorem*: alij per *cutis efflorentiam*, *papulas* vel *pustulas*: nõnulli per alium modum cognoscuntur & terminantur morbi. Hinc Hippocrates ille diuinus medicus & venerandus senex, breuiter Aphor. 12. *lib.* 1. hæc animaduertens, ait: *Accessiones vero & constitutiones morbi indicabunt, & anni tempora, & circuituum successiua incrementa, siue quotidie, siue alternis diebus, siue per maiora interualla fiant. Sed ex iis, quæ mox apparent, indicia sumuntur: quemadmodũ in morbo laterali si circa initia statim sputum appareat, morbum breuiat; si vero postea appareat, producit. Et vrinæ, & alui excrementa, & sudores, quæcumq; apparuerint, vel bonã morborum indicationem, vel malam, vel breues, aut longos fere morbos ostendunt.* Non autem de vrina solummodo dicit, sed de aliis quoq; omnibus, quæ morbum indicare pos-

Cur naturanõ vnũ, sed plures vias cõdiderit, per quas repurgetur.

61 sunt. Ita & Galenus 1. de Cris. cap. 7. hunc locum Hippocr. interpretatur. *Quodcumque igitur coctionis signum post tertium diem in pleuritide apparuerit, breuem & salutarem morbũ futurum ostendit. Tale quidem est sputum, quod in morbo laterali apparet. Nam cuiusq; partis in corpore superfluitas, eam quæ illi inest dispositionem, ostendit: si cocta quidem fuerit, salubrem: cruda autem ægram.* Ita & illa scripta sunt. *Alui autẽ excrementa optima sunt, quæ mollia sunt, & cohærentia, & quæ eandem exitus horam seruant, quam in sanitate habuerunt. Quantitas vero esse debet pro ratione cibi, qui assumitur. Nam si exeuntia talia fuerint, ventrem inferiorem sanescere indicant. Et sputum quoque cum fuerit exquisite simile illi quod aduenit sanis, integram sanitatem instrumentorum quibus vis spirandi est demandata, significat. Si quo modo autem impediatur, atque naturalis recesserit habitu, tantum ea læsa esse demonstrat, quantum ipsam formam naturalem amiserit. Quod vero illi quod secundum naturam, & maxime contrarium, existit crudum: magnamque ostendit membrorum patientium imbecillitatem. Quod vitiosa causa aliquod signum habuerit, quemadmodum nigrum, perniciosum hoc est. Ita etiam in vrinis sese res habet. Nam & hæ, quæ sanis similes sunt, venosum instrumentorum genus satis robustum esse demonstrant: quæ vero crudiores sunt, eiusdem imbecillitatem significant. Quæ vero maxime sunt sanis contraria, hæ quidem omnino sunt cruda & maximam indicant imbecillitatem venosi generis vniuersi. Quæcunq; vero & superantis causa prauitatem ostendunt, veluti nigra hæ sunt penitus exitiales. Hæc igitur tria signorum genera*

Sputum in morbo laterali potissimum attenditur.

Alui excrementa.

Sputum.

Vrina.

62 *propriam cuiusque membri coctionem significant: sicuti inferioris ventris excrementa, quæ secundum naturam se habuerint: Venosi generis vrina: Instrumentorum autem quibus spiramus, sputa. Sicuti vero hæc locorum ipsorum ex quibus excernuntur indicia præbent: eodem, vt arbitror, modo & vrina renum & meatuum, per quos vrina defluit, & vesicæ & penis.* Et paulo post idem inquiens: *Neque vnquam vsu contingit, quin tria hæc signa prædicta aliquod magnum ostendant coctionis indicium. Sanguinis autem profluuium & sudores & tumores, qui iuxta aures fiunt, & reliqui defluxus, si in tempore quidem fiant oportuno, prodesse possunt: intempestiua autem nihil iuuant. Etenim non hæc tantum, sed difficultas anhelitus, & dementia, & lachryma, & vigilia, & graues somni, & tenebræ obortæ oculis, & hallucinationes, & ventriculi fastidia, & cordis capitisque dolores, reliquive casus atq; dolores, qui singulis partibus corporis eueniunt, exigunt distinctionem, & quando iuuent, & quando noceant, & quando non modo nihil prosint, sed etiam signa sint deteriora.* PHIL. Recte quidem Euloge, ex quibus verbis Galeni satis declaratur vrinam ipsam solam nequaquam omnes passiones ac morbos posse indicare, tum etiam morborum tempora, nisi & alia considerentur signa, quæ ægroto adsunt vel adimunt: Oportet aliquando & omnia simul perscrutari. Quum enim febris pertineat ad genus venosum, ex vrina iudicatur. Potest & hæc aliis morbis complicari. Sic enim in iis, qui laterali morbo afficiuntur, primum quidem sputum, secundo loco vrinas: quoniam is morbus omnino cum febribus iungitur, quamuis sæpius vrina in morbis pectoralibus, quemadmodum in alio capite diximus, fallax est, atque ex sputo certius iudicium habeant. In passionibus ven- 63
tris si sine febre fuerint, sola excrementa inspicere oportet: si autem cum febre, etiam vrinas. BRV. Vestra argumenta vndiq; me opprimunt, nondũ tamen victoriam consequuti estis. Quid opus est tãta enumeratione signorum, cum Empirici vromãtes, iis signis postpositis, ex sola vrina sæpius recte diuinant? PHIL. Si ita vis, rectius vero diuinant, quam sciunt. Velles, scio: quod tibi gloriosius esset vincere, sed hanc gloriolam contemnunt viri sapientes. Dum enim ardua de re colloquia inter se conferunt, rem omnem vltro, citroque agitatis rationibus enucleant, simulque ingenij sui, in quærenda veritate, periculum faciunt, nullam è victoria laudem aucupantes, sed tantum lætantes quod verum inuenerint. Sed age quæso Brute, si aliquid salis in re est. quid enim hæc omnia, quæ hactenus in medium adduximus, aliud quæso sonant, quam quod particula quęque suos habeat meatus, non ob hoc tantum, vt ex iis recrementis, quæ regurgitant, iudicium morborum fiat, verum etiam, vt eo quoque materia (*vbi opus est*) per easdem vias commodius diuertatur vel etiam expellatur, si natura hanc ipsam exonerare cupit: oportet autem vel naturam ipsam hîc accusare, vel te victum esse confiteri: nam amica veritas, modo ea intellexeris, quæ diximus, ad illud te coget & impellet. BRV. Non huc veneram, vt tam inquiete exagitaret, neque id est allicere studio-

Alia signa quomodo considerentur.

Sputũ certius quid de morbis pectoralib. quã vrina indicat.

Hodie circũforanei spretis aliis omnib signis ex lotij tantum inspectione quæduis indicant.

q q sos,

sos, sed è scholis potius exsibilare. PHIL. Vis ne omnia tibi donari? Philosophica ista disceptatio, seu potius medica, nobis vltro & gratis est ad eruditionem concessa, atque illi tempus id impartitum, quod viri candidi ac modesti, ad animi recreationem sibi delegerant vacuum & liberum.
64 Dum autem alternis interrogationibus responsionibusque modeste verum inquiritur, quid tibi iniuriæ illatum putabis, si forte imbecillior es deprehensus? EVL. Si vrile ducis optime Brute, disputationem ad exitum perducere, efficeque veritatem nobiscumque communiter inuestigandam, oportet mutatis vicibus respondere: at si me viceris, non vt tu mihi, sic ego tibi infestus ero. quare si liceat, Philiatrus suam demonstrationem prosequatur. BRVT. Audiam denuo, nunquid particula quæuis ob aliam quoq; vtilitatem & commoditatem suos meatus habeat. PHIL. Habet autem eos, vt dicere cœperamus, non solum vt ab iis, quæ per istos meatus transeunt, signa tum iudicia morborum colligeremus, sed etiam vt materiam peccatem & morbos facientem per eos & fluxiles redderemus, & deduceremus, & euacuaremus, cum opus esset. Et propterea optime dicebat Galen. lib. xi. methodi. *Illud te profecto non fugit, nos singularum particularum meatus, qui iis ad superuacanorum emissionem sunt proprij, fluxiles reddere: Intestino, ventriculo, & mesenterio, & concauis iecinoris: Renibus, vesica, iecinoris gibbis, vena caua, & arteria magna, & omnibus, quæ in lumbis habentur, eum qui vrinis est delegatus. Pulmonibus, & pectori, ipsam asperam arteriam, & fauces. Cerebro & eius innocentis, eum qui per palatum & nares descendit.* Sic etiam in commento Aph. 12. lib. 1. dicit, *loca conferentia euacuationibus sunt, intestina, venter, vesica, vterus & cutis vniuersa: ad hæc palatum, nares, quando videlicet vel cerebrũ expurgamus, vel per profluuium sanguinis fit excretio: præcipue recto tramite, hoc est, per directum ad locum patientem.* Huic etiam adstipulatur Hippoc. lib. 4. de vict. rat. in morb. acu-
65 tis, dum morborum solutiones enumerat, quas medicus prudens, etiam cum opus est, imitabitur, scilicet ea, quæ infestant per loca cõferentia, quo maxime natura vergit, ducere. Hæc sunt illius verba: *Morbi soluuntur omnes vel per os, vel per aluum, vel per vesicam, vel per aliam, quæ talis sit, partem. Sudor autem morbus omnib. est communis.* Cæterum hic sermo (teste Galeno) neq; communiter inest omnibus, neque enim per hæc solum, morbi soluuntur, verum quoque & per vterum, & per sanguinis è naribus eruptionem. Sed de bis sermonem nostrum prolongare, non est nostrum institutum. Tractantur autem hæc in diuersis locis apud Hippocratem, *in libris Aphorismorum prædictionum, prorheticorum, & de coacis prænotionibus, ac in aliis passim ab Hippocrate scriptis:* non minus quoque à Galeno, *vt in libris de crisibus, diebus decretoriis, de locis affectis, de prænotione,* & in aliis multis, in quibus iudicia morborum ac signa declarantor. Quare vt rem ipsam paucis in compendium contractam concludamus: *Quæcunque igitur inferius egeruntur, intestinorum morbos, concoctiones, cruditatesq;, ventriculi, passiones concauitatis iecinoris atque eiusdem agritudines & venarum mesaraicarum (vt demonstratum est) indicant. Sic etiam vomitus imbecillitatem stomachi, atque eiusdem affectus, tum morbos subinde manifestat, & aliorum aliquando membrorum colligantiam cum ventriculo habentium, quum in eundem humor, qui euomitur, regurgitet. Renum autem, vesicæ, iecinoris, venarum, lumborum, quandoque vrina aperiunt. Pectoris vero pulmonis affectus, vitia tum morbos, sputum. Cerebri per excrementa eius, quæ per palatum, nares, aureisque descendunt, vt diximus. Cordis autem mala per pulsum.* EVLOG. Cæterum aliquando (*Actuario teste*) 66 neque pulsus ipsi, omnes passiones, neque gesta, neque vrinæ, neque alia, quæ reperta sunt, ad faciendum iudicium de passionibus nos occupantibus, detegunt. Sed horum alia, aliis promptiora ad cognoscendas ægritudines. Inter cætera tamen iudicia maxime laudat cognitionem pulsuum & vrinarum, cum ita dicat. Verùntamen illum, qui vtramque cognitionem de pulsu & vrina calluerit, vt nihil aut perparum fugerit, quod ad iudicium & prædentiam conducit. Sicuti illum qui altera disciplina sine altera vtitur, multi sequuntur errores. BRVT. Ex verbis istis Actuarij à te citatis videretur, atque ego inferre possum duo hæc, nempe pulsus ac vrinæ cognitionem satis esse ad quæuis iudicia proferenda: quanquam prius dictum sit à vobis vtrisque, quod etiam spectanda sint excrementa, & ea quæ vomitu aut tussi expelluntur; cum aliis multis signis ad morborum cognitionem requisitis. EVLOG. Quomodo hæc pro te facerent, non video ô Brute. Cum pro Empiricis & Circumforaneis vroscopis hoc certamen susceperis, quibus neque pulsus cognitio contingit, cum sola inspectione lotij non præsentes ægro, omnia se posse iudicare falso promittunt. Et si etiam sustinere velint, quod satis est in ædibus suis lotium inspicere, pulsus cognitio nec iis opus est, qui coram ægro explorant: At hoc argumenti genus explicandum in aliud tempus reseruabimus. Verum nec ipse Actuarius ea verba, (*vt tu sinistre interpretaris*) ita intelligit, quum is ipse (*vt paulo ante dictum est*) de positura faciei, de motione, respiratione, accubatione, egestis, atque aliis sermonem habuit. Vult igitur bis verbis (*quæ mox in medium attulimus*) innuere, hæc duo præ cæteris maxime esse præcipua ad passiones & ægritudines diiudicandas, sine quibus medicus esse quis non potest: interim idem Actuarius, nec alia refugit signa ab aliis rebus desumta, ad iudicium quoque necessaria, *vt ex cap. 7. lib. 1. de differentiis vrinarum eiusdem si libet, ad longum videre poteris.* Quamobrem velis nolis concedere cogetis, vrinæ iudicium non esse sufficiens ad vniuersam considerationem de morbis. BRV. Ne nunc quidem victoriam tibi facile concesso, quanquam vterque vestrum hæc ipsa ita se habere demonstrauentis: nam quæ ab Empiricis 67

Marginal notes: *Ob quam causam quæuis particula suos meatus habeat.* — *Loca conferentia euacuationi.* — *Quæ inferius egeruntur quid indicent.* — *Vomitus quid indicet.* — *Vrina. Sputum. Excrementa cerebri. Pulsus.* — *Signa præcipua, quæ spectanda alijs non prætermissis.*

ticis ex vrinæ iudicio audierim, non tam facile ex cerebro excurietis meo. Evl. Mirum est, cum hæc ipsa vel luce clariora existant, tam mordicus tuam opinionem adhuc teneas, quam cum defendere non possis, attamen ne latum digitum ab ea quidem deflectas, licet ita veritatem, tot autoritatibus medicorum excellentium confirmatam, ob oculos tuos posuerimus, vt eam vel
Simile. inuitus amplecti debeas. Cæterum qui semel labyrinthum ingressus est, quo longius à via aberraverit, eo difficilius sese extricare poterit. Quod tibi Brute nunc euenit. Quamuis nunc mente captus, & oculis apertis veritatem nondum contemplari possis, ex hoc tamē labyrintho in viam rectam & planam te deducemus, & adhuc clariore sermone incerta vrinarum esse iudicia, propter cōtinuam earundem mutationem, demunstrauimus. Phil. Idque oportunum quoq; duco, cum plurima ei sint obseruanda, qui recte de vrinis iudicabit: & diligenter sunt prius examinandæ vrinarum mutationes, quas ex variis causis suscipiunt. At illud in crastinū reseruabimus, vbi rursus inter nos conuenerimus, quum iam tempestiuum sit, vt singuli domum repetamus.

68 # LIBER II.

ARGVMENTVM.

HOc Secundo libro Philiatrus & Eulogus Bruto explicant causas vrinæ iudicium impedientes ac mutantes, simul & doctissimos ac in arte medica exercitatissimos viros subinde fallentes. quos etiam admonent ne & ijs decipiantur, quæ cum vrina similitudinem habeant, quibus concludunt vrinæ iudicium magis incertum esse. Deinde imposturas, fraudes, astutias atque cautelas, & splendida mendacia Empiricorum vroscoporum, ac circumforaneorum, quibus plebecula in spectandis lotiis imponunt, aperiunt & palam faciunt. Atq; his postremo adiiciunt fiduciam, & temerariam confidentiam atque simplicitatem idiotarum, quam in vrinæ stultiloquo & insulsa diuinatione eisdem seu vromantia posuerunt, cui & Brutus plusquam temerario ausu fidebat, vnde & facile isti omnes ab eiusmodi præstigiatoribus decipiuntur.

Capvt I.

De variis causis, quæ vrinæ iudicium impediunt.

Evlogvs, Brvtvs, Philiatrvs.



EVlogvs. Postquam huc rursus venimus, serenissima aura hac atq; iucundissima nos ad deambulationem inuitante, Peripateticorū more denuo disceptationem nostram resumamus, & ea, quę heri diximus, tuti nemur, nempe vrinarum iudicia incerta esse, neque satisfacere ad vniuersam cōsiderationem de morbis, vt iam Bruto multis & variis præstantissimorum medicorum autoritatibus, tum ratione atque experientia compertis, demonstrauimus; tunc etiam causas in medium proferamus (*vt heri polliciti fuimus*) earundem mutationum, quibus & incertiora vrinarum iudicia esse, adhuc euadent. Brvtvs. Inciperem quidem & nunc vacillare, atque de quæstione, quam adeo mordicus defendere cupiebam, dubitare: nisi Theophilus ille medicus eximius, qui græce libellum *De vrinis* conscripsit, quem Theophilus. tandem latinitate donatum perlegi: niteretur confirmare, iudicium vrinæ certum esse; inquiens: *Nam vrinarum aperta inspectio, manifesta facta, non apparentes & patentes locos cognoscit: & quomodo dispositi sint, & secundum vnamquamque temperaturam vnumquodque eorum se habeat, aut secundum naturam dispositi sint: aut præter naturam constituti sint: aut dispositi extra naturam. Eius enim quæ sanguinem operatur virtutis quomodolibet secundum opus proprium impedita, nuncius non fallax, vrinarum diligens inspectio nata est, esse.* 70 Evlog. Verum Brute audiamus Gordonium, medicum illum in suis prognosticis excellentissimum, contra Theophilum sic disputantem. Gordonius. cuius verba si diligenter & valde interne inspexeris, facilius nostræ sententiæ accedes. Brvt. Paucis igitur dicas, quæ Gordonius contra Theophilum adferat. Evl. Dicam; *quæritur*, (inquit) *vtrū vrina sit nuntius fallax. videtur quod sic, quia aliquando in morituris apparet vrina sicut sanorum, & ita vna & eadē vrina* (quo argumento & nos antea vsi sumus) *significat salutē & mortem.* Oppositum dicit Theophilus, scilicet quod *vrina non sit nuntius fallax.* Dico quod vrina ad hoc quod sit veridica, requirit multas conditiones, quas oportet cum diligentia pertransire. Oportet enim discuttere per res naturales, non naturales, & contra naturam, & omnibus perfecte examinatis nullus cadet error. Ad hoc peruenire, hoc opus, hic labor est. Nam ex prædictis facile peruertitur vrinę iudicium; hinc fit nisi conditiones illas, quas medici obseruandas tradūt, recte quis cōsiderauerit ac diligenter animaduerterit, facile ex vrinæ iudicio falletur, fietque eo iudicium vrinæ magis incertum; cum multæ causæ sint, quæ medicum etiam doctissimum sæpe à scopo aberrare faciunt, & multo magis vestros empiricos, qui vrinam in ædibus suis & 71 non apud ægrotos inspiciunt: neque enim omnibus eadem temperatura est, neque ætas, neque cibus, neque regio, neque anni tempus. Hinc est quod omnes medici, qui de vrinis scripsere, vnumquemque de certis quibusdam regulis in iudicio vrinæ obseruandis admonent, easque iubent diligenti examine ad communem vtilitatem excutere, quibus animaduersis, de vrinis iudicant. Philiatr. Hac etiam de causa maxime necessarium existimo Euloge, de his primum mentionem facere, atque omnes causas enucleare, quæ lotij prædictionem immutare possent, vt Brutus cognoscat non leue quid esse, aut parui momenti, recte ex lotio iudicare: nam causis eius mutationis non obseruatis, doctissimi quique medici, vt recte

dixisti, perpetam de vrinis iudicant, & in scopu-
lum male vrinas inspicientium incurrunt. BRV.
Hoc tamen raro meis circumforaneis euenit,
qui neglectis causis istis, non adeo scrupulosi, vt
vestri medici, rectius sæpe de lotiis prænuntiant.
Verum cum has causas cognitu necessarias, &
adeo vtiles extollatis, licet fortasse nimis por-
tentosas, à vobis audire libet. PHILIATR.
Minime portentosæ aut monstrosæ sunt, sed
cum rerum natura adeo conuenientes: quas si
medicus neglexerit, neque debite obseruaue-
rit, nunquam recte lotia iudicabit. Exordiemur
itaque de matula ipsa, in qua lotium spectamus,
quod pauci ex vestris vroscopis circulatoribus
obseruant. Inprimis matula ipsa, in qua vrina a-
licuius inspicietur, debet esse composita ex vitro
tenuissimo, albo, mundo ac pellucido, vt colo-
res vrinæ exacte in ea appareant. Quæ autem vi-
ridescunt, non satis pellucidæ manere queunt.

Matula pellucida esse debet in qua vrina inspicitur.

72 Candorem enim vitri (*teste Actuario lib. de iudi-
ciis vrinarum, capite primo, de differentiis matula-
rum*) sequitur pelluciditas. Viridescentes igi-
tur non solum coloribus aliquid auferunt, sed
etiam substantiam vrinarum imminuunt: cum
etiam in eis neque contenta exacte repræsenten-
tur. Hinc Auicenna laudabat vitrum clarum in
modum Crystalli. Videbis & quasdam matulas
stigmata quædam crassiora vel asperiora habere,
tales & fugere oportet, etiam si tenuissimæ ac al-
bissimæ essent & perspicuæ. Non minus quo-
que vitri color croceus, quam viridis aut crassio-
ris substantiæ, vrinæ iudicium impediunt. EV-
LOG. Hæc minime tui Vromantes ô Brute anim-
aduertunt, quamuis vrinarum celebres specula-
tores, cum vel lotia in quibusvis vasculis, imo in
ligneis illis rusticorum calceis reseruata inspice-
re nurunt. Sæpe enim vidi illorum matulas ad-
eo sordidas puluere & fumo obductas, quasi per
annum integrum in infumibulo suspensæ fuis-
sent, & ex iis tamen lotia spectabant, aut ex aliis
poculis, si matulæ ad manum non essent. Hæc de
coloribus matularum atque earundem substan-
tia, nunc de figuris, si libet, Philiatre edissere.
PHILIATR. Figuræ vero matularum differen-
tes quoque habentur, quibus etiam quodam-
modo iudicium læditur ac peruertitur. Namque
in matulis valde patentibus, vrina præsertim si
fuerit quantitatis mediocris, diducta per ampli-
tudinem sola, perparum altitudinis occupabit:
nec erit cognoscere iuxta Actuarium, quem lo-
cum altitudinis cōtenta obtinuerint, breui non
alta manente vrina. Matulæ quoque nimis ar-
ctæ atq; prolixæ, in parte inferiori latæ, non pro-
bantur. Sic etiam apud nostrates matulæ vitreæ
collum habentes admodum prolixum & angu-
stum, inferiorem vero partem paulo ampliorem

Figuræ matularum differentes.

73 nimisque rotundam, & statim in arctum assur-
gentes, non laudantur. neque illæ, quibus in
Galliis quidam vtuntur, quæ in fundo planæ
sunt, nullam habentes rotunditatem, sed sta-
tim vndique assurgentes, non aliter quam cya-
thi apud nos, quibus in mensa vinum bibimus.
Hæ vero propter nimiam exiguitatem & plani-
tiem in fundo habentes, aspernantur & minus
commode sunt. Optime vero censentur (*A-
ctuario quoque approbante*) quæ fundum habent
non planum, sed versus deorsum paulatim ex-
tumescentem, ita vt fundus in conum videatur
colligi; hæ quidem vbi oportuerit ad mouendas
vrinas, easque multas capessendas oportunæ
censentur. Tales in Italia apud medicos adhuc
in vsu sunt, quarum figuram vnam posuimus in
frontispicio horum librorum. Idem volebat
Michael Sauonarola Auicennæ autoritate, quod
vitrum rotundum deberet esse in fundo: ne ex
eleuatione fundi ad superiora, (*vt in cyathis an-
gustis atque phialis*) impediatur debita vnio hy-
postaseos. Hæc de matularum figuris. BRVT.
Existimabam nostras matulas vitreas commu-
nes, spectandis lotiis satis aptas & commodas
esse. EVLOG. Empiricis vel istæ tuis conue-
niunt, cum non ad matulas, sed potius ad cru-
menas respiciunt, quantum nummorum hæ
contineant, vt ab ipsis caute euacuari & inani-
ri possent. Verum vt sese matulæ habeant, floc-
ci faciunt, ac parum pensi habent, cum æque be-
ne ex iis lotia inspiciunt, siue crassæ, siue tenues,
siue pellucidæ, siue obscuræ, siue virides aut fla-
uæ vel nigræ, aut absurda forma fuerint. Verum
nunc videamus, *quæ nam vrina inspici debeat,
num ea quæ noctu, aut quæ die reddita sit, vel quo
tempore vel hora.* Ex iis enim imperitia celebri-
um tuorum vrinarum speculatorum, & medi-
castrorum insania, palam fiet. BRVTVS. No- 74
dum in scirpo quæritis, quid adeo minutula o-
portet obseruare, cum ego quouis tempore v-
rinam spectandam medico posse exhiberi, pu-
tarem: quanquam mos inoleuit apud plerosq;-
que, quod mane lotia inspiciunt, quæ ad eorum
ædes feruntur. PHILIATR. Talem vrinæ in-
spectionem & vromantiam ne obolum facio,
atque eos dementes iudicamus, qui lotia tantum
ad medicorumq́ ædes iudicanda ferunt, & me-
dicum ad ægrum probe curandum non vocant,
vt suo tempore ostendemus. Verum nunc lo-
quimur de iis vrinis, quæ in ædibus ægrotan-
tium inspiciuntur. Atque hæc vrina iuxta com-
munem medicorum sententiam, spectanda est,
quæ noctu reddita fuit, maxime vero post pri-
mum somnum: tunc enim in plerisque peracta
est primum digestio, seu concoctio, quæ fit in
stomacho & hepate: solet autem ea in multis,
vt plurimum fere post sex, septemve à cœna ho-
ras completa esse: attamen in quibusdam citius,
in aliis vero tardius, ratione ætatis aut virtutis,
vt pueris quidem aut robustioribus citius: se-
nioribus vero & debilioribus tardius. Etenim
tunc vrina naturaliter expulsa suum vigorem in
omnibus obtinet: nam si longiorem moram
contraxerit, à calido exiccatur & calefit; hinc
etiam natiuus color immutatur. Adde præterea
quod noctu melior, quam de die perficiatur
concoctio, nec ita humo alteratur exercitio, a-
liisque curis, quemadmodum interdiu. Vnde
colli-

Matularū forma idonea, qualis in principio huius libri depicta.

Qualis vrina spectanda.

colligere est, facilius ex ea vrina, quæ mane red-
dita est, nos melius morbos aut sanitatem co-
gnoscemus, quam ex ea, quæ postea emicta est,
aut multo antea. Hinc dicebat Auicenna: *O-
portet enim vrina, quæ consideretur, sit prima v-*
75 *rina, quæ in mane colligitur: Et non permaneat
longo tempore, & non sit per noctem integram re-
seruata.* Licebit tamen singulatim omnes no-
ctu emictas recolligere in diuersis matulis vi-
treis, easque collectas omnes ordine inspicere,
ob varietatem inter se. Hoc Itali medici plerun-
que obseruant in communi praxi apud ægros,
neque solum has, verum etiam & alias quoque
omnes, quamuis non matutinas in ædibus æ-
grotorum solum, sed etiam interdiu quoque emi-
ctas inspiciunt: eo quod & morbi & febres mo-
do noctu, modo die magis infestent: quos & nos
recte imitamur, vt varietates omnesque muta-
tiones probe cognoscamus. Priores tamen in
sanitate, etiam in ægritudine semper elige, iu-
xta Auicennam mane reseruatas: nam alias in id
tantum seruabis inspiciendas, vt videas quid à
matutinis, vrinæ diurnæ differant. Actuarius
vero de tempore proprio spectandarum vrina-
rum, ita nos admonet: *Vrina in matulis facta, si
etiam subcalidæ tactu fuerint, vt solum exhibent
colores, exacte spectari, ita in eis minus exacte spe-
ctamur contenta, substantia atque etiam bulla. Nam-
que bullarum aut omnes, aut aliqua cum spirante
vrinæ calore abeunt, aut consistunt cum refrigera-
ta vrina. Contenta vero, statim facta vrina, non
facile apparent. Vbi vero illa refrigerata fuerit, ea
hora conspectantur, sed tempore quodammodo men-
surato. Namque principio subapparent nubeculæ,
quæ aut manent, aut pedetentim ad medium ma-
tulæ concedunt, veluti postremo ad fundum descen-
dunt. Substantiarum vero, quæ mediocritatem ser-
uant, cum coloribus conspectantur: quæ vero ad
crassitudinem vergant, hæ postquam statuta sunt
contenta, demonstrantur, idque etiam tardius. Et
harum quæ statuuntur, non priusquam refrigerata*
76 *sit vrina, inspici decet. Quin etiam non oportet has
vrinas commoueri vehementer priusquam omnia
videris, ne multa in eis transponantur: bullæ namque
& rumpuntur & transportantur. Contenta quoque
concussa vi, diffugiunt propria loca, quemadmodum
omnium crassorum commotione facta confunditur,
quæ facta erat veluti stabilitas.* EVLOG. Vides Bru-
te Vromantes tuos male matulam in gyrum hinc
inde circumrotare (*vt dictum est prius*) dum lo-
tia inspiciunt. BRVTVS. Meministi ne quod
& tuos medicos hoc idem facere dixerim? EVL.
Quicunque id facit, totum lotium conturbat,
vel imperitè hoc agit, vel astutia & quadam in-
uidia, si collegam in curatione habeat, & prius in-
gressus, sic vrinam mouendo, contenta hyposta-
sim, tum omnia perturbat, vt ex iis secundus
medicus postea veniens nihil recte iudicare pos-
sit: Cum vterque simul ad ægrum intrare debe-
ret, & vnus alium expectare, & ita de lotio, ex-
crementis, tum aliis iudicium fa ere: deinde
mutuo consilio ægrum vera methodo curare:

Lib. 1. de indiciis vrinarum, c. 3. de tempore proprio spectandarum vrinarum.

Cæterum vroscopi tui in hoc peccant, quod ma-
tulas statim commoueant, verum etiam vrinas
statim in matulas transfundentes ilico inspi-
ciunt, quamquam ex transfusione, contenta
perturbata minus spectari possunt. Ideo recte
Gordonius, *cap. 5. tractatu de vrinis*, iubebat vri- *Gordonius.*
nam statim in matulā vitream emictam in ædib.
ægrorum, statim vt cōspiceremus, mox vero per
exiguum temporis specularemur, numquid ipsa
residentiam fecisset: deinde iterum paulo post,
propter diuisionem regionum & contentorum.
Hæc inquam omnia infra horam naturalem fie-
ri vult: nam post horam integram etiam secun-
dum Auicennam vix certum aliquid ex vrina iu-
dicabis. PHILIATR. Recte quidem & ideo 77
vrinas, quæ ad medicorum ædes deferuntur, vel
ex vrbe aut pago aliquo, nequaquam inspicien-
das esse probatur (quamuis hic mos, qui tyran-
nus est inoleuerit) cum notæ earum sint incer-
tissimæ, tam ob transfusionem & corruptelam,
quam habent, quam ob hoc, quod hora, qua
redditæ sunt, sæpe iam dudum pertransierit.
Hæc vulgaris inspectio ne gry quidem facienda,
quam neque veteres illi medici, neque Hippo-
crates neque Galenus cognouerunt, nec tali v-
rinæ stultiloquio & vromantia tempus inutili-
ter consumpserunt. Quem morem consuetum,
vt tyrannum suo tempore depugnabimus. BRV.
Tu tamen eas quoque hactenus vidisti, quæ ad
ædes tuas feruntur. PHIL. Fateor quidem, sed
quam inuite hoc fecerim Deus nouit, sed non si-
ne præmonitione dixerim præstantius esse semel
ægrum vidisse, quam decies lotium ita temera-
rie inspexisse. Ite vt redeamus ad Anicennam, *Auicenna.*
vera illa sunt ab Eulogo citata. Sic enim ait Aui-
cenna, *lib. 1. fen. 2 cap. 1. de vrinis.* Similiter cum
ipsa multis permanserit horis, non est inspicien-
da: quoniam ipsius significatio debilitatur, &
color mutatur, & fit spissior: quamuis ego di-
cam nec post horam vnam: Alij vero, inter quos
fuit Isaacus, iubent etiam eam videri prima ho- *Isaacus.*
ra, deinde vero secunda ac tertia, vt eius mutatio
intelligatur. Verum hoc quidem (*teste Michaele* *Michael*
Sauonarola) potius dictum est licentia medico- *Sauonarola.*
rum, quam quod reuera ita se res habeat. Nam
ea, quæ post horam aut paulo alterius inspicitur,
longa experientia ac quadam coniectura verisi-
mili suspecta habetur, cum mox recipiat interius
atque exterius alterationem: Etenim calore mu-
tato hypostasis dissoluitur atque vrina fit cras-
sior. EVL. Ex istis facile constat Philiatre quod
vrinę medico ἔξωθεν. in tuas ædes allatę magis in- 78
certæ sint, *vt paulo ante dixisti*, quam quæ in ædi-
bus ægrotantium inspiciuntur, cum magna ex
parte in ollis, seu vasculis terreis vel stanneis re-
seruatæ, vt à rusticis fieri assolet, & à ciuibus plus
æquo tenacioribus, ad medicum deferantur, &
deinde in matulas vitreas transfundantur. Vix
enim apud nos, quum adeo rudes homines sint,
in matulis reseruatas inspiciendas medico tra-
dant. imò vix in ædibus ægrotantium matulæ
vitreæ (*vt docet*) reperiuntur: adeo sordidi &

attente auari sunt quidam & suæ sanitatis negligentes. Sed quod magis miraberis, sæpius eadem vascula in quibus vrinæ deferuntur, impurissima sunt: quæ modo acetum, modo oleum, modo aquam vitæ aut vinum Romanum, vel cereuisiam gedanam redolent: nam hæc plerumque, proh dolor, sine discrimine rustici ac plebeij ægrotis obtrudunt, à quibus nondum repurgata vascula cum sint, nun est mirum, lotium alium colorem contrahere, & has inquam sordidas vrinas medicorum naribus obtrudunt. PHILIATR. Qui in sordibus est, sordescat adhuc magis. Ego enim cum vrinas transfunderem in matulas vitreas, modo tinctas ab attamento, à luto, aliisque sordibus conspexi, vt demum coacti fuerint domum redire, & puriores iterum colligere, quanquam & harum omnium iudicia nullius sint momenti ob transfusionem, etiamsi nullis liquoribus alienis sint permixtæ.

Vrina ad medicorũ ædes allata ex transfusione incertioris iudicij fiunt.

Dum enim harum fit transfusio ex vasculis iam dictis in matulas vitreas, contenta, bullæ, hypostases transferuntur & perturbantur, neque spectari possunt. Iam quoque si crassæ fuerint vrinæ, & igne vel aqua calida, aut aliter dissolueris, non sunt iudicandæ, nisi denuo subsistant & subsidant, præter id quod igne immutatæ, earum iu-
79 dicium quoque suspectum reddatur. Neque hic error à multis hoc tẽpore animaduertitur: quanto enim magis vrinam transfundas, tanto plus eandem turbare oportet: transfusæ quoque vrinæ licet non crassæ, sed tenuiores, nisi ad quietem venerint, recte iudicari statim non possunt, antequam rursus hypostasis colligatur, licet vim quoque suam amittat ex transfusione. Non solum hæ vrinæ incertæ & suspectæ sunt, quæ ita aliunde ad medicorum ædes feruntur, imo in ædibus ægrotorum in matulas vitreas transfusæ si statim inspiciantur, hypostasis nondum collecta spectari potest: Nam quomodo vrinæ illæ spectari debeant & quo tempore, iam diximus. BRVTVS. Attamen vestri medici insigniores quoque, quæ è longinquo deferuntur lotia inspiciunt, quantumuis multis diebus ea reddita fuerint. Ego enim audiui *(cum iuuenis essem)* medicum magni nominis, vrinam ex Dacia allatam inspexisse, atque ex eius inspectione daleruum accepisse, quæ non sex aut quinque horis, sed diebus pluribus emicta non fuerat, tamen ex hac putulentissima vrina, optimum iudicium protulit. PHILIATR. Daletus id effecit, qui ne ex manibus medici extorqueretur, vrinam inspexit, quamuis non dubitem eum ignorasse ex tali lotio firmum iudicium ferri potuisse. Neque tuos Vromantes Brute excusat, imo potius incusat, qui non similia tantum, imo multo magis absurda perpetrant. EVLON. Verum istis impostoribus omissis, cum de tempore quo lotium spectari debeat, satis dictum sit, nunc paucula iuxta optimos medicos, Philiatre, de loco eius congruo, in quo spectare debeat, adiicias. BRV. Nugas refers: mihi perinde est, in quo loco spectentur, modo recte quis de iis iudicet. PHIL.
Imo locus ipse iudicium vrinæ interturbare po- 80
test, cum loci vmbratiles *(teste Actuario)* non parum de coloribus vrinarum tollant, eas ipsas transferemus ad lucidas. Quod si valde lucidi, & solares, lucescentia multa, reddunt colores remissiores ad videndum: oportet id quoque cauere. Atque ob hoc vtrorumque locorum excellentias auferentes colorum varietatem, ita vt non exacte de vrinis considerari possit, fugere studendum est. Quatenusque locus medius est inter hosce, qui colores nullo pacto lædere possit, quemque oportet eousque sufficere, quo contenta manifeste videantur.

De loco congruo ad spectandas vrinas, lib. 1 de iudiciis vrinarum, c. 2.

Quod sicubi loca apud ægrotos sint valde obscura non euidentia, tunc transferre vrinas oportet prope ipsum solem, vt in loco sublucido latentia pateant. Cauendum tamen est, ne sub radiis eius teneatur matula; nam ex his facile perturbatur: calidi enim est segregare heterogeneum, *vt patet primo, de generatione.* Hinc dicebat Gordonius, *Cauendum est ne radius candelæ directe in vrinale incidat.* Idem quoque de radiis solaribus intelligendum. At nunc quoque dicendum, à quibus vrina custodiri debeat; à multa motione, de qua iam satis dictum est, ita & à frigore custodienda: nam ob aëris frigiditatem frequenter contingit corruptio atque citius crassescit, sed præcipue à gelu, ne calor eiusdem naturalis destruatur, quanquam rustici nostri etiam in hyeme congelatas vrinas medico spectandas obtrudunt.

A quibus vrina sit custodienda.

BRVT. Medicus si velit igne eas dissoluere possit. PHILIATR. Neque hoc satis est, cum nunquam rursum ad veram consistentiam, quam prius habuere, perueniant. Adde etiam *(vt Auicenna, ac cæteri medici nos docuere)* quod non minus à calore vrinam præseruare oporteat, æque enim ab eo quam frigore afficitur, ideo minus i-
gni admouenda. Nam caliditas impedit hypo- 81
stasim: facit enim in ea perturbationem, ac quasi semiebullitionem. Hinc quidam subinde errant, vrinam crassam & corruptam ad ignem vel aquam calidam reducentes, eamque statim inspicientes, prius quam rursus incipiat resistere: Etenim videbis sæpius dum tales vrinas calefacias, potius ebullire quam dissolui. Si autem eas ipsas sine calefactione residere sinas in matula, crassitiem quandam in fundo, sæpe etiam cineream, nõ tamen hypostasim veram in ea cernes, in superiori autẽ parte in matula omnia esse subtilia videbuntur. Quamobrem melius est tales videre antequam congelescant aut crassescant, quamuis contingat crassas quandoq; reddi, mox residere: aut tenues, mox vero crassescere. Quæ vero crassæ minguntur atq; mox resident, melius est eas per se relinquere, vt subsideant: nam ad ignem tales raro dissoluuntur aut admodum difficulter, ita vt potius ebullire videantur, quã dissolui. Aliæ vero, quæ tenues sunt, cũ mingantur, mox vero propter frigiditatem aëris crassescunt, tales apud ignem dissoluere oportet. Harum tamen iudicia semper sunt suspecta, cum iam ab aere, frigore vel gelu corruptę fiat, licet ad ignem
redu-

teducantur, non tamen naturalem colorem, hypostasim & substantiam denuo recipiunt: ideo adhuc præstaret tales inspicere ante quam corrumpantur. Non solum à gelu eas seruare docet Auicenna, verum etiam à vento, ne perturbētur, & hypostaseos separatio compleatur: non autem descēdit ilico vrina, vt ex eiusdem verbis constat, sed paulo post, atque tunc prius completur eius significatio. BRVT. Quis hæc omnia tam scrupulose obseruabit, & propterea meos Empiricos feliciores existimo, qui statim queuis ex oblata vrina iudicant. EVLOG. Brutus eandem
82 semper occinit cantionem: quem tamen Philiatre si arctius presseris, metuo vt velut expressus atque elisus subterfugiat, vel tandem doctior euadens, vti spero nobis̄ū sentiet. PHILIAT. Nisi hoc fecerit sciens ac videns, sponte in tenebras se ipsum præcipitabit, vnde postea lucem aspiciet nunquam. Verum ne turpiter adhuc à suis circulatoribus imponatur, rem in cœptam persequamur. Non satis est hæc iam dicta aduertisse, sed vrina quoque, quæ inspici debeat, integra sit oportet. Aberrant igitur illi qui ibus vrina magna copia mingitur, nec tamen totam inspiciendam medico tradunt, sed partem tantum, quod sæpe vsu venit, qui diabete laborant. Nec illi quoque errore vacant, qui multas vrinas vno tempore emictas, pro vna, medico inspiciendas, exhibent, vt rustici nostri aliquando facere consueuerunt, in iis potissimum, qui sæpe parua quantitate lotium diuersis vicibus reddunt: putant enim eopia vrinas rectius iudicari. Id quoque vnice obseruandum, vt matula sit pura & a sordibus repurgata, in qua lotium reseruata vel transfusa, iudicabitur. Sunt & aliæ causæ tam externæ quam internæ, quæ lotium magis incertum reddunt, si quis eas leui pede prætereierit, quas etiam ô Brute scire oportet, vt omni fidelitate vrinæ inspiciantur, & non fraude, vt tui circumforanei faciunt. BRVT. Finis exitum rei declarābit, quid de hac re futurum sit: video enim vos denuo quid noui admoliri, quo me circumueniatis. EVLOG. Tua tamen stultitiæ, vel si maximis imperitiæ fundamenta, & incredulitatis atque peruicaciē mox ruent, veritatis ipsius admonitione. BRVT. Experiamur. adhuc integris sum viribus, neque lassus: quid tuus Philiatrus rursum proferet? PHIL. Rideas vt velis, cum
83 mox te prosternemus. Quod enim vrina toties atque leuissima de causa alteretur vel mutetur, vel hoc solum arguit eius iudicij inconstantiam, quæ singulis horis atque momentis mutari possit. Imo eius iudicium variatur vel maxime iuxta cibi qualitatem & quantitatem eiusdem. Si enim quis multum ingurgitat, vel cibo se ad summum impleat: illi calor opprimitur, generanturque humores frigidi, huic & albæ vrinæ, & discoloratæ sunt. Si pauca edulia sumantur, calor magis accenditur: vnde etiam exigua pars eius, quod nutrire deberet, in bilem mutatur, atque vrinam tingit. Ita ieiunantium vrinæ flammeæ, croceæ, tenuesque apparent, & minorem hypostasim continent. Qui autem fame præmuntur iuxta Actuarium, horum vrina est tenuis, alba, & hypostasi priuata, & cum quodam splendore occurrit. Non minus quoque qualitas cibi vrinam alterat: calida enim inflammat: frigida vero colorem remittit, quod maxime in his cernere licet, qui potu plurimo aquæ vtuntur: cuius iudicium etiam mutatur ex assumptione rei tingentis: sic *Rhabarb.* & *crocus* vrinam flauedine tingit: *cassia* autem nigredine: *oleta* vero viriditate: *salsamentum* vero atro colore. ideo admonebat Auicenna, *ne quis eius lotium inspiceret, qui aquam biberet, & cibum non comederet, aut in cibo aut potu rem tingentem accepisset. nec eius inspicienda est, qui pharmacum assumpsit, quod bilem, melancholiam, aut pituitam trahat.* hæc similiter vrinam tingunt, maxime ea medicamenta, quæ per vias vrinales euacuant, color enim eorum facile vrinis immiscetur. Calida igitur omnia, *allium, cepe, piper, gingiber, aqua vitæ* vrinas tingunt, vti & *vinum* vrinam mutat secundum suum colorem: frigida vero, *vt lactuca, portulaca, pisces*, colores vrinarum remittunt. *Cereuisia Gedana* colorem *passeum* in 84
vrinis procreat: diceres tales, qui hanc bibunt, quamuis sanos, ictero affectos. Causa igitur diligenter inquirenda, quæ lotium mutet, alioqui facile quis ex vrinæ iudicio falletur. Noui quosdam, qui vrinam ex propria natura etiam sani adeo tinctam & rubram semper habebant, vt eos febricitare dixisses. Quare naturalem vniuscuiusque prius cognoscere oportet, vt eo certius, cum ægrotare cœperit æger, fiat iudicium, & quantum à naturali distet, tunc minus erit difficile, ex hoc lapsus diiudicare. BRVTVS. Quis quæso hæc minutula obseruabit? PHIL. Vt tamen obseruentur, necesse est omnino. Hanc etiam ob causam minime inutile censeo, si quis sese circa temperaturas exerceat: nam secundum has, vrina similiter sæpius immutatur. Ad hæc, *inquit Actuarius*, operæpretium est docere, quæ accidant ob naturales intemperaturas atque ob passiones. Namque cum sint duæ passiuæ qualitates, item aliæ duæ actiuæ: humiditas & siccitas cum sint passiuæ, si excesserint solæ, minimo quodam, caliditas & frigiditas magnopere alterare possunt. At vero vt humiditas excedens obtundit vrinæ naturalem calorem, ita quantitatem auget. Etsi huius superficies exasperetur, hypostasis vero augescit, atque cruda manet. Siccitas vero minuit vrinæ humorem, atque contenta. Etsi pelluciditatem, ac fulgorem ei infundat, atque colores mediocres gignit. Hypostasis quoque & si sit in vrina secundum alia mediocri, tamen apparet substantia crassior. Caliditas vero paulo excedens modum, vrinam subaueam, atque subcroceam reddit: & vrinæ substantia constat, vt mediocris, quanquam fulgor modicus in ea splēdescat. *Hypostasis* etiam mediocris est, habita comparatione ad quātitatem vrinæ, verumtamen recedit ab 85
albedine cōsueta. Frigiditas quinetiam facit vrinas

Vrina integra inspicienda.

Matula debet esse pura in qua lotiū spectatur.

Ex cibi qualitate & quantitate, vrinæ iudicium variatur.

Ieiunantium vrina.

Famelicorū vrina.

Cautio.

Quomodo teperaturæ immutent lotium, lib. 1. cap. 6.

De iuditiis vrinarum quæ fiunt in simplicib intemperaturis.

Qualitates quatuor passiuarum qualitatum effectus.

Actiuarū qualitatū effectus.

nas vergete ad album colorem, atque fecedere
à mediocri fubftantia, fed aucta frigiditate, aut
vrina fubtilis, aut craffa redditur. Si vel fubtilis
fuerit, vel non pura, hypoftafis erit aut obfcura
& pauca: aut multa, fed varia & incocta. Hæ
funt iuxta Actuarium ideæ fecundum fimplices
intemperaturas. Tu vero ratione ductus ab hi-
fce facile intellexeris & coniugationes intem-
peraturarum, & vrinas fic apparentes. Habent
Vrina biliofi, fanguinei, pituitofi, melancholici. itaque biliofi etiam fanguinei vrinas magis in-
tenfas: pituitofi vero ac melancholici magis re-
miffas: nifi enim prius temperaturam naturalem
noueris, difficile erit lapfus diiudicare. Si enim
in frigidioribus vrina tincta apparet, poterit ea
febrem fignificate, vtpote quia multum à natu-
turali diftet, cum tamen in calidioribus nullus
lapfus fignificetur, Eodem modo in calidis qui-
dem temperaturis fi quis febricitet, fitque eius
vrina remiffa, longus morbus fignificabitur, erit-
que fignum non adeo bonum, eo quod multum
à naturali difcefferit. Oportet igitur vnam-
quamque vrinam ad vniufcuiufque temperatu-
ram reducere, & mox declinationes atque cafus
omnes ab hac iudicare. BRVT. Percipio qui-
dem hæc ipfa difficillima effe, atque ea nifi ma-
gna induftria percipi poffe. PHILIAT. Nunc
quidem recte Brute fentis, & propterea vrina-
rum iudicium admodum difficile apud imperi-
tos magis incertum habetur, eo quod hæc, quæ
diximus, vt docti atque in artis operibus exerci-
Exercitiũ Vrinã immutat. tati, obferuare non fciant. Neque enim hæc fo-
la vrinæ iudicium impediunt, fed & exercitium
ipfum vrinam immutat: qui enim forti vtuntur
exercitio, his fpiritus inflammatur & humores:
86 vnde vrina illis quoque tingitur. Eodem mo-
Vigiliæ & animi affectus lotium immutant. do vigiliæ atque animi affectus vrinas omnes
immutant. Vnde dicebat Auicenna: *Neque fit
vrina illius, quæ infpicitur, qui fe exercuerit mo-
tibus corporis, aut operationibus, aut difpofitioni-
bus, quæ funt extra curfum naturæ, quæ vrinæ co-
lorem inuertunt: ficut ieiunium, vigiliæ, labor,
ira aut timor.* Omnia enim hæc vrinam tingunt
Vomitus, euacuatio, inanitio, repletio, vrinæ indicium fubuertũt, & omnes res non naturales. fecundum citrinitatem aut rubedinem. Sicet-
iam vomitus atque euacuatio (*eodem tefte*) co-
lorem & fubftantiam vrinæ fubuertunt, quem-
admodum inanitio & repletio, & quemadmo-
dum gaudium moderatum, vrinam mediocrem
procreat: ita triftitia, diftemperatam. Omnis
labor excedens & coitus vrinam tingunt: at-
tamen coitus (*eodem Auicenna autore*) vrinam
etiam impingant. Qui vero plufquam par eft,
fefe exerceant, iis vrina (*vt refert Actuarius*)
fubcro ea, atque etiam ad croceum colorem
Labore & exercitio fefe fatigantium vrina. accedens apparet. Hypoftafis quoque his par-
ua, atque tenuis fubfidet, cuius colorem con-
iungit alteram. Cum etiam in vrina eiufmodi
hominum innatare apparet liquamẽtum quod-
dam, præfertim cum homo vehementer fatiga-
uerit, & fi aliquando aliqua alia caufa confen-
tiat. Sed tamen vbi id vifum fuerit, fufpican-
dum eft, caufam aliquam ægritudinis adeffe.
Verum cum noftrum inftitutum non fit om-
nium vrinarum caufas & iudicia huc adferre,
non opus eft de hifce vrinis hîc docere. Eo-
rum vero, qui in ocio & quiete vitam faginant,
vrinæ ad albedinem vergere fpectantur, à qui-
bus hypoftafis & maior & craffior fubfidet. EV-
LOGVS. Hinc etiam Philiatre facile recollige- *In ocio degentium vrina.*
re eft iuxta officium & artem, quam quifque ex-
ercet, vrinam immutari. Nam *pifcatores, fcri-
ptores, futores*, & alij omnes, qui fedentariam vi-
tam ducunt, habent vrinam remiffam. Fabri 87
vero, vinearum & agrorum cultores, athletæ,
atque omnes gymnaftæ, intenfam. PHILIA-
TRVS. Eodem modo ex parte fexus non minus
variantur vrinæ: mafculorum enim funt inten-
fæ: mulierum vero remiffæ, & habent mulie-
res hypoftafim magis congregatam quam viri.
Docet autem Auicenna, capite decimo, *in fer- Sexus vero ex vrina non poteft indicari.*
mone de vrinis, quibus modis vrinæ mulierum à
viris diftinguuntur, licet ob vrinæ facilem mu-
tationem difficillimum fit eas fine errore diftin-
guere: quamuis veftri fycophantæ Empirici hoc
fe præftare poffe apud plebeculam iactent. BRV-
TVS. Imo experientia id vidi, cum de lotio v-
xoris meæ id recte pronunciarint. PHILIA-
TRVS. Qua aftutia id faciunt, poftea explica-
bimus: At nunc dicamus vrinas quoque iuxta æ-
tates variari. Ita iuuenis temperati eft fubaurea *AEtatum vrinæ indicium variant*
& fubcrocea: Senum fubtilis & alba, atque pau-
cam hypoftafim habens, quæ ad cruditatem in-
clinat. Puerorum vero vrinæ (*tefte Actuario*)
parum recedunt à fubaureis & croceis, hypo-
ftafim cumulatam congregatamque continent:
ita & fubftantia parum excellunt iuuenum vri-
nas. Et quo pueri fiunt natu maiores, eo colo-
res vrinarum eorum erunt intenfiores: Hypo-
ftafis vero quantitates videbuntur minores.
Cum vero pueri ad vigorem iuuentæ vadunt,
tum colores vrinarum ceffant procedere: pluf-
quam ad fubaureum. Hypoftafis vero in me-
diocri quantitate apparet. At vero quantum æ-
tas à florefcente declinat, tantum etiam vrinæ
ab eiufmodi colore recedunt, verfus album ten-
dentes, atque hypoftafis eo maior & obfcurior
apparet. Adolefcentibus enim atque iuueni-
bus, quibus caloris acumen eft, vrinæ colora-
tæ funt. Puerorum vero adhuc lactantium val- *Puerorum lactãtium inconftantes vrinæ.*
de inconftantes funt atque incertæ, calor enim
his fubmerfus multis humiditatibus eft. Ho-
rum autem omnium naturales perfpectas primo 88
habere oportet, vt fcias quantum vnaquæque à
naturali declinauerit. Nam in puero febricitan-
te fi appareat aquofa, malum eft, maxime fi di-
geftiua virtus fortis fit. In fene autem admo-
dum colorata, peffimum eft; fortis eft enim i-
gnis ille, qui aqua non extinguitur. EVL. Non
quidem ob has caufas tantum Brute vrinæ im-
mutatur, quas hactenus Philiatrus recenfuit, ve-
rum etiam tempora anni iudicium vrinæ fubuer-
tunt, cum & fecundum tempora diuerfæ appa-
reant. Æftas vero coloratas, hyems autem remif-
fas nobis producit: aliis temporibus habent fe
mediocriter. Vrina itaque fi parum in hyeme in-
tendatur,

Secundum tẽpora anni vrina diuerſa apparent.
Verna vrinæ qualis.

tendatur, febrem quidem, non tamen in æſta-
te ſignificat. Actuarius vero *libro primo, de iudiciis
vrinarum, capite octauo*, ita vrinas per anni horas
diſtinguit. Vere, quantum tempus proceſſerit
verſus calidum, tantum colores vrinarum à ſub-
ſpiceo, ac ſpiceo ſecedentes, procedunt verſus
colorem ſubaureum & croceum. Quinetiam
abeunte inæqualitate ſubſtantiarum, accedit ad
id, quod eſt ſecundum naturam, ipſa & æquali-
tas commenſuratio. Hypoſtaſis quoque tempo-
ris huius de craſſiore incipit mutari in tenuem,
atque procedit verſus tenuitatis mediocrita-
tem. Ad hæc quantitas humoris maior nunc ap-
paret ex proportione eius quod bibitur. Verun-

Æſtiua vrina.

tamen cum æſtas incipit, atque frigus exactum
eſt, tum vrinæ apparent ſubaureæ, atque ſub-
croceæ: ſubſtantia vero, mediocris. Temporis
vero huius hypoſtaſis tenuior mediocri appare-
re incipit, ſed alba & lenis & æquabilis. Proce-
dente æſtate, ac ad ſummum accedente, quan-
titas humoris minor ex proportione ſpectatur.
At hypoſtaſis à naturali albedine ſecedens, ver-
89 ſus ſubſpiceum colorem concedit, eſtque mul-
to minor ac tenuior. Sed tenuitas in vrina ſplen-
det cum fulgore quodam, & ipſa quoque incli-

Vrina autumnalis.

nat erga croceum atque aureum. At vero vbi
Autumnus acceſſit, tum colores reuertuntur ad
mediocritatem, ſed fulgeſcentia & tenuitas ad-
huc remanent. Hypoſtaſis obſcura eſt adhuc &
parua, ſed alba, lenis & æquabilis. Procedente
vero Autumno ad mediocritatem, ſecundum o-
mnia redit vrina. Cum vero ſol fuerit circa ſol-
ſtitium hyemale, tunc quantitas vrinæ ex pro-

Vrina hyemalis.

portione redditur. Cuius color vergit verſus al-
bum, & hypoſtaſis maior extat: Secundum a-
lia vero mediocris. Procedente vero hyeme,
ſubſtantia vrinæ varia ſpectatur, color etiam al-
bus: quantitas vero humoris maior ex propor-
tione rei ebibitæ. At vero contenta huius & ma-
iora ſunt & incocta. Vbi vero æquinoctium ver-
nale adeſt, tum hæc diſſeparantur, atque diri-
guntur, vt redeant ad mediocritatem. Hoc ità
pacto diſcere eſt, vt vrinæ appareant per anni
horas & tempora. Non minus vrina mutatur
ratione regionum: qui enim habitant in regio-
nibus calidis, vrinas tinctas habent: in frigidis
autem remiſſas. His quidem cognitis facile e-
rit iudicare lapſus à naturali. Vnde iubet idem
Actuarius *loco citato*, eas comparare ad anni ho-
ras, cum ſcilicet proportione illis reſpondeant.

Vrina regionũ, tẽporũ anni vrinis proportione reſpondẽt.
Vrina ciborum aſſumptorum.

Ita quoque facit de cibis ac dietis calidioribus
vel frigidioribus, vel ſiccioribus, humidioribuſ-
que, iuxta temporum qualitatem: quæ tales
producant vrinas, quales gignunt memoriæ in-
temperantiæ. Sic & concoctiles, bonæque ſub-
ſtantiæ, cibi tales vrinas pariunt, quales gene-
rantur in temperatura temperata: vt incoctilia
& malæ ſubſtantiæ alimenta gignunt vrinas co-
90 lore variatas, & tenues, & quarum contenta
ſunt prorſus extranea. Sed minora & diuerſæ
ſubſtantiæ contenta apparent in vrinis incocti-
lium ciborum, maiora vero ac in totum ſibi diſ-
ſimilia in vrinis alimentorum malorum. Et hoc
pacto poteris ex hiſce iudicare de vrinis: quæ ap-
parent per ætates & ſexus, & intemperaturas, &
regiones, & horas anni atque dictas. PHILIA.
Recte quidem Euloge: qui enim hæc non ob-
ſeruant, facilius à ſcopo in diiudicandis vrinis
aberrant, cum non ſolum hæc, ſed & habitus

Habitus corporis.

corporis vrinas immutare ſoleant: qui enim
craſſi, obeſi ac pingues ſunt, habent vrinas ad-
modum remiſſas, & fere tales, quales illi, qui
in ocio viuunt. Macilenti vero atque extenua-
ti, intenſam. Hæc maxime ſequuntur tempera-
turam aut complexionem corporis & humo-
rum: modo alio non diuertantur, vt de bile di-
ctum eſt. EVLOG. His conditionibus iam di-
ctis obſeruandis, concluditur vrinæ iudicium in-
conſtans eſſe, & ſæpius incertum: atque hæ con-
ditiones, vt recte obſeruentur requirunt medi-
cum diuini ingenij ac optimi iudicij. BRVT.
Imo videtur mihi quaſi impoſſibile, vt vnus o-
mnia illa animaduertat. EVLOG. Si ita eſt, ſe-
quitur, apud tuos Empiricos vrinarum ſpecula-
tores hoc iudicium multo incertius eſſe, quam
apud optimos quoſque medicos, qui omni mo-
do ſtudent has mutationes prius diſcernere, an-
tequam de vrinis iudicent, quanquam adhuc
facile illaqueantur etiam ob alias cauſas, quas
etiam nunc dicturi ſumus: quarum obſeruatio-
nem cum veſtri vromantes negligant, impoſſi-
bile eſt, vt vrinas arte iudicent, ſed diuinatio-
ne tantum contenti, imo impoſturis & caute-
lis, quibus plebem (*poſthabitis regulis iam dictis
etiam à Rhaſi, Auicenna aliiſque præſtantiſſimis
medicis deſcriptis*) perſuadent omnia ſe poſſe ex 91
vrinis iudicare, quibus & idiotæ rudique ſimiles
fidem habent.

CAPVT II.

Quomodo medici etiam in artis operibus exercitati, in inſpiciendis lotiis decipi poſſint.

BRVT. Non iraſcor tibi ô Euloge, quod me
inter idiotas numeraueris, cum ſciam eo-
rum iudicium tamquam hominum ſimplici-
um, minus eſſe corruptum, quam eorum qui
docti videri volunt. EVLOG. Videris rurſum
reuiuiſcere, qui fere mortuus apparebas, tam-
quam reſumptis viribus, alia argumenta noua
inueneris, quibus denuo nos oppugnabis, quan-
quam videbaris paulo ante ad noſtram plane
ſententiam acceſſiſſe. BRVT. Acceſſeram qui-
dem, ſed nunc rem ipſam magis ruminans, &
verba præponderans, atque ea, quæ dixiſtis, in
memoriam magis reuocans, plurimum adhuc
hæſito num vrinæ iudicium adeo ſit incertum,
vt vos concluditis? Si enim ita eſſet, circumfo-
ranei illi, quos idiotas vocas, veritatem aliquan-
do ex ea non pronuntiarent? EVL. Si hæc veri-
tas eſt: oportet & ea vera eſſe, quibus & illi na-
turam extirpare conentur, & hanc ipſam ad ni-
hilum redigere. Numquid & is naturam vel eius
opera

opera extirpat, qui eandem ociosam esse prædi-
cat? tanquam hæc ipsa labore lassata & somno
obruta, sui ipsius obliuisceretur, & munere pro-
prio destituatur, & ad alia se contulisset minus v-
tilia: Sed tu Brute dic quæso, quis exactius opera
naturæ perscrutatur, quã medicus ille, qui omni-
um consensu in arte sua absolutissimus habetur,
quod & nos tibi euidentissimis rationib. demon-
strauimus, quomodo natura vrinam generet, &
92 quæ particulæ in eius generatione laborent, vn-
de eiusdem propria iudicia habentur, ex quibus
intelligere debebas vrinam solam non sufficien-
tem esse ad perfectam de omnibus morbis con-
siderationem: hæc validissimis argumentis o-
stendimus, cum vel vrinæ iudicium incertum es-
se, vel hoc solo argumento didicisses, cum tot
sint causæ, quæ eam immutare possunt, & in-
constantem faciunt, vt nunc vltimo à nobis pa-
lam audiuisti. BRVT. Nescio quid de natura
garrias, potius auribus meis fidem habeo, cum
audierim & Empiricos vera ex lotio coniectasse
non tantum, sed dixisse. EVLOG. Eos ne ho-
mines? BRVT. Ad quid rides? Sunt ne homi-
nes? EVL. Tales quidem, vt tu es. BRVT. Vi-
deor tamen potius homo esse quam puer, imo
magis homini similis quam asino. EVL. Quid
igitur, numquid & puer homo nõ est? cum ean-
dem animam sortitus sit, vt tu habes? BRVT.
Neque hic tamen potest hominis, aut si mauis
viri officium præstare. EVL. Neque asinus hoc
idem præstabit. BRVT. Ad quid rides, num &
ego talis sum? EVLOG. Non & nos ridere mus?
cum & pueruli idem quoque faciant, qui & no-
biscum homines sunt, & vna nobiscum rideant:
asini vero nequaquam? Et hic quoque modus
refellendi est per ironiam, dum quis ea dicat,
quæ absurda sunt, digna tamen quæ derideán-
tur, & ita quidam non inepte nullis aliis argu-
mentis, quam risu dignis, his sese opponunt.
BRVT. Sunt ne igitur circulatores asini, non
homines? EVLOG. Id ego non dico. Verum v-
trum incessum solitum cum asinis relinquere
norint, & ab arte medica desistere, quam à prima
ætate & ab vnguiculis non didicerunt, id tu sci-
re posses. Sed hoc scio, quod vrinæ iudicium sit
incertum, & quod medicos doctos non tantum,
93 sed multo magis tuos Empiricos fallat, qui nec
veritatem ex lotiis proferunt, sed sæpius menda-
cia, quæ & vobis carissime vendunt, de quibus
nunc dicere supersedeo, cum illud in aliud tem-
pus magis opportunum reseruabimus. Ideo o-
missis omnibus ambagibus, ad hoc tantum re-
spondeas velim, cum in peste vrina optima cer-
natur (*vt iam prius demonstratum est*) & tamen
ægrotus moritur, quod doctis quoque imponit.
Si talis vrina Empirico spectanda, oblata fuerit,
nonne & illum fallet? BRVTVS. Hoc ipsum
non expertus sum. EVLOG. Eiusmodi obscura
responsio, Brute, nihil aliud est, quam pro olla
ænea ligneum operimentum quærere, vt vulgo
dicitur, qua subterfugere existimas. Ponamus in
hoc casu & Empiricum aliquem aut circulato-

Vrina in peste vna fallit medicum & Empiricũ.

rem ægroto quoque adesse, quid mali ex lotio
tam optimo referet, cum pulsum tangere nec
explorare norit, qui pulsus mortis indicium præ-
bebit, quod ex vrina nequaquam Empiricus, vt
doctus medicus, ex pulsu potuit prædicere. Non
enim probe perspectas habet ægrotantium vi-
res Empiricus, quas doctus ex pulsu percipit.
Hinc apud medicos versus ille vulgaris admo-
dum percelebris est,

Vrinæ fraudes aperit discretio pulsus.

Vrina autem (*vt dictum est prius*) semper per-
fectius naturalem virtutem, quam pulsus decla-
rat: pulsus vero commodius virtutis vitalis con-
stantiam. Hinc recte Gordonius asserebat, *pul-
sum quadam ipsa vrina certius indicare: & rursus
nonnulla vrinam perfectius pulsu posse pronuntia-
re*: ita tamen, vt cognitio vnius absque scientia
alterius minime subsistere possit, & non solum
his, sed aliis signis omnibus (*vt ostensum est*) in-
digemus, ad perfectam omnium morborum co-
gnitionem. At circumforanei vestri, cum hæc 94
signa non obseruant, sed vnius vrinæ falso & in-
certo iudicio homines plusquam temerarij inni-
tentes, necesse est, vt in multis aberrent: ita
quoque & medicus, si alia signa neglexerit. PHI-
LIATR. Recte quidem. nam vrinæ iudicia in-
certa esse viua exempla palam docent. Ego enim
istis diebus ad ægrum in Hagham Comitis acci-
tus, cum matulam vitream, in qua vrina reposi-
ta erat, in aula viderem, antequam ægri cubicu-
lum intrarem, eam inspexi, quæ erat tenuis &
alba & clara instar aquæ, adeo vt ne de febre ar-
dente somniassem, qua decumbebat, vt mihi
tunc narrabatur. Verum cum cubiculum ægri
accessissem, atque manu arrepta pulsum ægro-
tantis attigissem, eiusque faciem conspexissem,
& quæ circa ægrum acta forent à medico præsen-
ti, ab astantibus intellexissem: pronunciaui non
solum ægrum habere febrem ardẽtem, sed quod
idem statim eodem die, qui septimus erat de-
cretorius, in delirium incideret, & eius viribus
perpensis, quod non solum deliraret prædixi, sed
quod in nono die cũ delirio moreretur, ob vri-
nam tenuem & crudam iuxta Hippocratis præ-
dictionem superius etiam citatam, in tam acuta
febre: quemadmodum quoque euenit, quod
ne somniassem quidem ex solo lotio, nisi homi-
nem conspexissem, & reliqua signa animaduer-
tissem: ex qua prædictione maximam laudem
assequutus sum, alioqui ex solo iudicio lotij de-
ceptus fuissem, vt reliqui circulatores tui, ac iu-
dicassem, non viso ægro, stomachum ex crudi-
tate affectum, ex vrina clara tenui inconcocta &
cruda. Circumspectus itaque medicus minus
decipitur, quam Empiricus, qui omnem signo- 95
rum congeriem negligit. BRVT. Scio tamen
vestros medicos non minus quam meos Empiri-
cos deceptos, cum lotium animalium vel alium
liquorem pro lotio humano inspexerint? PHI-
LIAT. Sit ita Brute, quod eiusmodi deceptores
inueniantur, qui omnibus modis operam dant,
vt peritum medicum fallant: neque ipsa fallacia
medi-

Exemplũ quo probatur iudicium vrinæ incertum ac inconstans esse.

Qui alios decipiunt non ex ea laudem, sed ignominiam referunt.

medicum imperitiorem reddet, verum suosmet autores incusat, contumeliosósq; facit, ac stultitia eosmet ipsos arguit. non enim laudem ex impostura, sed ignominiam referunt. Cum autem iunior medicus essem, ac in patriam rediissem, ita vt coactus fuerim satis inuitus morem patriæ obseruare in diiudicandis lotiis, quæ ad medicorum ædes ferebantur: quædam insulsa mulier, sed ad fallendum gnara, nescio à quibus subornata, ex quinque vel sex hominibus lotium in vna matula collegit, mihique spectandum præbuit, sed per amicum prius admonitus fraudem percepi, cumq; egregie mulierem obiurgassem, fraude detecta, magna cum confusione abiit, & me solum in cubiculo reliquit. Ita vt ne docti quidem eiusmodi imposturis se offendere debeant, quanquam hîc diligenti animaduersione veniant, dum vrinas ad se allatas contemplaturi sint num vrina sit alicuius animalis, maxime cum talis humanæ non admodum quandoque dissimilis est, ita vt etiam doctis atque peritis subinde imponat medicis, vt sæpius ab hominibus peruersis compertum est, qui ouium vel equorum, aut aliorum animalium vrinas, nulla necessitate coacti, sed tantum fallendi causa, susceperunt, & medicis aut doctoribus inspiciendas obtruserunt.

Contra eos qui animalium vrinas medicis pro humanis ostenderunt.

EVLOG. Faxit Deus ne eiusmodi impostoribus & sceleratis hominibus, morbos quibus talia animalia obnoxia sunt, immittat, ita vt etiam inuiti cogantur suasmet vrinas ad medicum deferre, vel eiusdem opera vti, 96 quem ita decipere ac fallere conati sunt. Esto, quod aliquis medicum ita deceperit, quid enim commodi eidem accessit, & quid damni quoque medico ex ea fraude, & mera perulantia fallendi contigit? idem semper maneat, oportet: æque doctus, æque peritus & expertus, imo nihil illi deest, quin & artem probe, vbi res exigat, exerceat. Quid igitur aliud ex hoc consequuti sunt? nisi quod vrinæ animalium, quandoque humanis similes sint. Cum nec huius diuinum Hippocratem pudeat, & hoc ipsum minime inficias eat, dum ita loquitur lib. 4. Aphorism. 70. *Quibus vrina perturbata, quales sunt iumentorum, his dolor capitis vel adest, vel aderit.* Quamobrem hæc impostura tuos vroscopos magis infamia afficeret, quia omnia se posse prædicere ex lorio, apud rudem plebem egregie mentiuntur, quod oprimi medici nequaquam fieri posse, admittunt. BRVT. Eiusmodi tamen imposturas neque ego laudare possum, quod vrinas iumentorum ad medicum, decipiendi causa, spectandas deferunt: quanquam ego audiui etiam Empiricos illas ab humanis recte distinxisse, cum magna confusione eorum, qui tentandi causa illos accessissent. EVLOG. Sed eo fortasse modo, quo nuper medicastra quædam, quam ego noui, cui ex pago Diui Eligij prope Alcmariam, aqua ex puteo Diui Willebrordi collecta, pro vrina spectanda exhibebatur; cum famula inscia in poculo sumendo errauerat: medicastra tamen mira ex ea diuinabat. Quanquam postea vxor

Medicastra aquã putealem pro lotio iudicauit.

mariti (*cuius putabatur esse vrina*) subsequens, lotium viri, qui ægrotabat, ad eam deferebat, sed tardius, prædictione ex aqua pura peracta: at vxor rem gestam aperiens, medicastram imperitiæ insimulauit, ita vt medicastra pudore affecta mulierem orauerit, ne illud iudicium perperam ab ea prolatum omnibus palam fieret, ne sic fidem 97 illam insignem, quam hactenus longo tempore apud plebem de lotiis recte iudicandis habuerat, tam subito amitteret. BRVT. Hæc tamen absque fraude fortuito euenerunt, cum famula ad decipiendum non venerat, sed in poculo capiendo aberrans, aquam pro lotio ostendit, quod & tuis medicis, si contigisset, eundem errorem incurrissent. EVLOG. Modo non olfecissent puram ac simplicem aquam fuisse, cum vrina fœtorem habeat, etiamsi cruda & alba intrat aquæ fuerit, quæ apparere quidem potest, vt illa, quæ malam coctionem ventriculi notat, fœtore tamen à pura aqua distinguitur. BRVT. Sed hac medicastra omissa, si vrina iumentorum humanis similis sit, (*vt paulo antea dictum est*) omnis vrinæ consideratio videtur mihi inutilis esse. PHILIA. Accidit tibi, quod vsu venire solet, quicumque falsæ opinionis defensionem susceipiunt; vt dum se ex vna difficultate explicare tentant, aliis se imprudentes implicant. Aduersus hos atque tuam opinionem Actuarius, *lib. 1. de diff. vrinar. capite sexto*, hunc in modum scribit: *Sunt qui considerationem de vrinis, vt rem inutilem aspernantur, contendentes nihil conferre vel ad iudicium, vel ad prouidentiam, vbi vel ouium, vel equorum, vel canum, vel aliorum animalium vrinis imperitos deceperunt. Nos aduersus eos hæc paucula, vbi dixerimus, reliqua deinceps explicanda aggrediemur. Igitur si vrinam sanguinis colaturam esse, dictum sit à viris circa res has sapientibus, alia plura vero, & quæ memorata sunt animalia sanguinea natura existunt, quid mirandi erit, si & vrina horum animalium ad vrinas hominum quandam rationem habuerint? Ea certe ratione vrinæ hominum, & animalium illorum inter se differre poterunt, quæ non eandem con-* 98 *coctionem in omnibus fieri contingat, præsertim si neque alimenta, neque exercitia, neque genuinæ vires, & temperatura omnibus eadem affuere. Neque mirari id oportet in iis animalibus, quæ specie differunt, cum vel maxime animalium eorundem specie, atque sanorum vrina multo differenter inspiciantur ob differentias temperaturæ & alimẽtorum, & ætatum, & consuetudinum, & locorum, & eorum quorum aliquod consueuit alterãdo inducere diuersitatem. Nam interdum vrinæ, quæ in quibusdam sanis cernuntur, in aliis ægrotantibus* (vt prius quoque dictũ est, & exemplo ostensum est) *spectatur. Senum quoq; vrina, si in pueris aspiciantur, demonstrant hosce minus recte habere: & quæ puerorum sunt, in senibus si apparuerint, ostendunt in eis sanitatem turbatam esse. Quin etiam in ægrotantibus multas differẽtias videris, secundum qualitates ipsorum accidentes.* Quamobrem patet, vt interdum cõtingat, animalium irrationalium vrinis similes esse

Aduersus eos qui opinãtur, inutilem esse considerationẽ, quæ fit ab vrinis.

Vrina quandoq; eadem, sed genere & specie differentibus egeruntur.

esse vrinas male sanorum hominum, quę similes sunt vrinis iumentorum. quemadmodũ, *aut Hippocrates de conturbatis vrinis hominum*, quæ similes sunt vrinis iumentorum. At vero ipse (*inquit idem Actuarius*) aliquãdo decreui de vrinis, quæ videntur in animalibus nobis consuescentibus tractare, ne ab iis qui perquam facile eiusmodi obiectiones machinantur, deciperemur; veruntamen videremur mutuo colludere. Collusio vero eiusmodi aduersus homines super natura stupentes vsquequaque inopportuna existimatur. Inanis equidem opera foret, si quisquam niteretur ab eiusmodi ineptiis artem commendare: præsertim si intellexerit, vt possint
99 ob aliquas affectiones spectatu consentire vrinæ brutorum cum humanis. Ergo eiusmodi inopportunam orationem superfluam esse putans, atque decentia pronuntians his, qui nituntur ludere super rebus grauibus non ludibriis, de his ce alia dicere prætermisi. Et ideo nos iuxta Actuarij verba, non desistemus, quin loria in ædibus ægrorum (vt decet) spectabimus, cum ibi vtilis & necessaria sit vrinæ consideratio.

Vtilis & necessaria vrinæ consideratio in ædibus ægrorum.

BRVT. Cæterum cum Actuarius non scribat, quibus distinguantur animalium irrationalium vrinæ ab humanis, numquid alij auctores de vrinis scribentes huius quoque meminere? nam harum differentias cognoscentes medici minus deciperentur. PHIL. Sunt alij qui, qui & harum differentiarum mentionem faciunt, inter quos est potissimum Gordonius, cuius tempore, proh dolor, etiam vrinæ ægrorum ad ædes medicorum, vt inspicerentur, deferebantur, quare hac ratione motus fuit, tractatum de cautelis vrinarum scribere, ne optimi medici fallerentur. Et ideo ibidem medicos admonet de vrinis, quod vrinæ animalium etiam valde perturbatæ sunt, quales & hominibus apparere possent dolore capitis affectis, capite secundo, de vrinis sic scribens: *De vrina quadrupedum non tractat medicus, sed deceptores aportant, vt illudant medicum.* Sed docet cautela ne decipiatur: *quia vrina hominis apparet magis spissa de prope quam de longe, & quanto magis elongatur, apparet magis clara. In animalibus non ita cenit, neque curculus, vt in humanis vrinis apparet.* Quanquam & hoc signum exercitatos quoque medicos fallere posset, cum & vrinæ hominum ita perturbentur, vt vix ab vrinis animalium discernas, vt etiam Auicenna palam professus est, ita inquiens: *Plerumque confert medico cum animalium vrinas cognoscit propter ea, quod cum eis ipse experitur certitudinem facere: & hoc quidem difficile est. Quidam autem dixerunt, quod vrina asini est sicut butyrum liquidum cum turbiditate & crassitie externa. Et subiugalium vrina ei similatur, sed sunt citrinæ, & videbitur quod superior medietas vrinalis sit clara, & inferior medietas sit turbida. Ouium vero vrinæ sunt albæ ad citrinitatem trahentes, propinquæ vrinis hominum, sed substantiam non habent: & earum sedimen est sicut oleum vel amurca. Et cuiuscumque nutrimentum*

Gordonius.

Quomodo vrina animaliũ irrationaliũ ab humanis distinguantur.

Lib. 1. fen. 2 cap. 11.
100

erit melius, erit clarior: Vrina vero capreoli vrinis hominum & ouium comparatur, sed nec substantiam habet, nec sedimen, & est clarior vrinis ouium. Hæc tamen adiecimus præter nostrum institutum propter deceptores. EVLOG. Propterea si forte quoque inueniantur homines impudentissimi & peruersi, qui aquæ purissimæ *Serapium* aut *mel* aliasque *confectiones*, vel succos aut *hydromel* immisceant, atque ea ipsa medicis pro vrinis spectandis obtrudant, non alia de causa quam vt iisdem imponant: Absit, ne quandoque permissu diuino, illis desint, necessitate vrgente annonæ caritate, setapia aliaque id genus pharmaca, tum *liquores*, tum *acetum*, *oxymel*, & similia, quæ non ad imponendum, sed ad vtilitatem & necessitatem mortalium altissimus, sicuti alia omnia, condidit Deus. Verum rectè dixit Chrysostomus, *nemo læditur nisi à seipso*: vnde dolum, fraudem, & imposturam ad sese pertinere putabunt, & non ad medicum. quibus autem modis distinguantur ab vrinis humanis, scribit idem Gordonius hunc in modum: *Scire debes quod vrina hominis de prope est magis spissa, & si extendatur manus cum vrinali, videbitur magis clara, nec habet hypostasim liquor, vt vrina humana.* Ideo idem de cautelis hæc adiungit. *Si sit vinum, eius odorem senties. Si autem sit aqua* 101
mellis, vel hydromel, considera spumam, est enim citrina propter mel quod citrinum est: si non habeat spumam, concutias matulam, & apparebit spuma in superficie. Si sit liquor ex ficubus vel vrticis, non facit rotunditatem nec pineam, vt est vera hypostasis: quanquam aqua rosacea & ficuum decoctio videantur hypostasim facere vel residentiam; si tamen mouens, instar aquæ mouentur, quod in vrina non fit: iam etiam succi aliarum rerum faciunt residentiam, atque hæc ipsa si moueantur instar liquoris, mouentur. Hinc & Auicenna cap. 12. *Syrupum acetosum, & omnes liquores qui fiunt ex aqua & melle, & aqua, & ficubus, & reliquos, qui fiunt ex croco, & eis similibus, quanto plus tibi appropinquaueris, erunt inclariatæ magis augmentati: & quanto plus elongaueris, ea cõsidera an augmentetur crassitudo. Vrina hoc modo ab his est diuersa, hydromelli præterea spuma est citrina, & aqua ficuum sedimen à latere descendit, & non in medio, neque ordinate, si moueatur. Si vero sit ceruisia, vel vinum ex odore percipietur.* Praui itaque homines male doctrinam medici hoc modo experiuntur, cũ huic decipulas ponunt, vt famam eius perstringant, quamuis vnice in hoc studeat medicus & laboret, vt proximum iuuet, hanc etiam ob causam omni industria perlustrabit causas, quæ vrinam incertam faciunt, ne decipiatur. PHIL. Propterea Bettrutius medicus Bononiensis, & suo tempore medicinæ professor, medicum admonendo ita scribit: *Cum quis venerit ad te in domo vel platea consilium petens, vel vrinam deferens, non sis promptus ad consilium adhibendum. Sed primo conditionem considera personæ, & consilium quod petitur. Deinde vrinam formidanter respice, præuidens ne sit acetum, vel liquor alius, vel vrina subiugalium,* 102
quibus

De aliis liquoribus, qui vrinæ assimilentur.

Cap. 5. de conditionibus obseruandis in iudicio vrinæ.

In Compēdio suo medicinæ, c. 2. de informatione de consilio medici porrigendis, fortuitu occurrentibus.

*quibus illuduntur frequenter medici, & si nihil bo-
rum adfuerit, consilium tribue. Si vero vnum
ex eis videris, eos proteruo vultu repellas. Consueue-*

Consilia non subito neq; temeraria danda.

*runt namque vetulæ de veneficio, vel impregnatio-
ne, vel abortu, vel menstruorum prouocatione ver-
sute consilium petere, ipsis tamen sunt omnia talia
protinus deneganda: Et cum vrinam inspexeris, o-
culos & linguam cohibe, & intentum atque solici-
tum te prætende: neque de vrinæ iudicio responde,
donec à nuntio sexum, ætatem, querimoniam pa-
tientis, & consimilia singulatim inuestiges, aliter in
vrinæ signo decipieris: quia sæpissime compertum est,
eandem vrinam secundum colorem & substantiam
diuersas passiones, imo quandoque contrarias indi-
care.* BRVT. Quid opus est sexum, ætatem &
quo loco æger laboret interrogare, cū hoc ex lo-
tio nostri Empirici diuinent? PHIL. Et quod di-
uineut, sæpius aberrant, quanquam medici saga-
ciores, omnia signa causasque mutationum vri-
næ prius inuestigantes antequam iudicēt, minus
decipiantur. interea quicumq; vrinas inspiciet,
boni quoque visus sit oportet, alioqui non recte
contemplabitur, colorem, substantiam, conten-
ta, alioqui in iudicio facile quoq; deciperetur, vt
etiam Gordonius admonuit, *cap 5. de vrinis.* At-

Medicus qui vrinā inspiciet, boni visus sit, oportet.

que hæc satis esse puto, quibus ostendimus, *quo-
modo medicus in inspiciendis lotus sese gerere debeat,
& quæ illi sint animaduertenda, vt rectius vrinas iu-
dicet & minus à scopo aberrando deflectat, neque à
vafris hominibus decipiatur.* Omnia vrinarum iu-
103 dicia hic percurrere, & quid vnaquæque iudicet
præter nostrum institutum est: Satis est osten-
disse indicia vrinarum minus certa esse, & quæ
incommoda ab impostoribus Empiricis sequan-
tur, quæ huius iudicio abutuntur, quod postea
adhuc luculentius explicabimus. Verum qui ex-
actam contemplationem de vrinis atque earum
omnia iudicia addiscere velit, omni semota frau-
de ac impostura; huic operæpretium puto, vt au-
ctores *(qui infiniti inueniuntur)* diligenter perle-
gat, quos de vrinis scripsisse nouit. Quorum ex
albo, quæ primæ classis censetur *(mea quidem
sententia)* apud Græcos Actuarius, in arte medi-

Actuarius egregie de vrinis scripsit.

ca facile princeps, tum vnice in iis, quæ ad vrinæ
dignationem faciunt, adeo præstitisse, vt in præ-
sentiarum, quotquot eius farinæ tractandæ sus-
cepere operam, longo interuallo post se reliquer-
rit. Septem autem libros integros, *de vrinis* græ-
ce edidit: in quibus omnia, quæ de vrinarum iu-
diciis dici possunt, doctissime tractata conti-
nentur. Quos quidem omnes Ambrosius Leo
Nolanus vir eruditione præclarus latinitate do-
nauit: Iacobus Gopylus recognouit. In illis au-
tem medicinæ candidatus tanquam in cam-
po latissimo sese exercere potest. Nos autem
sparsim ea tantum, quæ nostro instituto conue-
nire videbantur, ex probatis auctoribus adduxi-
mus, ex iisdem rursus concludentes, vrinam in-
certam ac fallacem esse, multoque magis, si re-
gulæ illæ *(de quibus diximus)* iam mutationum
vrinæ, quam falsitatis ac deceptionis, non ob-
seruentur. EVLOGVS. Atque hæc præcipua
causa est cur medici periti solo iudicio vrinæ mi-
nime inhæreant, cum ex iis omnes morbi non
cognoscantur: quare omnium primo student in-
uenire omnium ægritudinum causas, atque ex
iis auxiliorum virtutes, cum quibus & operan-
tur & ratiocinantur, vt vnicuique ægritudini 104
recte mederi possint. Cum enim morborum
numerus quotidie inualescat, & magis magis-
que augeatur, quidam etiam à nouo oriun-
tur, quorum remedia quoque debent inueni-
ri, non ex lotio hæc ipsa comprehenduntur,
sed certa methodo: qua quidem Empirici vestri
vromantes destituuntur, tum iis omnibus, quæ
inter inspiciendum lotium obseruare oporteat,
necesse est, vt neque lotia recte iudicent, neque
ægris probe auxiliari possint, cum neque situm
membrorum cognoscant, neque colligantiam,
vsum, naturam, substantiam, compositionem,
numerum, magnitudinem, atque in omni si-
gnorum genere hallucinentur, impossibile est,
vt morbum dignoscant, & eius causam inueni-
ant, & tempora vniuscuiusque ægritudinis di-
stinguant, ac ægri virtutem considerent, sine
quorum cognitione nemo curari potest. Sed co-
gnito morbo ac causa eius inuenta, nequaquam
difficile est curationem eiusdem inuenire, ac
recte sanare, modo natura plane non aduerse-
tur: fatis enim resistere impossibile est. Quod e-
quidem ex signis decretoriis iuxta Hippocratis
& Galeni doctrinam, quilibet doctus *(modo in
iis perscrutandis diligentem se præbuerit)* facile præ-
dicere poterit, magis autem si in iisdem exerci-
tatus fuerit; & ideo nō satis est eos auctores per-
legisse, sed oportet apud præceptores hæc obser-
uare. Nam quicunque praxim medicam *(vt mul-
ti nunc hodie factitant)* proprio suo marte arripiat,
quantumuis in Academiis instructus, & cum
præceptoribus ægros coram non viderit, in mul-
tis aberrabit, non aliter quam nunc circulatores
& medicastræ faciunt, solo lotij iudicio conten-
ti, quantumuis sibi ipsis persuadeant, nullum
medicum licet doctum, de vrinis ea industria iu- 105
dicare posse, qua ipsi vulgo imponunt. Nam in-
ter ipsos, qui ex mendaciis ac vrinarum stultilo-
quio, melius & plures pecunias colligere nouit,
pro doctiore medico habetur, & summam suæ
artis laudem apud tuos similes Brute meretur.
quorum tamen iudicia si rectius introspexeris,
nil nisi mendacia & technas esse comperies, &
quæ naturæ planæ repugnent, ita vt postea te,
aliosque tuos clientes nimium credulos vna te-
cum ab iisdem vroscopis delusos senties, & meri-
to tibi ipsi irasceris, quod hactenus erroribus
implicitus, Empiricis tuis tantum tribueris, do-
ctis vero medicis ac veris, gloriam iustam tamdiu
detraxeris, ita vt optabis ab eiusmodi ignoran-
tia, in tenebris densissimis sedens, ad veram lu-
cem reuocari. BRVT. Vestras cauillationes ne
tantillum facio, & ideo nolo hîc tuis nugis re-
spondere. Interea agite *(vt libet)* & omnes vires
recolligite, & mendacia Empiricorum profer-
te, cum in contrarium sustinebo, & viuis exem-

plis demonstrabo, eos vera ex lotio prædicere, neque imposturis vti. EVLOG. Etiam atque etiam vide, quid agas: in præcipiti enim ac lubrico stas, vix vt insistere, aut sine casu possis. Nihil enim facilius nobis erit, quam hoc ipsum ostendere, ac omnibus palam facere, modo Bruti naturam exuere velis ac rationibus auscultare; idem nobiscum senties. BRVT. *Parturient montes, nascetur ridiculus mus*: mira enim prædicas, ac pollicitis diues es. age igitur cum tuis rationibus si quid potes. EVLOG. Possim plurimum, & arridet conditio, eum breui te victum confiteberis. interim patere obsecro, vt & Philiatrus hanc quæstionem dirimat, suis quoque adductis argumentis. BRVTVS. Placet, & proferat is in medium, si quid habeat ad hanc rem momēti. PHI-
106 LIAT. Rectè quidem id conabimur, vt ea quæ incepimus, ad finem cum modestia perducantur: quare & illud Platonis dictum nobis considerandum, nempe *opinionem ipsam duplicem esse*; vnam, *quæ ad veritatem viamque rectam nos deducit*: alteram autem, *ad diuerticula & mendacia*: quæ ad multas tenebras nostris oculis offundit, ac menti nostræ nubem obscuram ac crassam obiicit, ita vt ad veritatem numquam perueniamus: quod equidem multis hoc euenit, non tantum hominibus plebeis, verum etiam viris doctioribus, qui Empiricis quoque adhæreant, & fidem adhibeant, tanta mentis caligine, tanquam obicibus à veri cognitione exclusi, longissime ab ipso vero aberrantes, imposturas, fraudes, ac technas Empiricorum deprehendere nolint. Ad hoc probandum nunc accingimur. BRV. Incipias, vt velis, in promptu habeo, quæ tibi mutatis vicibus respondeam. EVLOG. Hac lege contenti sumus, eum sciam hunc Philiatrum te facile superaturum.

Opinio duplex.

CAPVT III.

Quod Empirici vromantes, circulatoresque & medicastra ex vrina inspectione potius mendacia proferant, quam vere de vrinis iudicent, quæ & hominibus nimium credulis & imperitis vera esse persuadent.

PHIL. Postquam demonstrauimus vrinarum incerta esse iudicia, & quod potissimum illi in iudicandis lotiis decipiantur, qui regulas medicorum, quas obseruandas esse diximus, non animaduertunt, aut leui pede (*quod dicitur*) percurrunt. Quid igitur sentiemus de vulgaribus Empiricis & circulatoribus, qui medici nō sunt, & nobis in spectandis lotiis mendacia vendunt,
107 & præter imposturas nullam aliam artem habent, quibus perdite miseris mortalibus quotidie imponere non erubescunt: cum vrinam isti nugigeruli non arte aut peritia, sed quadam occulta impostura iudicant, & potius diuinant quam quid certi ex ea pronuntiant. præcipue autem aggrediuntur & indoctam plebeculam, aliquando & doctos, sed incautos, vt ex ipsis interdiuinandum lotia, nescio quæ non à rudioribus eliciant & extrahant, ita vt vera subinde ex vrina videantur diuinare, quæ tamen si penitus introspiciamus, videbuntur magna ex parte portentosa & splendida esse mendacia, impostura, fraude doloque referta, quibus bis carnifices miseris mortalibus imponunt imponunt, atque simplicissimis hominibus quæuis ex lotio persuadent, non tantum internos affectus se posse prædicere, sed etiam quæuis mala externa licet ipsa non videant, sese ex lotio posse spectare promittunt, cæteris omnibus morborum signis prætermissis. Neq; hoc mihi videtur admiratu dignum: cum omnes isti adeo rudes reperiantur, vt omnia illa signa, tum quæ ad artem medicam spectent, addiscere, illis sit impossibile. Sciunt enim hæc ipsa doctis valde esse molesta ac laboriosa, vt ingeuij diuini sit oporteт, vt hæc comprehendat. Ideo Empirici compendium quærentes, cum eorum humeri tam abdita atque abstrusa sustinere non queant, quodq; facile tanto oneri succumbent, posthabitis signis, tum iis, quæ ad totam artem pertinent, ad vromantiam, & vrinarum imposturas tamquam ad asylum imperitorum medicorum, ac omnium medicastrarum sese conferunt: nam harum diuinatio iis leuissima existit, & sine labore addiscitur, modo ea, quæ prius & plebeis hominibus expiscantur, & occulta cautione indagant, more psittacorum denuo referre possunt, iam pro medicis sese venditant, & vrinas cum tanta laude diuinant, vt omnes doctos medicos superare videantur, licet interea & mendacia impudentissima eructent, quæ tamen hominib. persuadent vera esse, non alia de causa quam, vt plebi imponant, & prædam quam ambiunt, & cui insidiantur, clam auferant. BRVTVS. Hoccine est imponere? cum nobis veritatem ex lotio, quod ad eos ferimus, pronuntiant? EVLOG. Quam veritatem quæso eiusmodi homunciones tibi dixerunt, num quid Empiricus ille circumforaneus, qui huc recens venit, & extra portam hospitium habet, vera tibi ex lotio vxoris diuinauit? cui heri vxoris lotium detuleras, vt nobis in principio nostri congressus retulisti. BRVT. Imo melius rem acu tetigit & addiuinauit, quam quiuis alius medicus in hac vrbe PHILIATR. Hæc ipsa cogitabam Euloge Brutum dicturum: quia vrinarum speculatio nihil aliud est apud circumforaneos, quam diuinatio quædam & incerta coniectura, non autem iudicium. Diuinant autem, vt arioli atque aruspices, & non iudicant. BRVTVS. Quanquam ego dixerim illum diuinasse, hoc verbo intelligo, quod vxoris meæ passionem ex lotio perfecte mihi dixerit; quod alij medici ne coniectare quidem potuerunt, ex eodem lotio, quod etiam ad illos inspiciendum detuleram: adeo enim perite Empiricus ille circumforaneus vxoris meæ malum pronuntiauit, tamquam intus in corpore omnia perlustrasset. EVLOG. Ridiculum caput! imo sapientissimum! cum laterna aut candela incensa abdita quæque tene-

Empirici vroscopi mendacia plebeculæ vendūt & occulta impostura de vrin. diuinant.

Imperiti ac impostores ad vrinarum studium sese conferunt. 108

Vrinarum inspectio apud circulatores est incerta coniectura.

tenebrosa in corpore latitantia, tenebrio inspe-
xit? Sed dic quæso, *quid ille nugator atque ariolus*
tanquam ex tripode prounntiauit. BRVT. Dixit
109 *vxors mea aqueas pustulas variolarum aut morbil-*
lorum instar, cordi adhærere; quæ si rumperentur,
antequam ille eas sanaret, procul dubio morituram
illam, atque hanc esse causam, ob quam valetudina-
ria vix incedere possit, tamquam tabida foret. EVL.
Illas ne pustulas in vrina innatantes spectabat;
dum lotinm vxoris tuæ inspiceret? Nonne & tu
easdem lotio innatantes cernere poteras, cum
non minus oculatus esses, quam ille? BRVTVS.
Non scio equidem vtrum ipsas in vrina conspe-
xerit: cum neque eas mihi in mentem venerit in
vrina videre. Verum hoc scio quod veritatem
mihi dixerit. EVLOG. Quid igitur? si variolas
illas, vel morbillosas postulas aqueas Empiricus
viderit, vel si mauis eas ipsas ex capite addiuina-
uerit, habet ne vxor tua morbillos illos grossos,
seu luem Gallicam? vt ita cordi adhuc inhæren-
tes, minus exterius prorumpant? BRVT. Ad
quid me rides Euloge? vnde vxoti meæ Gallicus
morbus obrepserit, cum sola mecum dormiat,
atque ego ab illa contagione liber & sanus sum?
EVLOG. Attamen medicus ille tuus & insi-
gnis vroscopus, vt dicebas, in vxoris vrina spe-
ctabat pustulas illas aqneas morbillorum instar.
BRVTVS. Verum quidem, sed idem narrabat
cordi tamquam vesiculas adhærere, non tamen
esse morbillos, sed eis similes. PHIL. Huius rei
Brute plurimum admiror, quod in corde pustu-
læ oboriri possunt: cum neq; cor, vt omnes me-
dici exercitatissimi quoque nobiscum sentiunt,
pustulas neque tumores, neque vlcerationes,
neque abscessus pati posset, cum vita in corde
præcipue consistat, *vt antea demonstratum est*,
ita vt cor membrum princeps, ne leuissimum
malum pati posset, quin homo intereat necesse
est. quare si eiusmodi pustulæ cordi vxoris tuæ
adhæsissent, vel ipso momento mortem incur-
110 risset, quæ adhuc in ædibus obambulat, licet Ga-
len. (*vt habetur lib. 5. cap. 1. de loc. affect.*) in simia
extrema macie consumpta, secta post mortem,
in ambiente cor tunica inuenerit abditam cau-
sam post mortem (*non ex lotio inspecto*) tumorem
scilicet præter naturam in se continentem hu-
morem qualem pustulæ, quas Græci *hydaridas*
vocant, emittere solent: Sed hæ pustulæ neque
cordi adhærebant vel inhærebant, sed in cordis
panniculo seu præcordio continebantur: cor e-
nim tumorem præter naturam non ita sustinet,
nec videri posset, si præcordium occupet, ex lo-
tio. Vides igitur hæc paradoxa esse? quæ tuus v-
roscopus tam acute inspexit? BRVT. Sint pa-
radoxa necne, parum attinet, cum recte Empi-
ricus meus circumforaneus dicebat, quod *cir-*
ca cor vxor doleret: nam & ille in me ipso locum
affectum demonstrabat, quo illa afficiebatur.
EVLOG. In quo loco id ostendebat? BRVT.
In hoc ipso loco, quem nunc digito tibi com-
monstro. EVLOG. Papæ! non ibi cor situm est,
sed stomachus, siue mauis ventriculus. Nonne &

Cor nō potest pati pustulas, quas nugatur Empiricus vroscopi se in lotio videre.

hoc egregium iudicium est, quod ad cœlum vs-
que extollis? cum ne ipsi quidem sciunt ac lo-
cum ipsius stomachi aut ventriculi, quod vel la-
nio qui bouem aut porcum exenterare solet,
melius cognosceret, quam vestri celebres Em-
pirici vrinarum speculatores admodum eximij.
BRVT. Quid? numquid stomachus esset? PHI-
LIATR. Quid aliud esset Brute? cum & ego ex
solo vxoris aspectu iam dudum, & ex vultu a-
nimaduerti adeo pallido, eam ipsam ex ventri-
culo laborare, qui cibum non concoquat, atque
ego auderem dicere, quanquam vrinam vxoris
non viderim, vrinam eiusdem valde tenuem at-
que albam esse sine subsidentia, qualis eorum
est, qui cibum non concoquunt, & circa stoma- 111
chum tensionem & dolorem sentiunt. BRVT.
Mira narras, atque obstupesco, cum res ita se ha-
beat. EVL. Quid igitur habes, quod nunc dicas?
numquid adhuc adfirmare audes circulatorem
tuum veritatem tibi prædixisse, quod cor eius-
modi pustulis affectum sit? BRVT. Hoc non au-
deo, & facile nunc dubitarem, nisi is locum, quo
vxor laborabat, mihi demonstrasset, licet locum
ipsum affectum cor, non autem stomachum ap-
pellauerit. PHIL. Quomodo igitur isti recte iu-
dicabunt, qui partem læsam non sciunt proprio
nomine vocare? Sed heus tu Brute, quid reme-
dij pro vxore ille tuus Empiricus attulit? BRVT.
Dabat autem tabulam quādam valde exiguam,
quæ saccarum & alia continebat: quam cum v-
xor deuorasset, infra supraque multa egessit. EV-
LOG. Numquid nunc ab assumpto medicamine
melius habet? BRVT. Nequaquam, imo multo
peius postea habere cœpit, vt eam post exhibi-
tum pharmacum morituram putabam, & pessi-
me adhuc habet. EVLOG. Attamen huius præ-
stigiatoris iudicium ex vrina adeo extollis, quod
veritatem ex ea multo felicius aliis medicis quā-
tumuis præstantissimis, prædixerit. BRVTVS.
Quid ni? quanquam & aliqui medici fuerant,
qui prius lotium viderunt, & de ventriculo quid
dixerunt, tamen non ita, vt hic Empiricus locum
affectum digito mihi ostenderunt: quanquam
circumforaneus diceret circa cor morbum esse,
cui pustulæ iam dictæ adhærerent. PHILIATR.
Numquid miratu dignum est, Brutum hunc o-
culatissimum, cæcitate mentis percussum esse,
atque in hac cæcitate vna cum rudioribus homi-
nibus delectetur, quamuis admonitus, vt de-
nuo ab Empiricis suis decipiatur? BRVT. In ve-
stram sententiam fere adducor, nisi ille Empiri- 112
cus ab omnibus hominibus extolleretur, quod
nemo ei sit similis, qui ita veritatem, atq; is ipse,
ex lotij inspectione prædicere norit. PHILIAT.
Talem quidem veritatem, qualem singulis die-
bus pronunciant, quæ naturæ contraria existat,
neque in rerum natura consistere posset; cum
adeo splendida eorum sint mendacia, quæ vel
in densissimis tenebris etiam à cæcis palpari pos-
sunt, quæ miseris mortalibus vera adhuc esse
persuadere conantur. Persuadent enim homi-
nes perfrictæ frontis plusquam temerario ausu,

Vrina qualis sit eorum, qui cibum non concoquūt.

Homines imperiti difficulter ad mētem redeunt etiam admoniti.

Mendacia licet impudentissima Empiricorum ab idiotis vix animaduertuntur.

ſine pudore, non tantum quosuis morbos ſeſe ex vrina poſſe ſpeculari, imo & cauſas omnes, quę eoſdem induxerint, auxerint, vel adhuc foueant, & quod magis ridiculum eſt, etiam cauſam primitiuam ſeu externam (quam Græci προκαταρκτικὴν vocant) iactant ſe in vrina poſſe videre. Quæ & ſtolidi homines etiam credunt, & mentientibus iſtis tenebrionibus fidem habent, & quod magis ſtolidum eſt, etiam optimos quoſque medicos arguunt, qui eiuſmodi in vrinis quantumuis oculati, videre non poſſunt: quemadmodum

Lepida hiſtoria Michaelis Sauonarolæ.

ille, de quo Michael Sauonarola, *capite primo, de vrinis*, mentionem facit, qui ex curru ceciderat, medicum alioqui peritiſſimum calumniabatur, eo quod nec boues aut currum in vrina eius, dum eam inſpiceret, animaduertiſſet. Adeo iſti præſtigiatores ſimplicium hominum mentem peruerterunt, vt ne medicus licet optimus, iſtis rudioribus in vrinis diiudicandis ſatisfacere valeat. Ita ſtultum hoc genus ruſticorum & quorundam ciuium non modo vulgatium, ſed etiam eorum, qui ſapientiores eſſe velint, vt ab Empiricis circumforaneis certo ſibi perſuaſum habeant, nihil tam obſcurum, nihil
553 tam abditum atque abſtruſum eſſe, quin hoc ipſum ex vrina poſſit iudicari, non aliter quam ſi equi, aut bouis vel currus figura, in hac ipſa vrina, hoc atque illuc fluctuaret: hoc etiam ex vrina poſſe prædici ab vroſcopis dementati, exiſtimant: vnde nunc eo, proh dolor, deuentum eſt, vt nec medicus quantumuis doctus, iuxta veram huius medicinę partis cognitionem, quid recte, quod eorum auribus gratum ſit, pronunciare ex lotio poſſet. EVLOG. Rude & indocile vulgus (*vt Flaccus ait*) quid diſtant æra lupinis ignorat, & ſic facillime à vero aberrat, nec bonum à malo, nec verum à falſo, nec genuinum ab adulterino, etiamſi conferantur, diſcernere aut eligere nouit. Eſt enim eorum inge-

Vulgus indocile ac rude non nouit verũ à falſo diſcernere.

nium ita ſtupidum atque ignauum, vt optima quæque ac vera non intelligant, neque id quod honeſtum ſit, appetant vnquam: Vnde non aliter multi ex iis admodum ſocordes, vti ſues perpetuo in luto deuolutari gaudent: amant impoſtores, præſtigiatores, eoſque in cœlum efferunt, quamuis ſæpius ab iiſdem deluſi, & optimos quoſque medicos deſpiciunt, & ad infimum gradum deiiciunt: nõ aliam ob cauſam quam quod

Vulgus impoſtores effer unt, bonos medicos deſpiciunt.

peritus medicus (*vt opinor*) veritati adhæreat, vrinarumque iudiciis incertis ſolum non ſit contentus, ſed omnium morborum ſigna alia apud ægrotos obſeruare ſtudeat, antequam aliquid certi vrina pronuntiare velit. Impoſtori vero, forte nimium tenaces, cum tantum nummulum vnum ex lotij diuinatione accipiat, confidunt, qui impoſturis delectatur, fucum ac paleas pro nummulo vendit, & veritate abiecta, multa apud illos rudiores homines nimium credulos, ἀδήλως quaſi ex vrina auguratur, prædicit ac iudicat. Quæ tamen vrinam circumforaneorum iudicia, ſi quis medullitus introſpexerit, meras nugas intelliget, atque tenera decipulas atque hamulos eſſe, quibus miſeri capiuntur hodie mor- 114
tales & ineſcantur. Sed tu Brute dic quæſo, cum optimus & exercitatus medicus de ſtomacho vxoris male habente diceret, cur ei æque fidem non adhibuiſti, quam tuo circumforaneo vroſcopo habuiſti. BRVT. Id iam dixi: quia locum affectum medicus mihi non oſtendit, vt circulator fecit. EVLOG. Non tamen in eo loco (*quem perperam oſtendebat Empiricus tuus*) cor ſitum erat, vt iam diximus. Sed vnum eſt, quod te rogatum adhuc velim. Dic obſecro, cum vrinam tuam aut alterius ad medicum defers, nonne locum quem dolere ſentis, cognoſcis antequam medicum accedas? eundem tamen vis ex vrina te tam fallaci prędici ac demonſtrari. BRVT. Quid ni hoc vellem? ea de cauſa medicum accedo, vt ex eo morbum meum audiam, alioqui neque hic medicus doctus erit, qui locum affectum mihi non prædixerit. EVLOG. Prædixit tamen tibi de ſtomacho vxoris, & Empiricus tuus de corde. Oportet igitur tales tantum medicos eſſe, qui te decipere ſtudent: cum antea nos validiſſimis argumentis demonſtrauimus locum affectum ex ſola vrina non poſſe diuinari. Audio itaque, eo quod optimus medicus

Locus affectus ex ſola vrina non poteſt diuinari.

te minime fallere vult, quanquam locum affectum ex lotio ſolo non coniectauerit, oportet vt talis ſit indoctus, & in arte ſua imperitus, tua quidem opinione: Neq; hoc tibi ſatis eſt, verum vrges, vt eundem alioqui doctiſſimum, etiam nos pro blitteo ſeu inutili ac nullius precij habeamus: quamuis antea cõfeſſus fueris Empiricum tuum ad morbum vxoris tuæ nõ recte conſultaſſe, cum ex medicamento illius aſſumto peſſime deinde habuerit, quem tamen putabas morbum recte ex lotio prędixiſſe. quod etiam falſum erat: Nam
ſi morbum perfecte cognouiſſet, non difficile 115
eidem fuiſſet, vt vxorem quoque ſanitati reſtituiſſet. Numquid & illud abſurdum tibi videtur, ſi medicaſtra aliqua mendacium menti tuæ obiecerit, quam tamen iuxta falſam tuam opinionem de morbo recte diuinaſſe putas? Sit ita. cognoſcétne ilico morbi cauſam & eius originem? Numquid & ſtatim omnia accidentia callet? & vires ægro tantum probe perſpectas habet? quæ ex lotio diuinari non poſſunt. quæ inquam ſi ignorauerit, quomodo morbum curabit? BRVT. Nos non loquimur nunc de curatione, ſed quod huius farinæ homines etiam norunt vrinas bene iudicare. PHILSAT. Eſto Brute. Sed quid tunc habes, niſi manum muſcis repletam, vt idioma vulgare habet? Quid enim abſurdius eſt, morbum meum alienis notum eſſe, qui eundem curare non poſſunt? At cum, magna ex parte, circumforaneorum iudicia, mendaciis ſplẽdidiſſimis ſæpe ſint referta, vt de morbi vxoris tuæ iudicio conſtat, cur ea tanti æſtimas, cum fere ſemper idem iudicẽt, callida quadam ſubtilitate, qua incautos circumuenire norunt? verborum etenim lenociniis quiduis perſuadent, ac ea tantum referunt, quæ ab hominibus nihil tale cogitantib. prius expiscati fuerint.

Vrina morbi cauſam nõ indicat, nec eius originẽ, nec ſymptomata, nec vires ægri.

Etſi

Et si inter narrandum, videantur quid omisisse, aut rem acu nō bene attigisse, mox ad mendacia sua & fraudes reuertūtur, cum ipsis proprium sit hominibus imponere. Tunc enim ex vrina mira comminiscuntur: modo diuinant stomachum à proprio loco prolapsum, quem rursus se sustentare posse pollicentur; vel hepati vesiculas aqua refertas innatas esse; aut lapides, fabarum instar eidem increuisse, vociferātur; vel potione nimia absumptum dicunt: cerebrum autem concidisse, pulmonis fistulas obstructas, hinc sonum edere
116 non posse, lienem ad nihil redactum, cor quoq; morbillosis papulis refertum esse: Renes prorsus excretos, & per vesicam extillatos, vesicam diruptam, vt lotium non contineat, intestina discerpta & feces regurgitantia. Quis autem eorum mendacia numerare possit, quid non audent temerarij præstigiatores apud indoctā plebeculam effutire, & de membris internis mentiri? quorum ne locum quidem norunt, nec sitū aut compositionem, tantum abest, vt actionem horum omnium intelligant: nominantque sæpius ea, quæ nunquam perceperunt, aut perlustrarunt. Hic tamen simplex idiota, iis adsistens, eorum verbis intentissime inhians, & insigniter mentientis pendens ab ore, omnia illa credit vera esse, atque sibi omnia in tuto esse putat, quod iudicium eorum ex lotio audierit: verum vbi ad medicamenta deuentum fuerit, minime ea, quæ æger sperabat, euius lotium ad vroscopum delatum erat, consequitur. Recte igitur eorum circa vrinas iudicia pro coniecturis inanibus & puerilibus habenda? PHILIATR. Vtrum tantum puerilia essent, modo scelera nefanda non subsequerētur, & sub prætextu huius artis, quam nunquam didicerunt, medicinam in ægrotantium pernitiem, exercerent, atque mortem per experimenta agerent. Et, quod magis dolendum, etiam quidam ex nostris medicis, qui tamen cum Empiricis conferri nollent, hac perdita impostura in lotiis inspiciendis simul vtuntur, vt eos non pudeat palam mentiri. Sic medicus quidam, non infimæ notæ, vt ex historia subsequenti intelliges, vt maioris fieret, miranda ex lotio proferebat in patria mea, quæ tamen potius ridenda erant, quam extollenda. Quid autem illis diebus mihi vsu venerit, referam. Defe-
117 rebatur ad me per famulam quandam cuiusdam mulieris vrina admodum perturbata, confusa & crassa, vinei coloris, exiguæ quantitatis: quam equidem cum inspicerem, illam ipsam, quæ deferebat vrinam, interrogaui, *An ne illa cuius esset vrina, ventrem lubricum aut constrictum haberet?* respondit, *quidem aluum iam multis diebus supra modum citam fuisse.* Eo audito statim iudicaui, id quidem factum esse, ob hepatis imbecillitatem. Et quia eiusmodi vrina (*Actuario teste, libro de prænidentiis ex vrinis, capite septimo*) sæpius sanguinem bilescentem significat: prædixi fluxu hepatico eam laborare. Non quod hisce rationibus velim sustinere fluxum hepaticum, vel dysenteriam, aut alium quemuis fluxum ex tali vrina certo colligi posse, imo hoc ipsum non minus difficile quam fallax signum esset. Et ideo cum quantitatem ipsam valde exiguam atque colorem vrinæ animduertissem, non statim ex his hoc ipsum volui asserere: sed prius de fluxu ventris inquisiui; & cum is diu perdurasset, eo confidentius de sanguineo fluxu asserebam. Dum hoc inquirendo recte coniectare videbar, atque hoc ipsum famula audiente, maxime me inspiciebat, inquiens, *Recte tu quidem iudicasti: iamdudum hera mea fluxu sanguinolento laborauit, & etiam ex hepate. Nam alius quidam medicus* (quem Doctorem appellabat, neque immerito, nam & barba, moribus ac vestitu talem se præferebat, cum & diu in Academia Coloniensi versatus, nunc domum reuersus medicinam faciebat) *hactenus illam frustra curare visus est, quanquam nunc, vt mihi videtur, cum hisce diebus aliquot à medicamentis eiusdem abstinuerit, melius habeat, licet venter adhuc sanguinem aquosum deiiciat. Et ob hoc dicit idem medicus, hepar ad fabæ diminutionem peruenisse, nunc denuo crescere. Quod cum* 118 *audirem, non potui me temperare, quin cachinnum tollerem: Tibi*, inquiens, *ô famula hoc ipsum facile persuadere poterit bonus iste medicus, tum heræ tuæ. mihi autem difficillime. nam hepate hoc modo diminuto, matrona tua in hanc diem non vixisset.* BRVTVS. Nonne & hepar diminui potest? dictum enim est mihi à præclaris medicis & hisce diebus à sacrificulo isto vroscopo, quem nosti, qui in inspiciendis lotiis apud omnes maximi fit, hic enim prædixit cuidam, quod ei hepar diuturna potione absumptum esset, cum & vulgares quidam ferunt, de insignibus potatoribus, *eos pulmonem & hepar potu consumpsisse & abstulisse.* EVLOG. O delirum caput, qui tales medicos doctos vocas: non possum satis admirari crassitiem & ruditatem tuam Brute, cum tamen ante audieris à nobis hepar sanguinationis organum esse, à quo denuo totus sanguinis per venas corpori vniuerso eiusque particulis omnibus distribuatur: Si enim sanguis non fit, quomodo vita seruabitur? Itáne extollis iudicium illius vroscopi impostoris, qui & album nigrum esse tibi facile persuadebit, si velit? Similem fere historiam refert Euritius Cordus, non minus insulsam, quam Philiatrus iam retulit, de quadam medicastra, quam & nunc libet adferre. *Noui equidem*, inquiens, *veneficam quandam præstigiatricem, quæ persuaserat nobili cuidam viro, hepar illi suum immoderata venere vitiatum primo, ac deinde paulatim penitus consumptum: vnde extorsit ab eodem octuaginta florenos, vt ei suis medicamentis nouum crearet hepar.* Idem quoque affirmant quidam circumforanei tenebriones de pulmone absumpto: atque auferunt à nonnullis stolidis homuncionibus ali-
119 quot aureos nummos, quo hunc præclaram suam artem illis tradant. Atque hæc mihi profecto videtur ridicula impostura, quod dicunt, *se hac intrinseca membra* (hepar dico & pulmo-

Proprium est Empiricorū hominib. imponere.

Historia de vrina crassa & vinei coloris.

Medicus referēs hepar ad fabæ quantitatem deuenisse, & nūc denuo accrescere.

Sacrificulus iudicās hepar potu absumptū, esse.

Medicastra persuadens nobili viro hepar sibi venere ablatum fuisse.

nem) *clare aperteque quibusuis posse ostendere in vrina absumpta esse:* idque agunt tanta confidentia, vt homines eorum sermonibus delusi, sancte deierent se vidisse illa. Haud quaquam tam facile se his impostoribus deridendos præberent, nec vllis eorum strophis caperentur, si hepatis atque pulmonis actionem, tum munus cognoscerent. Est enim iecur (*sicut antea abunde dictum est*) membrum & quasi instrumentum homini omnino necessarium, per quod quasi medium natura vrilem sanguinem creat, ac sine intermissione concoquit, qui deinde à corde attrahitur, & à vitalibus spiritibus perficitur. Vtitur quoque cor nostrum ad id officium suum perficiendum, opera pulmonis. Nam vitales illi spiritus non ex sanguine tantum, sed etiam ex aere, qui attrahitur per pulmonem, excitantur & conficiuntur. Necessarium quoque est, vt feruidum nostrum cor huiusmodi aere tanquam flabello assiduo refrigeretur ac reficiatur. Vnde oportet hominem perpetua hac respiratione anhelitum suum ducere: adeo vt sine hac respiratione & inspiratione, quæ fit per pulmonem, homo vix momentum vitam tueri possit. Iam vero cuiuis facile perspectum esse potest, quam fœde hi rabulæ mentiantur, quum affirment ex vrina homines carere iecore & pulmone: digni profecto, qui fœtido iecore ac putido pulmone ex omnibus vrbibus expellerentur, ne amplius incautæ plebeculæ suis splendidissimis mendaciis imponerent. Quid? qui turpis lucri gratia auream vel argenteam monetam alicuius principis corrumpunt vel diminuunt, comburuntur
120 publice, aut in feruidam aquam vel oleum coniiciuntur. Si vero scelestissimi nebulones, qui non pecuniam tantum, sed imaginem summi principis, id est, Dei ipsius sæpe adeo dilacerant, dilaniant, ac corrumpunt, vt tandem commoriantur ægri, eorum vehementioribus pharmacis, vt *colocynthide*, & similibus, quibus vtuntur plerique isti Empirici vromantes, postquam lotium inspexerint, non viso ægro. Tales autem in pretio habentur etiam à nobilibus, qui eorum fraudes non animaduertunt: hi enim apud plurimos in honore sunt, atque dolo ac fraude ditantur: Ad hos vndique concurrit turba multorum, doctus vbique iacet ac contemnitur, cum sycophantæ eiusmodi strophis in pretio habeantur. Quis non quidlibet quam optimus & doctus medicus esse velit: cum nunc ars tam præclara dependeat ex solo vrinæ iudicio, quantumuis vrina decies mutetur in hora, atque isti vrinarum speculatores, diuinatione hac, quæ fit ab euentu, elati, plusquam temeratij, sceleratissimis, portentosis, & periculosis mendaciis ditescunt. PHILIA. Referunt & alia mendacia superioribus multo splendidiora & impudentiora, dum arbores ex vrina speculantur in corpore humano nasci. Propterea vt quis eorum strophis minus irretiatur, aliam non minus lepidam historiam, quam paulo ante à me dictam huc referam, quæ mihi ipsi quoque contigit, cum adhuc Alcmariæ praxim exercerem. Anno enim Domini nostri Seruatoris millesimo quingētesimo quinquagesimo primo, in Thessaliam nostræ Hollandiæ insulam, non autem Græciæ, forte fortuna ad quendam ægrotum accitus sum: inter cæteras tunc vrinas, quæ mihi ibidem offerebantur, vt moris est, quædam muliercula lotium suum secum adferens me quoque accessit. Erat autem vrina alba tenuis, diaphona, ac indigesta sine hypostasi: quæ cruditatem, malamque ventriculi concoctionem, tum hepatis ob- 121
structionem optime indicabat. Cum enim venter extumesceret in maximam molem & promineret, non difficile erat intuenti mulierem hydrope affectam esse. Vnde percontatus sum *diune hoc malo laborasset?* respondit, *iam dudum in hydropem incidisse, qua etiam aliquot ante annos prius laborauerat, atque tunc cuidam medico circumforaneo, admodum perito* (vt aiebat) *lotium suum inspiciendum tradiderat: qui ferebat* (postquam de tumore ventris audierat) *arborem quandam in ventre excrescere, quæ ventrem ita extendebat, vt nunc vix progredi posset, ita vt metus esset ne venter rumperetur arbore ita excrescente:* interea iactabat se medicamentum in promptu habere, quo ipsam ab arbore liberaret & pristinæ sanitati restitueret; atque dedit mulierculæ potionem, pro qua Empirico persoluit quatuor florenos. Addebat insuper sycophanta, *si nec illa potione absumpta ac ebibita curaretur, nunquam eam à quouis medico exercitato posse curari.* Cum ex hoc poculo ventris tumor nihil sese remitteret, post aliquot deinde menses per se incepit vmbilicus intumescere, ac foris propendere, qui tandem sua sponte disruptus est ob molem aquæ vmbilicum extuberantem & tandem disrumpentem, quæ vmbilico aperto purissima fluxit, ad quatuor pluresve congios. Mulier vero, eorum tempore non animaduertens occasionem (*teste Hippocrate*) præcipitem esse, non adhibuit medicum peritum, atque ea de causa vmbilico per se occluso & consolidato, quod mirum fuit, post aliquot annos deinde incepit venter non aliter quam antea intumescere, hydrope magis iam confirmata. Cæ- 122
terum cum lotium tunc spectarem, consulebam vt Alcmariam veniret, vt sic periculum faceremus, numquid eam denuo optimis adhibitis remediis curare possemus. Sed forte ad rem attentior, quæ tamen pro vnica potione Empirico suo prius dederat quatuor florenos, hoc nostro consilio spreto, longo tempore miseram protraxit vitam, ac tandem, vt mihi postea relatum est, hydrope obiit. Delfensis tamen illa mulier, de qua audiuisti, simili casu laborans, ..autæ vxor, cui vmbilicus diruptus est, sed aqua per vmbilicum paulatim effluente, hæc industria ac alterius medici ac duorum chyrurgorum, adhibitis quoque remediis ad hepatis correctionem facientibus curata fuit. quanquam non diu post facta recidiua & aqua per vmbilicum effluente, tandem & hæc obiit. EVLOGVS, Et ne

illa

Historia lepida cuiusdā præstigiatoris, qui arbores in corpore humano nasci, speculabatur.

Mulier hydropica, rupto vmbilico & effluente aqua curata: sed rursus, facta recidiua obiit.

illa ars, ô Philiatre, ad imponendum promptissima? idiotis hominibus persuadere arbores atque frutices in ventre humano enasci, non aliter quam è terra suppullulascunt, vt eo callidius nummos à plebecula indocta extorquere possint? BRVT. Quomodo igitur Philiatrus vxorem illam Typographi Delphensis, mulierem adeo obesam & pinguem, anno 1562. curauit, quam omnes dicebant, non quidem vulgares tantum, sed etiam paulo peritiores homines, eam in ventre arborem habere; cum crassiorem in vita non viderim? PHIL. Quomodo autem eam curauerim, id præter nostrum institutum est hic nunc exponere. Sed quid stulti homines de ea commenti sint, id ego corrigere non potui: cum aliqui dicerent, *eam hydrope laborare*, alij vero *impregnatam esse*, vt & obstetrix quædam sentiebat, quamuis contrarium mihi videbatur, *sed etiam potius molam carneam ac ventosam habe-*
123 *re* coniectabam; nec me mea fefellit opinio, cum & nostris remediis deinde ab ea liberata est, quanquam stultarum quarundam muliercularum oti frenum inijcere non potuerim, quæ palam profitebantur, arborem huic mulieri in corpore innatam fuisse, quod etiam de muliere altera Alcmariana, quæ in platea Cœlrunia dicta, ex hydrope decumbebat, referebant. Sed hæc ipsa grauida ac simul hydrope laborans, postquam peperisset, quinque deinde diebus à partu mortua est, ventre æque distente permanente. hinc suborta opinio, eorum qui artis medicæ gnari non sunt, qui dicerent, *arborem in corpore adhuc permansisse*. alij vero, vt & obstetrix, *secundam partum adhuc in corpore subesse*, contendebant pronuntiabant: alij vero mulierculæ *molam esse* suspicabantur. aderat & sacrificulus empiricus, qui vesiculas hepati adhærere somniabat, ex quibus aqua in ventrem destillauerat. Ego vero cum sustinerem, neque secundum partum esse, neque molam, sed ventrem distentum esse hydrope: & cum precibus quibusdam diuitis maritnæ, vir eo perductus est, vt in vxore mortua fieret incisio, quam cum admisisset, effluxit è ventre tanta aquæ copia, vt octo congios Hollandicos pluresve vas cadaueri suppositum receperit. Erant autem interna viscera præsertim intestina fere omnia præter vtetum ac renes corrupta & liuida, neque alius fœtus in vtero inuentus est, neque mola reperta: peritoneum vero vndique diruptum erat ex aquæ mole vt arbitror; omentum plane consumptum, vt eius partes putridæ & disruptæ cernerentur: hepar vero in scirrhum erat mutatum, ac lienem quasi lapidosum conspeximus. Sed arborem (*vt sycophantæ delirauerant*) nullam inuenire potuimus. Quamobrem Brute si
124 sapis, stultam illam vulgi opinionem ab omnibus optimis medicis execrandam, modo cum tuis præstigiatoribus insanire non velis, posthac ne sequaris, alioqui te stolidum, quotquot sunt viri probi, indi abunt. BRVTVS. Quanquam Empirici ac mulierculæ hac in re à scopo

Incisio sæpe medicum celebrem facit

aberrarunt, quidam ex iis sæpius tamen vera diuinarunt: imo non desunt, qui etiam mihi prædixerunt num viri aut mulieris vrina esset, & vterum prægnans & grauida foret: quare eorum iudicium non adeo contemnendum puto, vt vos existimatis. EVLOG. Dictum est prius, quam difficile hoc iudicari posset, licet vestri vroscopi id promittant, non aliter vt nuper medicastra quædam (*quam nos nouimus*) puerperium in vrina spectare quibusdam persuadebat, cum tamen ipsa adeo annosa & visu orbata ob senium, vt ne hominem sibi familiarem probe agnosceret, qui vrinam ad illam deferret. Hæc tamen monacha & religioni dicata, minime irreligiosum putabat, eiusmodi mendacia proferre. Eadem quoque iactabat se cistam, qua cadauera mortuorum recondita continentur, in vrina fluctuantem videre, in iis qui morituri erant. Neque hoc solum ô Brute vromantes tui in vrina speculantur oculatissimi, verum & ætates vniuscuiusque, ac annorum numerum, tempus quoque quo æger in morbum inciderit, & quam diu is quoque ægrotauerit, & quid ille comederit ac biberit, ex qua re morbum contraxerit, & quæ apud eundem agantur, & prius acta sint, denique fere omnia exteriora, (*quæ apud Galenum infinita sunt*) vt latratus canum, rumores, clamores, luem Gallicam, & omnia vitia exteriora se posse prædicere gloriantur, cum eiusmodi persuasione, vt iis fides adhibeatur. BRVTVS. Quod quædam ex his præstare possunt, experientia ipsa docet; cum etiam tui auctores ac medicorum principes i-
dem doceant, quibus modis lotium mulieris à viro distinguatur. Quod si Empirici mei idem prædicant, id adeo in contrarium trahere non debetis: Nam Auicenna vester medicorum princeps appellatus, palam his verbis idem sciri posse profitetur: *Mulierum vrinæ semper sunt maioris grossitiei & albedinis, & minoris pulchritudinis, quam virorum vrinæ. Et hoc quidem est, propter debilitatem digestiua earum, & propter superfluitatum ipsarum multitudinem, & propter amplitudinem canalium vnde egrediuntur ea, quæ ab eis exeunt: & propter illud quod ex earū resoluitur matricibus, & ad vrinæ instrumenta tendit. Masculorum vero vrinæ cum mouentur, turbantur, & declinat earum turbatio ad superiora: & est quod secundum plurimum turbidentur. Sed mulierū vrinæ fere turbidantur ex motione propter paucam separationem sui: & habent secundum plurimum supra summitatem suam spumam rotundam, & si turbidæ fuerint, earum turbatio pauca erit.* EVL. Verum est quod Auicenna, & alij auctores hoc scribunt: tamen ex iis verbis impossibile est discernere vrinas virorum & mulierum: nam æque bene vrinæ tenues ex alia causa & boni coloris in mulieribus apparere poterunt, quam in viris: & è conuerso crassæ & albæ & minoris pulchritudinis in viris æque ac in mulieribus quandoque apparent, potissimum si morbo aliquo afficiantur. Et propterea medici excellentiores veritati magis addicti (*quos ne*

Medica stra puerperium in lotio spectans.

135

Lib.1.fen. 2.

Mulierum vrina.

Masculorum vrina.

huius quidem pudet) palam profitentur, quod eiusmodi coniecturæ de sexu sæpe incertæ sint & minus fidæ. Verum si imo scire desideres, quibus fallaciis Empirici vestri vromantes id sciant,
126 facillime hoc tibi ostendero. BRVT. Quomodo igitur hoc sciunt? numquid aliter illi hoc cognoscunt, quam ex verbis illis, quæ tui Doctores ipsimet scripserunt? EVLOG. Ex iis procul dubio numquam scirent, neque ad vnguem id semper diuinarent. Verum quando tu vel alius quilibet simplex idiota, lotium illis spectandum præbet: tunc rogant subdula quadam cautione, quando persona lotium emiserit, vel aliud huic simile, & ex responsione generis masculini vel fœminini, *ille* vel *illa* probe intelligunt virine an mulieris vrina sit. Vbi autem ex improdentiori sermone *(cum nihil non elicere norunt, dum verba aucupantur, quibus sexus discrimen significatur)* intellexerint mulieris vrinam esse, tunc latissimum campum diuinandi habentes, vlterius cum quadam admiratione procedunt, & vterum incusant, omnesque morbos, tum dolores ex eo originem sumpsisse prædicant, & tamquam ex tripode diuinant. BRVT. Forte & eodem modo vestri medici, qui etiam vrinas inspiciunt, eadem eliciunt. EVLOG. Fatemur quidem: interim non adeo temerarie iactant hoc se posse ex lotio diuinare aut cognoscere, quod vestri palam mentiri nō erubescunt, dum & chartulas suas impressas portis vrbium affigunt, vel in cuiusuis ædes & cellas vinarias ac alias apothecas vltro iaciant; in quibus pollicentur ac promittunt, quod ex lotio de omnibus morbis à capite ad calcem pedis, optimum & verum iudicium laturi sint, & quod sexum simul distiguere norunt, & quod certo diuinabunt, nunquid vrina mulieris aut viri sit, quæ ad eos deferetur: quod quidem optimi quique medici nec pullicentur, & ingenue fatentur, quod id nequaquam sciri posset, nisi ex subdola cautela, de qua re etiam, eos qui ad consilium veniunt admonent, ne eiusmodi strophis decipiantur. BRVT. Non desunt tamen Errones, qui
127 sexum ex lotio sæpius prædixere. EVL. Non aliter forte, quam nuper quidam Empiricus Gronnigæ *(vti aliquando a fide dignis accepimus)* à pharmacopœo hospitio acceptus, ea lege vt illum doceret, qua ratione ac arte quid certi de sexu ex lotio pronuntiare posset. Quum vero longo tempore laute vixisset Empiricus apud pharmacopœum, & vxor sæpius maritum adhortaretur & admoneret, vt *Erronem à se dimitteret:* tandem cum diu apud pharmacopœum hæsisset, vroscupus, vt suis pollicitis staret, pharmacopolæ inhianti, vt sexum ex lotio diuinare posset, respondit. *Diligenter*, inquit, *animaduertas, dum lotium ad te adfertur, nam dextro pede si cubiculum intret, nunc viri vrina erit: si sinistro, mulieris.* Ita delusus pharmacopola ab Errone, merito etiam ab vxore ubiurgabatur, quod tam diu impostorem domi suæ aluisset. Hoc modo, si velint, tui vromantes de sexu diuinare poterunt. Et quemadmodum certo nō possimus prædicere de sexu, ita quoque nec mulierem impregnatam esse. BRVT. Aliud tamen sentit de vrinis prægnantium & vester Auicenna, loco citato sic inquiens: *Vrina prægnantium sunt clara & supra earum superficiem est nebula, & quandoque trahunt ad colorem aqua cicerum; aut aqua pedum, in qua coquuntur pedes animalium, & in ipsa est color irinus: & supra summitatem earum est nebula: sed quocumque modo fuerit, in medio videtur sicut cottum carminatum, & est cum ...is sunt veluti grana, quæ ascendunt & descendunt. Cumque irinus color manifestior fuerit, erit impragnationis principium: & cum loco illius fuerit rubedo, erit in fine impragnationis, & propriè si turbantur cum mouentur.*
PHILIATR. Verum quid dicit Sauonarola supra hunc textum Auicennæ *in libro suo, de vrinis?* 128
quod videris omittere aut locum illum non legisse. Admonet enim nos ne iis signis solum insistamus, cum etiam apparere possint in muliere non grauida, vt iis, quæ menses consuetos retentos habent, vel mola affliciantur: ita vt aliquando doctissimi ac celebres medici ex vrina in tali casu decepti fuerint, ac infamiam incurrerint, quemadmodum suo tempore in celeberrima Academia Papiensi euenit doctissimo medico Marsilio de sancta Sophia, & Petro Tusignano suo tempore medico clarissimo & egregio practico, qui viri alioqui ingenio excellentes, quod & scripta eorum in medicinis declarant edita, in hac re nimium confidentes vrinæ iudicio, à vero scopo cum ignominia aberrarunt. Horum admonitione docemur quod soli vrinæ signo adeo fallaci non insistemus, sed reliqua signa impregnationis considerabimus à medicis variis in propriis locis descripta, & præcipue illud signum celebre quod Hippocrat. *lib. 5. Aphorism. Aphorism.* 41. descripsit. tu si velis perlegere poteris. Atque hæc præcipua est causa, quod hoc signum impregnationis ex sola vrina desumptum, non tanti faciunt optimi medici, vt Empirici vestri, qui sese efferunt & confidenter ex solo lotio iactant grauidam mulierem posse cognoscere: quanquam in hac re longe à veritate aberrant, vt nuper Delphis filio Iudæi circumforanei cōtigit vrinam grauidæ mulieris rusti. æ spectanti, qui cum ex lotio illam grauidam esse videre non poterat, neq; animaduerteret illam impregnatam esse, medicamētum, proh dolor, fortiter infra supraq; ventrem deiiciens, cum propinasset, abortum excitauit, ita vt ab exhausto pharmaco, nō solum pepererit mulier gemellos mortuos, sed & ipsa paulo post extincta fuit. 129
Hæc sunt tuorum Empiricorum præclara iudicia, adeo ab insulsis hominibus decantata, licet ad perniciem hominum inuenta sint, & quocunque modo videant se sæpius in vrinæ iudicio, *(& quod magis dolendum)* in remediis adhibendis, errasse: tamen animo adeo obstinato nunquam ab illa iactatione desistent, dum isti præstigiatores hominibus incautis persuadent nihil sibi deesse, quod ad vrinas spectandas attinet,

licet

Quomodo vromātes Empirici eis sunt sexum ab iis, qui vrinas desferūt, quem postea ex vrina diuinasse videntur.

Iucunda historia de pharmacopœo ab impostore illuso.

Vrina prægnātium.

Sauonarola.

Signū impragnationis in vrina sæpe fallax.

Filius Iudæi medicū fallens abortus causa, tum mortis existens.

licet callida impostura vtantur: & tempus est Philiatte, vt hoc ipsum nobiscum demonstres. PHILIATR. Hoc ipsum proposueram me nunc facturum. BRVTVS. Placet, quamquam nunc incipio horrere, ita vt cor mihi palpitet, mihique metuam, ante belli exitum, tanquam præsagium futuri interitus, quod victoria penes vos futura sit. EVLOG. Nihil est Brute quod metuas, quin te rursum ad bellum præpares, atque tuos Empiricos, vt hactenus fecisti, defendas, & si quid habeas, acriter eorum partes tueatis. BRVTVS. Ne ita eos rideas, cum & illi experientia quadam polleant, quos tam indignis vocabulis persequimini: valent inquam in praxi, licet illiterati sint quidam ex iis, nec artium bonarum cyclopediam absoluerint, nec physicâ didicerint, aut medicorum volumina Latina euoluerint. Interea ne nimis pertinaciter meis vrinarum speculatoribus adhærere videar, libentissime vobiscum adhuc sermonem conferam, vestris quoque monitis, si rationibus veris me conuiceritis, acquiescam. Si id non demonstraueritis, meos medicos nolite cauillari, vt hactenus fecistis. EVLOG. Ne quæso præstigiatoribus hoc celebre nomen medici attribuas, antequam scias quid officium boni medici ac exercitati & pij re-
130 quirat, à quibus alieni sunt, vt noster Philiatrus validis argumentis & docebit & demonstrabit: quare is sermonem suum persequatur, admitte. BRVTVS. Id quod æquum est, libenter feto ac admitto.

CAPVT IIII.

De impostura, dolo, fraude, cautelis, quibus in vrinarum iudicij vroscopi circumforanei vtuntur.

PHIL. Cum iam satis audieris ô Brute, vrinarum iudicia & incerta esse & minus firma, atque ex iis diuinationes, quibus circumforanei vtuntur, plerumque mera esse mendacia, quibus plebi imponunt, dum ea persuadeant, quæ in rerum natura existere non possunt: ita vt liquido constet eorum artem de vrinis diuinatoriam, nihil aliud esse, quam imposturam, qua callide plebeculam incautam circumueniunt, idque diuerso modo, & variis strophis vtentes, dum vrinas inspiciunt. De quibus nunc dicere instituimus, & horum impudentissimas fraudes, quas in iudiciis vrinarum quotidie apud rudes homines minusque circumspectos exercent; quam etiam passim de his per transennam egerimus, fusiorem tamen de iis tractationem in hoc caput reseruauimus, idq; in vtilitatem proximi, non alia de causa quam vt quilibet etiam imperitissimus idiota, & hic quoque noster Brutus à nebulonum imposturis sibi in posterum cauere possit. Quæ cum variæ sint ac pene infinitæ, præcipuas attingemus: nam omnes factiones quas simiarum instar, in iudicandis vrinis, adferunt, impossibile esset eas omnes recense-

Ars diuinatoria ex vrinis Empiricorum nihil aliud est quam mera impostura.

Diuersæ imposturæ quib. Empirici in spectandis lotiis vtuntur.

131 re, exceptis adhuc iis technis, quibus prius plebem ad se alliciunt, tum hos ipsos præcipue, qui ad eorum ædes, lotia ægrotantium apportant: modo matulas ipsas, vel earundem thecas sporteaceas vel stramineas (*in quibus matulæ custodiri solent.*) pro domibus suis suspendant, modo se ipsos in tabulis depictos, modo matulas ipsas lotio repletas, tabulis lineis excauatis & ad hoc opus destinatis imponunt, idque in ædium primo ingressu, vt à transeuntibus spectari possint. Sed cum iam vrinam iudicaturi sint, nullibi magis eos in technis exercendis opulentiores inuenies (*quibus & circumforanei ita & medicastri inter se certant, vt nescias cui maior gloria in his debeatur.*) adeo vt nemo fere sit, qui eas omnes explicare posset. Nonnulli enim ex his, vt nugatores maximi, vrinas circa specula contemplantur, non alia de causa, quam vt ea nouitate, maior turba idiotarum ad ipsos confluat. Alij ex annulo & fide cacodæmoni præstita, vrinas necromantici ac magi pessimi iudicant, artemque nostram adeo præclaram & diuinam, dæmonum præstigiis commaculant, quæ neque nostra religio fert, magiam cum arte medica confundunt, multos in perniciem animæ simul rapiunt, qui ad eos consultandum veniunt. Et vt maior fides illis adhibeatur, eiusmodi annulos Veneriis venales esse palam profitentur; hinc digitum tali annulo insignitum, dum vrinas inspiciunt, auri admouent, tanquam Dæmon in aurem susurrando prius de vrinis prędictionem suggerat, quam deinde aliis, qui vrinam deferunt, quasi prædicit. BRVTVS. Isti reliquos superant in diuinando. talem annulum Empiricum quendam chirurgum habuisse fertur, qui mira ex vrina pronunciabat, cum omnium mortalium admiratione, quem & ego aliquando accessi cum lotio, atque morbum ipsum miro ordine recitabat, annulo ad aurem admoto. PHILIAT. Et tu homuncio non animaduertis hæc in lege nostra prohibita esse, 132
non solum iis, qui eiusmodi idola faciunt, verum & illis qui hoc modo ex vrinis diuinãt, ita & tibi & aliis omnibus, qui eos ac dæmonum præstigias consulunt. An nescis pœnam à Mose ex Dei voluntate, sub lege veteri, eius farinæ hominibus constitutam fuisse? Magis illis pythonis spiritu inflatis, qui artem illam diuinandi ex vrinis hoc modo profitentur, atque in annulo vel vitro captiuum circumferunt dæmonem, qui hoc modo diuinant morbos, res perditas, si quis furatus fuerit, aut vbi lateant & reconditæ sint, & alia abdita, vel etiam dubia quæque, se manifestare posse iactant. BRVT. Non scio, qualis illa pœna est. PHILIAT. Hæc ipsa, vt eius verba sonant: *Vir & mulier in quibus pytho vel diuinationis fuerit spiritus, morte moriantur, lapidibus obruent eos, sanguis eorum sit super eos, vel capitalis pœna digni sunt. Item anima quæ declinauerit ad magos & ariolos, & fornicata fuerit cum eis, ponam faciem meam contra illam, & excindam eam de medio populi mei.* Si: & 18. Deuteron. *Non inueniatur diuinus nec venefi-*

Leuit. 20. pœna diuinis, magis & veneficis à Mose constituta.

veneficus, nec maleficus, nec incantator, nec consulens pythonem, nec magus, nec à mortuis suscitans. Abominatur enim Dominus quecumque ista facit, & ob istas abominationes excindit eos Deus tuus ante te. Sic interiit Ochozias rex Israel, quia infirmus spreto Deo vero & legitimis mediis, hoc est, medicis veris, misit ad consulendum Beelzebub Deum Accaron. Sic diuus Hieronymus in Hieremiam, c.12. recte scribit: *Non exaudit Deus in tempore necessitatis & angustiæ, quia & illi vocem Domini audire noluerunt.*: quod & Saul passus est. Cum enim Pelisthim agmina reformidans,

4.Reg.1.

133 verbum Domini non metuisset accipere, est conuersus ad Pythonissam, vt ab idolis disceret, quod instantia orationis ac fletuum à Domino debuisset extorquere. Per quæ discimus, etiamsi Dominus non exaudierit, nequaquam ob id esse confugiendum ad dæmones, qui cultores suos adiuuare non possunt, sed ad Domini auxilium. PHILIATRVS. Diabolus cum immundus spiritus existat, atque mirus artifex sit, eiusmodi homines impuros eligit, & tamquam in seruos suos ac famulos recipit, vt commodius reliquis hominibus imponat: eiusmodi impios inquam & incredulos in suum seruitium allicit, vt Iudæum perfidum, aut monachum apostatam, aut omnium artium ignarum parochianum, agyrtas, circulatores, ardelionem, aut anus incantatrices, vel id genus hominum, qui nihil non audent, quique etiam iactant anulum talem se habere, tantum φιλαυτίας fumu inducti, vt aliquo saltem habeantur numero, sibi artem vendicant occultam, & scientiam, quam ignorant: vel propria compulsi malitia, vt fraudent: siue auaritiæ illecti studio, vt quæstum fraudulenter faciant: qui nihil non audent, quo ab afflictis ægris per fas & nefas pecuniam emungant, etiam si interdum per satanæ cooperationem nihil aut parum nouerint, glorientur nihilominus de diuinandi cognitione, siue etiam aliquibus exorcismis, execrationibus, votis & ceremoniis, quod pollicentur, peragant: Vtrique mendaciis & mendaciorum auctori, velut testi certissimo innixi, confisique, quum etiam quidam ex iis præter vrinæ inspectionem, quum furti aut alterius sceleris, vt veneficij (*quod ex vrina etiam se speculari persuadent*) inurant iis, qui his, vt innocentissimi agnoscuntur, ita & illæsi nominis inter vicinos antea sempet vixerunt pacifice: at hoc notati cauterio præ-

In sceleratos medicastros ariolos.

134 ter meritum, calumniam in posteritatem inultam sustinent, vt hac ratione graui simultate & odio dimicantur contunbentur que numerosæ familiæ, & celebres viciniæ antea continuo pacatissimæ: Discordiæ huius exitialis & calumniarum execrandarum auctores, non alio habendos esse locu, quam seditiosos, reipublicæ turbatores & falsarios, quidam recte sentiunt. EVLOG. Taleni ego vromantem noui, medicinam factitantem, qui ex lotio iudicabat ægros ex veneficio infectos esse, aut ex fascinatione decumbere audacter pronuntiabat, vt iis præstigiis duplam mercedem reciperet, cum eos se curare posse promitteret. PHILIA. O nefandissimum pecuniæ aucupium! *Auri sacra fames quid non mortalia cogis Pectora?* Hi sacrosanctā medicinam, præclarum summi Dei donum (*vt Ioannes Langius etiam conqueritur*) temetariis ex vrina de morbis vaticiniis, ac nefariis superstitionum nugis & incantationibus, arte magica & idololatriæ superstitionibus, prophanare & conspurcare non erubescunt: quos non obsecro morbos curare, quas deniq; præstigias se posse efficere non promittunt? quibus & incantamenta, & fascina ac fascinationes tollere. imo dæmones cogere posse perfricta fronte nugantur, quæ omnia ante in vrinis spectantur. EVLOGVS. Certe isti effrontes homines omnem pudorem abiecerunt & pietatem, ita vt nulla non scelera perpetrare audeant. Si enim occulta indagatione dum vrinas inspiciunt, aut per tertiam personam cognoscere possint, aliquem longo tempore ægrotasse aut lecto decubuisse, hic fascinum causam esse iudicant, atque in corpore nescio, quæ non absurdissima latitare prodigiose nonnulli mentiuntur, & si apud ægrotum veniant, specioso fuco vtuntur, adhibita *colocynthide* aut *alio pharmaco vehementiore*, quod aluum egregie laxet, per subsellia clam ea ipsa in feces dimittunt, quæ in corpore latitare prius prædixerant. quæ vbi ægroti spectauerint, quanquam delusi sint, eos non aliter quam vates suspiciunt. PHILIATR. Cæterum vt eo, vnde digressi sumus reuertamur, vnusquisque aucupia sua exornat, vt in cassem non solum rusticos & plebeios homines, verum & ciues, & eos qui paulo peritiores videri volunt, trahant: Sic alij vrinas prope speculum nitidum inspiciunt, vt maior auctoritas accedat: ita audiuimus de quodam Empirico, qui speculum artificiosum composuerat, vt intus aquam putam contineret, in qua ranæ viuentes hinc inde fluctuabant, ita vt dæmones viderentur esse, qui Erroni, vrinas inspicienti, suggerebant de morbo ægrotantium, & de rebus, quæ à fure ablatæ essent. Non desunt, qui ex solis punctis Geomanticis, dum vrinas inspiciunt, de morbo, vita ac nece iudicant, quam tamen impiam diuinationem ad sortilegium referimus. BRVTVS. Sunt tamen medici astrologi quidam vestri ordinis, qui per quæstionem, vt vocant, ex sola figura erecta cœli, idem quoque faciant. PHILIATR. Id quidem & nos scimus, & quemadmodum illi Geomantes sortilegi & nō medici de vrinis augurantur: ita & hoc tempore nos alios nouimus, qui Geometras sinistre tamen imitantur, & circino vrinas metiuntur, & demū de vrinis nescio quid vaticinātur, qui & medici haud infimæ sortis videri volunt. EVL. Qui eiusmodi tamē coniectura sortilega vtūtur, vel geometrica, præter quam quod sæpe in pudendos errores incidunt, hanc partem medicinæ Semioticen, inconstantem & coniectualem reddunt. PHIL. At alij præclariore ostētatione id luculentius agunt, qui chartas vel libros præ manibus & oculis habent, in 136 quibus

135

Varia imposturæ, quib. Empirici vromantes diuinare fingunt vrinam.

Vrina diuinatio ex punctis Geomāticis & quæstione Astrologica.

Qui prope aspectus figuras lotia inspiciunt.

quibus teperiuntur omnes vrinarum colores ad
viuum dedicti, iis matulam admouent (*vt nuper
Iudæus quidam, quem noui in illis imposturis egre-
gie exercitatum*) dum vrinas speculanrur, cum
maiore admiratione, tanquam doctiores essent,
quamuis sint magistri ex libris. Nonnulli seor-
sim cubiculum habent, mira quadam astutia v-
rinas iudicantes: hac ratione medicastra valde
celebris ob vrinarum iudicia habebatur, quæ se-
orsim in eubiculo prope ostium sito, sedebat,
dum filia morbos, doloresque à deferentibus
lotia altiore voce expiscabatur: quod mater fa-

Callida medicastra impostura.

tidica, in propinquo latibulo sedens, audiebat:
quæ postea per remotius ostium euocabatur, vt
vrinas inspiceret: illa vero tamquam Delphica
Python celebris, quæ antea per filiam audierat,
ex vrina diuinabat & recensebat, cum magno
stupore multorum, vt similem in diuinandis lo-
tiis non haberet. EVLOG. Quidam & hæc de
Iudæis, medicis circumforaneis narrant, quam-
quam ego nouerim quendam medicum alioqui
titulo doctoratus gloriantem, in principio suæ
praxeos, vt pro egregio vromante haberetur, si-
mili impostura vsum fuisse, qui tamen cum Em-
piricis circumforaneis comparari minime vellet,
licet iisdem imposturis, auaritia & sordicie ille-
ctus ob vnum atque alterum nummum, vt cæte-

Ceremonias quas in diiudicandis vrinis Empirici quidam vromantes ad maiorem ostentationem obseruant.

ri sycophantæ, implicaretur. PHILIAT. Præ-
ter hos plurimi alij sunt, qui dum lotia inspiciunt
Iudæos imitantur admodum superstitiosos: hinc
multas ceremonias in diiudicandis vrinis habẽt,
modo in hanc, modo in aliam cubiculi partem
cursitantes, modo ad candelas ardentes in me-
dia luce, modo foras ad aërem serenum, aut ad
solem deflectentes, denuo vero ad cubieulum
reuertentes, lotium mira astutia contemplan-
tur: iam quoque matulam agitantes, mox vri-
137 nam odorantes, iamque guttatim effundentes,
nonnulli & vrinas ponderantes, aliasque nugas
præferentes, vt ita melius hominum mentes
perturbent, & eo confidentius mentiri possent;
& vt eorum iudicia apud plebem maioris fiant,
quæ facile eiusmodi strophis capitur. Perinde e-
iusmodi præstigiatoribus est, quouis modo sibi
auctoritatem concilia nt, & ideo in hoc omnes
fere laborant, vt seipsos extollant, medicos ve-
ro doctos deprimant, & sic vbi olfecerint, &
certo cognouerint medicum, quantumuis peri-
tum aut doctorem aliquem ad ægrotum voca-
tum antea fuisse, vel eundem adhuc circa ægrum
versari & curationem instituere: hac occasione
arrepta, hîc ex oblata vrina audacter pronuntia-
bunt, ægrotum ab eiusmodi medicis quantum-
uis exercitatissimis non posse curari, sed ægrum
ipsum per se facile sanitatem pristinam recupe-
raturum, aut solum eorum industria ac opera,
modo æger iis committatur, conualiturum. Et
vt ignauæ plebeculæ medicos optimos ignomi-
niosos reddant, eos omnibus modis tum eorum
præsidia detestantur: mox se ipsos tum alios sibi
similes adeo extollant, vt nullus sit medicus
quantumuis celebris, imo ne Hippocrates qui-
dem si adesset, tales curare posset, quos se cura-
turos bis carnifices pollicentur: & si non cu-
rent, collum ipsum in sponsionem rusticis ac
plebeis hominibus cum aliis, sycophantæ pro-

Sponsiones Empiricorum.

mittunt: Si enim toties caput, quoties in spon-
sionem dederint, amitterent: videres hos Thra-
sones medicos prope infinitos sine capite ince-
dere ac obambulare: ita vt vix amplius vroman-
tas circumforaneos inueniremus nisi detrunca-
to capite hinc inde oberrare. EVLOG. Non a-
lia quoque de causa, vt maioris æstimationis a- 138
pud plebem fiant, Errones, Iudæi, Mahumetani,
atque *Turckiatri* appellari gaudent: tamquam
illi alios medicos præcellant. Iactant deinde (*vt
Euritius Cordus refert*) se patentes Doctores ha-
buisse, quamuis eos prius contẽpserint, licet ple-
riq; tamen, pellionum filij, aut eorum qui vile a-
liquod artificium exercuerint. Hi inquã omnes
egregij impostores, cũ per pagos, tum vrbes pas-
sim diuagentur, ad se vetulas quasdam mulieres
alliciunt, & subornant, nummis aliquot ab iis ac-
ceptis, quos ex vrinarum imposturis antea corra-
sere: quæ huc atque illuc cursitent, vbi ægros de-
cumbere norunt, quibus nuntiant nouum ali-
quem doctorem, aut gentilem medicum vel Iu-
dæum, aut Mahumetanum iam recens ex Tur-
cia aduentasse, ac secum pretiosa medicamenta

Circumforanei vetulas subornãt, vt vrina ægrotantiũ ad illos deferantur.

asportasse, *Balsamum, Rhabarbarum, ambram,
margaritas, lapides exquisitos*, aliaque aromata,
quæ in officinis Pharmacopœorum non ita in-
ueniantur, (*vt egregie mentiri norunt*) quique
in vromantia reliquos medicos superent. at-
que sic ægroti à sagis illis garrulis inducti, iis
quoque vrinam suam ad medicum deferen-
dam exhibent: mox redeuntes, vt sunt vafræ ac
asturæ, referunt medicum illum morbum ad vn-
guem ex vrina prædixisse. Vnde maxima homi-
num turba ad eundem confluit, quamuis hoc
ad mensem vnum atque alterum perduret, do-
nec hæc fides, quam tantisper habuere, aufera-
tur: tunc alio commigrant, eadem impostura,
qua prius, semper vtentes. Quod in vno loco
non diu hæreant, in causa est, cum pharmacis
admodum violentis & potius venenis, magna
ex parte ægri, qui illos consultarunt, succum-
bunt, ita vt vix vnus atque alter, nisi casu quo-
piam ex manibus illotum sycophantarum eua- 139
dat. Non desunt tamen, qui hos excusent, ma-
xime vetulæ illæ de quibus diximus, quæ eorum
præcones agebant, & in cœlum vsque extolle-
bant, si eorum ægri moriantur, id fato euenisse
prætexunt, cum & in nosocomiis, qui à doctis
medicis tractantur, etiam moriantur. Interim
si doctus aliquis medicus etiamsi mortem ægris
suis prædixerit, aliqui ex iis moriantur, eædem
vetulæ non hîc medicum excusabunt, sed po-
tius incusabunt, ab eo interfectos esse: & non
alia de causa illos, qui artem probe cognitam ha-
bent, apud plebeculam ignominiosos reddũt, vt
hoc modo circulatores maioris fiant, licet non
alia arte instructi sunt quàm impostura. BRVT.
Admiror, cur adeo infesti sitis meis Empiricis,
quan-

quanquam multos ab iis curatos nouimus. EVLOG. Credo equidem hoc casu potius euenisse quam vera arte, cum nulla methodo curandi instructi sint; sed tota medicina istis tuis triobolaribus medicis ex solo vrinæ stultiloquio dependeat. BRVT. Non desunt tamen aliqui ex vestris medicis, qui his & similibus strophis vtuntur in diiudicandis lotiis, ex quibus etiam ditentur. PHILIATR. Scio me tales etiam medicos quosdam, inter nostros cum ex Italia in Galliam veneram, in qua aliquamdiu praxim exercuissem, ac deinde in patriam rediissem, comperisse: qui expedita illa lotij inspectione quoq;, vt Empirici, abuterentur. Verum quomodo illi sint redigendi in ordiné, vix aliqua spes est, quanquam & de iis postea dicturi sumus. Nunc ad Empiricos tuos Brute reuertamur, quos recte dixit Eulogus nullam aliam artem diuinatoriam ex lotiis habere, quam imposturam, qua simpliciores homines in retia sua trahunt, quemadmodum istis diebus de circulatore quodam nobis relatum est, qui cum aliquando Dordraci (*quæ*
104 *vrbs celebris Hollandiæ est*) ageret. atque illi alius adesset collega in imposturis priore non minus clarus, Consumptis, quas habuerunt, pecuniis, certatim nouum quoddam inuentum excogitare studuerunt, quo denuo pecunias corradere possent. Tandem ille, qui callidum consilium inuenerat, ita socium alloquebatur. *Ego doctorem & medicum agam, atq; vrinale (vt vocant) homines alliciendi causa, foris propêdam: tu interim œnopolium combibonibus frequens accedito, & cum iis genio operam des, & liberaliter viuas, & vino indulgeas: vbi autem vino incaluerint, iactabis medicum ita excellentem aduenisse, qui abdita quæque ex vrina calleat prædicere: imo licet ipsi omnes in vno eodemque poculo mingant, hoc ipsum quoque medicum agniturum affirmabis, atque contendes, nisi hoc ipsum præstiterit, quicquid illo die impensi factum fuerit, pro omnibus se soluturum: si autem scopum attigerit, ἀσύμβολος futurum. Sed diligenter obseruato, quod numero sint, qui in poculum stanneum mingant: tot enim fissuras leues sub poculo clam trahito, vt mihi numerus eorum sit perspicuus.* Combibones pactum ineunt, sed dolum ignorantes, hospitæ puculum, in quo minxerant, ad medicum deferendum tradiderunt. Hospita huius fallaciæ ignara, nec fraudem subesse sciens, nouum medicum adiit. Impostor omnia iam dicta præcognoscens, vultu cõposito vrinam in matulã transfusam inspicit, mox indignabundus, hospitam increpat, inquens: *Quidnam hoc rei est, vt me tentares, & meam scientiam hoc sinistro modo experireris? at quid huc impudens mulier aduenisti? quis nebulo te subornauit, vt me deciperes?* Mox lotium cum grauitate inspiciens, *Sex,*
141 inquit, *numero sunt*, (quod clam ex fissuris iam dictis animaduerterat) *qui vrinam hanc minxere, pro quibus omnibus, vt soluas oportet.* Hoc audiente hospita, obstupefacta est, dolum ipsa ignurans, eundem placide alloquitur, *Nescio*, inquit, *quid his verbis velis. Amice, si res ita se, vt diuinas, habeat, condona quæso: nam mihi ignoranti poculum, in quo tot minxere, obtrusere, vt vrinam ad te transferrem*: & tandem ei post multa verba pro lotij inspectione (vt assolet) sex nummos dedit: domumque reuersa hospitibus & combibonibus rem gestam narrauit. Demirabantur omnes tam insignis vromantis iudicium, eumque magnifaciebant, atque hospitæ, ea quæ ipsi insumpserãt simul & pro altero quoque, cum quo certauerant, soluere: atque nummos, quos hospita in inspectione lotij expenderat, rursus dabant. Ob huius rei famam tanta confluxit ciuium copia ad sycophantam, qui vrinas ad eum ferebant, vt multos eodem die ex diuersorum vrinarum inspectione nummos corraderet. Verum timebant sibi, ne quis tandem dolum olfaceret, ideo vno atque altero die peracto, clam sese subduxerunt. Ita enim speciosis fraudibus imperita plebecula decipitur, & iis fidem habet, vt commodius nummis suis emungatur. EVLOG. Hunc tot vroscopos in vnaquaque vrbe videmus, qui lotia certatim inspiciunt; quos autem vulgares consulunt, & medicos optimos in arte sua peritissimos, qui licet ad manum sint, plane negligunt. Nec mirum, cum isti blaterones admodum loquaces & iactabundi, ex lotio non solum impia atque illicita, sed immodica atque stulta blaterant: quæ optimus medicus non tantum abhorret, verum etiam contemnit. BRVTVS. Ego tamen aliam causam esse puto, vestros medicos de vrina non tam bene posse iudicare, atque vromantes meos, 142
eo quod in cautelis vrinarum probe instructi sint. EVLOGVS. Melius dixisses, *& imposturis.* putas ne illam esse egregiam diuinationem, qua iucunda garrulitate, quamuis occulta, prius omnia expiscantur, antequam eadem diuinent, *vt iam dictum est?* BRVT. Sciunt tamen hoc dicere. perinde enim est quouis modo hoc faciant, modo recte diuinent. PHILIA. Frustra Æthiopem lauando Euloge dealbaueris, ita nec Brutum facile humanum facies, aut eum à sua opinione diuelles. Mundus decipi gaudet; & ideo dolendum quod etiam quidam ex nostris medicis, dum vrinas inspiciunt, vsque ad imposturas quoque procedant. Sic cum ex Italia Galliam excessissem, & in vrbe Pithuertensi praxim exercerem, narrauit mihi pharmacopœus, medicum quendam nuper è viuis excessisse, magni nominis ob vrinæ iudicium, quanquam ille omnes catarrho laborare ex lotio prædicebat, quem modo ad guttur, modo ad pulmonem, modo ad hepar aut stomachum vel lienem, vterum, renes, vesicam, vel totum corpus fluere pronuntiabat. Ex ridiculo hoc iudicio à plerisque idiotis mirum in modum extollebatur. PHILIATRVS. At hæc inter minimos errores censenda sunt. Sed cum à longe intellexerint aliquem mania, delirio vel melancholia affectum, ex lotiis iudicant eos dæmoniacos esse, ita vt homines à fide aberrantes exorcistas consulant: & oẽs morbos curatu difficiles & quos ipsi curare nun

Duorũ circulatorum egregia impostura.

Medicus ex lotij inspectione catarrhũ semper incusans.

non possunt, ad incantaméta & sæpius ad illusio-
nes dæmonum referant. BRVT. Quid ni &
hoc possunt scire *aliquem dæmoni obsessum esse*, cum
& sacra Scriptura testetur *dæmones esse*, *& homines*
dæmonibus obsessos? Si igitur illam artem habent di-
uinandi ea lotiis, eundem dicere non possunt?
143 PHI. Non inficiasimus, spiritus immundos esse,
& simul dæmoniacos ab iisdem obsessos, cum &
Christus seruator noster dæmonia (*vt sacra Scriptu*
ra habet) in porcos expulerit. Verum vtrum tales
ex lotio dignoscere possent, plurimum dubita-
mus, nisi id prius ab aliis intellexerint. Cum mor-
bos tā prædictos non solū, sed & Diui Ioānis, Diui
Cornelii, Huberti, quos medici ad Epilepsiā refe
runt, sic apoplexiam, ephialtem, conuulsionem,
oris torturam, caron Arabibus subeth, morbum
vrentium, catalepsim, lethargum, & Herculeos
morbos olim à veteribus dictos, tum lunaticos, ac
eius generis infinitos, ad illusiones dæmunum re-
ferunt, vel potius incantamenta & fascinum, vti
clinicos q̃ diu lecto decubuere, vel phthisi aut ta
be conficiuntur, vel hydrope annua vexantur, aut
dysenteria, ex lotii inspectione iudicabunt. EVL.
Hi videntur nostris tonsoribus imperitis simi-
les, qui omnia vlcera maligna, aut fistulas, *mala*
sancti Quirini esse dicunt, vt hoc modo suam igno-
rantiam subterfugiant, cum sciant hæc à vulgari-
bus insanabilia iudicari, ne videantur imperiti es-
se, tales ad alios ablegant. PHI. Dolendum est q̃
sub prætextu religionis quasi vrinæ indicio abutā-
tur: id quod nunc viuo quodam exemplo ostende
mus. Vxor fratris vxoris meæ Amstelrodami ha-
bitans, quæ & hoc tempore viuit, laborabat quō-
dam quantum ego potui percipere, melancho-
lia hypochondriaca. Hæc cum non ita diu viro nu
psisset, vtrum grauida foret dubitabat, ita vt ob sæ
uissima huius morbi symptomata, nequaq̃ se gra-
uidam esse arbitraretur. Ideo diuersis in locis (vt
mos apud nostrates, præsertim in morbis longis,
inoleuit, at plane detestandus) medicis vrinā spe-
ctandā mittebat. Putabat enim hoc modo sese mi

Historia Sacrifici impostoris expressa, qui falso mulierem grauidam, fascino affectam, vna cum circulatore, indicauit.

144 seram ab hoc morbo liberatum iri. Inter cæteros
vero medicos, etiam nouus quidam in vrbem ad-
uenerat circulator, qui se doctorem (*vt hoc genus ne*
bulonum egregie mētiri nouit) iactabat. Insignis enim
cuiusdam medici famā de se ipso spargebat, & hoc
præcipue inter plebeios. Huius autem mulieris v-
rina ad eum quoque deferebatur, quam quidem
dum inspiceret caute admodū eam rogādo, quæ
vrinam detulerat, intellexit tandem nō exiguo tē-
pore ægram male habuisse, quodq; varios quoq;
consuluisset medicos, qui opem nullam attulerāt.
Vnde vafer vulpeculæ instar inspecta vrina mira
de se iactabat & promittebat, nullumq; doctorē
esse, qui ægram curare posse affirmabat: addebat
ilico præstigiator, fascino affectam esse. At illa, q̃
vrinam deferebat, inter cætera eum rogabat, *nū*
quid ex lotio animaduerteret ægrotam grauidā esse. Cui
respondebat circumforaneus, *eam minime grauidā*
aut impregnatam esse, sed fascino atque veneficio labora-
re, idq; per talem hominem, quem nunquam tale scelus
perpetrasse crederet, & deierabat *neminem esse præteri-*
psum, qui illā curare posset. Interim in curatione sibi
comitem ex coristam adiungi volebat, qui apud il
lam nescio quæ quotidie super caput ægræ mussi-
taret ac murmuraret. Deinde vero is ipse medicas
potiones exhiberet, quibus iam ebibitis, ita sana
euaderet, vt ne morbi vestigium vel huius passio-
nis relinqueretur, & *si*, inquit, *velis, ægram statim ac-*
cedam. Hoc famula noluit annuere, quæ vrinam
attulerat, cum illud in mandatis non haberet, quā
obrem se hæc heræ renunciaturam dicebat. Quæ
cū audisset, valetudinaria vere pia ac Christiana,
Exorcistā minime admittere volebat, ac Deo po- 145
tius committere morbum suum, tum medicis o-
ptimis instituit, quam cum eiusmodi præstigiatori
bus rem habere: quanquam non deerant ex ami-
cis ægrotantis, qui frustra eam ad hoc vrgerent. Tā
dem post aliquot dies, cum ipse tunc Alcmariæ
praxim exercerē, ad me & huius vrinam spectan-
dam detulit sororius, morbumque descripsit, &
simul symptomata addidit, quib. hactenus misera
detinebatur. Ego autem symptomatis omnibus
consideratis vrinam inspiciens, quæ tenuis ac cla-
ra erat, cum circulo quodam plumbeo, hypostasi
exigua, maximam cruditatem adesse iudicabam,
& ventriculi malam coctionem: Solet enim talis
vrina sæpe obstructionem in liene arguere, cum
propter obscuritatem, tum plumbeitatem, quam
circulus præ se ferebat: præterea & talis melācho-
liam insinuat, & eo nomine de hoc humore ægrā
infestante maior mihi fuit suspicio, cum audirem
omnia signa, quæ de hypochondriaca melancho
lia apud Galenum *lib. 3. De loc. affect. cap. 5. & 6.* de-
scribuntur, adesse. Vnde facile quoque ex sororii
relatione coniectabam, hoc malo vxorē ipsius la-
borare. Inter multa verba q̃ vltro citroq; inter nos
fiebāt, sororius ex me rogauit, *numquid consiliū me-*
dici circumforanei persequeretur, nec ne. Cui responde
bam *nihil tale agendum esse*, ac certis dissuasi ratio
nibus ne vxor medicamenta fortiter aluum soluē
tia ac conturbantia ab Empirico, nec etiam ab ali
quo medico quantumuis docto præscripta, reci-
peret, potissimum cum de impregnatione maxi-
ma suspicio esset. Propterea consului vt aliquanti-
sper non solum ab iis quæ nauseam inducunt ab-
stineret, ne abortus subsequeretur, nisi fortasse
ob vehementem passionem accidentibus cogere
tur optimi medici consilio, subueniri, tunc etiam
iis vteretur, quæ naturæ vim inferre non possent.
Vnde & nos victus ratione proba præscripta, etiā
quædam læuia remedia, ad rem tamen facientia,
adiunximus, quæ partui minime obessent, quib.
& generū ad tempus relegauimus. Eo vero
ad vxorem reuerso, non diu post, illa peperit
filiam pulcherrimam, quæ & nunc viuit, & simul
post partum matri cessauit passio illa melan-
cholica, cum in puerperio satis per se purgata,
optimo victus genere vteretur. Vbi nam erat
illud fascinum & genus incantationis? quod im-
pius præstigiator ea vrina prædixerat? Quid si eius
pestilentissimis remediis prægnans mulier vsa fu-
isset, nonne facile & matrem & prolem suffocas-
set nebulo? quæ nunc vna cum prole Dei bene-

fcio euasit. Plura exempla horum vroscoporũ sycophantarum hic recensere possemus: at satis est vel hoc vnum exemplum huc attulisse, ne eiusmodi nugis oratio nostra in volumen excrescat, & ne tibi ô Brute oneri simus, cum satis iam constet artem istorum Empiricorum circumforaneorũ de vrinis iudicandi, meram imposturam esse, quod & nobiscum, modo mica salis in te sit, iudicabis: quamobrem si sapis, non amplius eorum iudiciis adhærebis. BRV. Ægre quidem adhuc à mea opinione diuellor, quanquam video me meis Empiricis plus tribuisse, quam possint præstare. PHIL. Verum istis nugigerulis omissis, stilum nostrũ in eos conuertamus, qui nimium confidentes huic stultæ diuinationi, à callidis & vafris circulatorib. decipiuntur. Et ideo omnibus modis operam dabimus, vt eos vna tecum ô Brute dementes, in rectam viam deducamus. EVL. Possemus quidẽ
147 omnes nostras vires intendere, quamquam metuam nos frustra in hac re laboraturos.

CAP. V.

De peruersa rusticorum ac idiotarum & aliorum simplicitate, & nimis stulta in vrinarum diuinationem confidentia & credulitate.

Stulti homines credunt aliditu quaque ex vrina posse videri.

PHI. Quis non derideret stultum hoc genus hominum, qui à circulatoribus dementati aut fascinati (vt opinor) sibi persuasum habent, nihil tã abditum, occultum, abstrusum in homine, quin ex lotii inspectione cognosci possit? Quamobrẽ recte officium suum præstare putant, dum vrinã ægrotantium ad varios deferunt medicos, cum bonos ac peritos, tum sycophantas, circumforaneos, mulierculas, & quicũq; inter hos omnes acu (*quod dici solet*) rẽ attigerit, & recte diuinauerit, eum reliquis omnibus anteponunt, atque huic fidẽ habent. Hoc enim modo doctrinam & scientiam medicorum experiuntur & explorant: ignorant enim miseri quid illos & quid demum medicos exercitatos deceat, cum medicina omniũ artiũ sit difficilima, quæ probe exerceri non põt, nisi medicus præsto semper adsit ægris. BRV. Cũ etiam inspectio vrinæ pars medicinæ sit haud exigua, vt vos ipsi antea declarastis, nonne is qui inter reliquos rectius diuinauerit, reliquos doctrina superat? & ideo hic modus experiẽdi peritiam medicorum mihi ac multis placet. Et tu eos stultos asseris, cum & optimi quique, neq; vulgarẽs
148 tantum aut tenuioris fortunæ homines, sed & ditissimi quique hac in regione id faciant, & vrinã suã ad diuersos medicos deferendam curent. EV. Propterea Brute vix scimus, numquid impostores potius culpandi sint, quos tu ob vnius vrinæ stultiloquium pro medicis habes, an simplices ac nimium creduli homines, qui tam facile cuiuis ex lotio mentienti fidem adhibent. Si tales non inuenirentur, qui præstigiatoribus credunt & vltro eos adeunt, vix impostores reperirentur. Nunc vero cum multi sint incircumspecti neque dolũ animaduertere possunt, vtpote rudiores aut ignauiores, cũ fraudes minus aduertant, eorum de vrina diuinationi indubitanter credunt & sic sese

Nõ minus stulti credulitate homines culpandi, quam impostores ipsi.

ipsos sæpius in præsentaneũ exitium præcipitant, & ægyrtis maiorẽ imponẽdi ansam præbent. BR. Cui igitur vrinam deferri vis ac spectandam præberi, nonne & illi qui inter reliquos rectius prædicit? PH. Nõ inhibemus tibi optime Brute, ad quẽcumq; velis vrinam tuam vel vxoris vel alterius deferas: interea præstantius est, vt suo loco dicturi sumus, vt medicus perpetuo ægrotantibus adsit. propterea admiramur hanc inscitiam & ruditatem illorum ac tibi similium, qui ex sola vrina nostris naribus obtrusa, omnia diuinanda esse existimatis, ita vt nuper stolida quædam mulier ad me accedens, *annorum numerum ægrotantis, vt prædicerem, ex vrina*, efflagitabat: quem *cum ex lotii inspectione diuinari non posse* dicerem: *imo*, inquit, *hoc mihi à doctissimo errone persuasum est, & tot cruces in vrina innatare quot decennia æger habeat*. Conuersus ad rusticam quæ hæc inquirebat, *nullam crucem* inquam *in vrina conspicio: ideo maritus tuus nullum vel vix annum excessit, tu vero si me oculatior es. vrinam diligenter contemplare, num tu aliquas in vrina fluctuantes videas, aut in fundo maculas subsidentes*. Hic illa ore aperto ac 149
hiante magna cum animaduersione vrinam inspiciebat: Verum tandem coacta est palam confiteri nullam crucem se quoque spectare. EVL. Quis medicus sincerus has nugas ferret, qui neque illa in lotiis videre possunt, (*vti etiam ferunt de feretro, in vrina eorum qui morientur, innatare*) tamen circulatori hæc mentienti fidem habent, fascino oculorum obstricti, vt fateantur illa se quoque vidisse, quæ equidem numquam ostensa fuere, quemadmodum vulgares fabulantur de Vlispigelto, qui aliis persuadebat *parietes depictos esse*, cum nullæ picturæ in iis cernerentur: nemo tamẽ ausus erat ei contradicere, præter innocentem quandam mulierem quæ pro stulta habebatur. Verum hic quisque tacet & simul credit, quanquam numquam viderit. propterea vulgares isti homines non erubescunt inquirere, *num æger ex equo ceciderit*, aut *à curru in terram prolapsus, vel sclopeto ictus aut alio modo vulneratus*: hæc omnia medicum ex diuinatione vrinæ, certa coniectura posse assequi putant. PHIL. Hanc ob causam non possum non Bruto lepidam hanc referre historiam, licet ridiculam, mihi quondam à Pharmacopœo in Gallis relatam, veram tamen. Rusticus quidã in hyeme tempore admodum frigido, vt gelu aqua concreta foret vrinam vxoris iam igne solutã ad medicũ deferebat. Is simplicitatẽ rusticianim aduertens, cœpit eum interrogare, *numquid vxoris eius vrina foret*. Respondebat rusticus, *ita esse*: sed *numquid & alia in ea animaduerteret*, iubebat vt lotiũ diligenter inspiceret. Medico vero vrinam inspiciẽti suspicio oborta est de dolore aliquo externo, cũ vrina optimi coloris videretur, de dolore cũ inquireret (*vt rusticus putabat*) vera cõiectabat, *pape clamans rusticus, recte diuinasti*. Sed *vnde dolor*, inquit ille, *quem in latere nunc liuido facto sentit?* Medicus vero audiens de colore liuido exterius apparente, non fuit illi difficile diuinare, eundem ex casu quopiam aut percussione cõtigisse. quam obrem rogauit, *numquid vxor cecidisset*? Rusticus medicum

Lepida historia Rustici qui ex medico suo lotium spectante, rogabat num vxor è cubiculo decidisset.

medicum demirabatur, quod hoc ita ad vnguem prædixisset. Vnde rursus se ad medicum conuertens: *Magister, inquit, si mihi poteris dicere, vbinam illa ceciderit habeberis à me inter omnes alios medicos facile primus.* Hanc vero stupiditatem, tum crassitiem coloni animaduertens medicus, & ædium rationē euoluens, diuinabat vxorem per trabes aut scalas dilapsam esse. *Per Iouem*, rursus inquit rusticus, *si noueris ex lotio mihi enarrare, per quot scalas ipsa ceciderit, te plane artificem apud omnes decantabo.* Hic vero medicus non potuit sibi temperare, quin in cachinnum ob rustici stultitiam vel potius simplicitatē dissolueretur: attamē se cōpescens apud se ipsum imaginabatur, quod eiusmodi cubicula, apud rusticos non admodum essent alta. *fortasse* (inquit) *per duodecim scalas cecidit.* Cui rusticus, diligenter inspicias vrinam, nam plures esse debent. Medicus vero oculos in terram defigens, aliquid noui præmeditabatur, deinde vultu composito, rustico dicebat: *Lubrica admodū via est præ nimio gelu, numquid in terram ex improuiso prolapsus, vrinæ nonnihil effudisti?* Rusticus autem vt erat homo simplicissimus, medicum non aliter quam vatem aut prophetam aspiciebat, & admirabatur eius de vrina iudiciū: *Cecidi* inquiēs, *ac nōnihil vrinæ effusū est.* Medicus vbi hoc audisset, grauem se ostendebat, & cum aucto-

151 ritate hoc modo rusticum alloquebatur. *Amice, eo in loco, in quo te cecidisse ais reliquas scalas inquiras, nam hic in matula eas non habeo.* Rusticus autem medici eruditionem & experientiam extollens, summas ei egit gratias, & secum deferens aliqua remedia ad casam dumumque rediens, sibi similibus rem gestam cum magna admiratione & applausu narrauit. EVL. Adeo ineptum hoc genus hominum est, vt non solum hæc ex vrina ambiant cognoscere, imo sibi persuasum habent medicum quoque posse prædicere, *numquid vrina quæ adfertur, peregrini sit, vel ciuis, vel quonam in loco idem agat*: cuius argumenti non minus lepidam historiam (quam tu attulisti) hic quoque adferre possim, rem quoque gestam ab hoc nostro instituto non alienam. Habitabat aliquando Bruxellis medicus quidam ob vrinarum diuinationem maximi nominis: cui rustica cum vrinā mariti deferret, prius deflectebat ad domicellam, cuius maritus colonus erat. Postquam autem Domicella cognouit sibi oblatam occasionem fallendi medicum, obnixe rogauit rusticam, vt vrinam mariti sibi deferendam traderet. Annuente rustica, medicum accedit. Is vero diligenter animaduertens poculum (in quo vrina erat collecta) herba quadam obturatam, quā nouerat in vno loco ac certo crescere, aspiciens domicellam, quam cognoscebat callidam, dolum subesse suspicabatur. Quare studens hoc præuertere, delibratione quasi matura dixit cum vrinā ex poculo in matulam transfundi curasset: *Hæc vrina minime nobilis aut ciuis est, sed rustici potius aut coloni, neque ex hac ciuitate defertur, imo per talem portam, quicunque vrinam detulit, intrauit.* Hoc audito attonita est domicella, & vitro mutuum coloni depinxit, & medici eruditionem non poterat satis demirari: existimabat enim stolida, medicum ex vrina

Alia Historia etiam lepida de medico qui iudicauit ex quo loco lotium allatum esset

hæc certo prædixisse. PHI. Quid per Deum im- 152
mortalem, hoc hominum portentoso genere magis ineptum? Nescio quæ absurda non credit, cū omnibus ex æquo fidem habeat, etiam nuganti ac mentienti ea quæ nunquam fieri possunt. Cui docto & pio illud stultiloquium vrinæ non displiceret? Narratum est nobis aliquando Gissibertum Longolium medicum Coloniensem suo tempore expertissimum, celebrem, à rustico quodam ei vrinam deferente, adeo fuisse commotum ac perturbatum, vt matulam vna cum vrina ex ædib. per fenestram eiecerit: inquiens *se medicum esse, qui curaret ægros, non autem vroscopum vel vromantem, qui ex vrinis mendacia proferret.* BRV. Vrinas tamen inspicere medici officium est. PHI Id quidem verum, si in ædibus ægrotorum fiat. Sed dic, quæso Brute, *numquid stupidissimi sunt homines, qui medicum vt prophetam accedunt, vt de lotio ea diuinet, quæ reuera diuinari non possunt, nisi quibusdam impostoribus*, vt exempla iam dicta declararunt, quanquam hæc ipsa ex cerebro simplicium hominum excutias nunquam, qui neque interroganti de morbo, non aliter quā muti aut stipites essent, quicquam respondere velint, dicentes *nos ea à te, quæ interrogas, inquirimus, vt ex lotio ea iudices. ob quam causam te accessimus.* Nonne digni sunt eiusmodi homines à præstigiatoribus circumueniri in grauius malum incidere, à quo postea neque à doctis medicis curari possunt? Hellideus Paduanus Foroliuiensis clarissimus medicus, quondā præceptor meus venerandus, cū quo subinde ægrotos visitabā Bononiæ, vt morbos ab eodē recte curatos obseruarē, sæpe tales rusticos & simplices homines, qui ad certam horam, in nosocomiu Vitæ sic dicto, cui præerat, vrinas inspi-

153 ciendi causa deferebant, increpare solebat, cum ad eius interrogata quis obmutesceret: inquiens, *se non in corpore ægrotantis esse: ad illos quoque pertinere vt morbos declarent, deinde illius esse vrinam inspicere, ac postremo cognito morbo, eundem recte curare.* Et ideo neque verbis eorum confidens (*cum pauperes tantum cum vrinis ad nosocomium veniebant, neq; moris in Italia sit iam lotiu ad medici ædes accedere, quæ ne videre quidem in ædibus suis dignantur*) nos aliquando ablegabat ad pauperes illos decumbentes, vt omnia symptomata ac affectum diligenter obseruantes eidem rursus renunciaremus, & tunc demum medicamenta iis præscribebat. At ego deinde in patriam reuersus, hunc modum inspiciendi lotium in ædibus ægrotorum comperi, & adeo insolentes homines inueni quod ad me lotium deferebant, & si eos de morbis interrogarem, admodum procaces respondebant, *id à te scire cupimus, alioqui lotium inspiciendum huc non detulissemus.* BRV. Recte quidem opinor. ad quid enim lotium ad medicum adferrent, nisi vt ab eodem scirent, *quo morbo ægri detinerentur?* Si enim ipsi affectum medico indicarent, quid opus erat eidem vrinas afferre spectandas? EVL. Quid quæso Brutus differt ab hebete & insensato? PHI. Plurimum quidem, cum sapiens ei opponitur, teste Diuo Cypriano ad Demetrianum sic scribente: *Nullus affectus offert lumen cæco, sermonem surdo, sapientiam bruto: cum nec sentire brutus*

Gissibertus Longolius medicus.

Hellideus Paduanus Foroliuiensis medicus

Cyprianus

DE INCERTO VRI- 162 narum Iudicio Liber Tertius.

PETRO FORESTO Alcmariano Medico Auctore.

CAP. I.

Vnde error natus sit de vrinæ inspectione in ædibus medicorum, quæ incerta coniectura existit, qua plus damni & periculi, quam vtilitatis, plerumque ægro accedit, adeo vt medicinam, artem quidem præclarissimam, apud multos contemptibilem fecerit.

EVLOGVS, BRVTVS, PHILIATRVS.

PHILIATRVS. Ne quid igitur diei huius tam præclaræ nobis pereat, ad frugiferam, fructuosamque disputationem nostrã reuertamur, cum iam ostenderimus, quam inanem fidem idiotæ ponant in mendaciis circulatorum, qui sese iactabant omnia ex vrina posse diuinare. Quam falsum hoc sit, demonstrauimus, & quam male sibi consulant, qui eiusmodi confidẽtiam in re tam futili posuere, quos & nunc adhortabimur, ne amplius eiusmodi imposturis impliciti, delirent, sed potius eo animum intendant, vt veriora semper sequantur. BRV. Quid hic spermologus dicere vult? numquid hactenus falsa sequuti sumus? an putas te solum rem multis annis, ac tenacibus vnguibus (*quod dici solet*) vsurpatã, in aliam à vulgari vsu consuetudinem posse transferre? PHI. Id quanquam solus facere non possum, non dubito alios quam plurimos optimos medicos vnius animi nobiscũ esse, qui & veri studio teneantur, & exoptent medicinã ab errorib. aliquando purgari posse. BRV. Ergone inspectio vrinæ in se errorem continet? Quod si ita sit, ars vestra & manca, & pro mutila arte habebitur. PHI. Quanq̃ vrinarum inspectio in se errorem continere videatur, is non ad veram artem pertinet, sed ad eos qui hac parte medicinæ abutuntur. BRV. Vterq; vestrum antea dixit vrinam incertam & fallacem esse, quæ & peritis medicis imponit. PHI. Verũ est, neque id negamus, cum vrina non tantum incerta sit, vt iam longo sermone demonstrauimus, neque opus est idem repetere, imo docuimus quod neque sit sufficiens ad considerationem de omnibus morbis: non tamen hunc esse errorem, quem putamus. Etenim vrina licet sit incerta, id aliunde venit vt diximus, & aliquam causam habet, quam considerandam esse etiam proposuimus, ne in errorem veniremus. Et si ex lotio inspecto decipiamur, tunc scimus quidem lotium incertum esse, vel eius iudicium, si mauis dicere, attamen ex causa aliqua præcedente, subinde etiã occulta, vt exemplum de peste posuimus. Cæterum errores de q̃b. nũc loquimur, seu potius errata, intelligimus de iis q̃ non in vrina, sed in medico sunt, ipsam vrinam inspiciente: dum scilicet lotia, quæ tamẽ multas ob causas incerta nonit, aliter de iisdẽ indicat, q̃ iudicare debeat, vnde & lotii iudicio abutitur. Ideo cum optimus medicus omni diligentia veritati adhærere debeat, quod si non faciat, iam bis 164 peccare videtur, queadmodum & illi, qui ad inueteratos errores conniuent, cum videantur consentire erroribus, & plebi, quæ facile erroribus impostorum implicatur, imo & sycophantis ipsis ad perniciem aliorum, calcaria adiiciunt. Propterea neque optimus medicus publice errata sua confiteri erubescet, si forte ex vrinæ iudicio decipiatur, cũ multis modis decipi posset (*vt demonstratum est*) & huius deceptionis causam inquiret neque satis esse putabit ita lotium in ædib. spectasse suis, sed curabit, vel saltem admonebit, vt ægrorũ accedere possit, cum sæpius falsa & temeraria sit diuinatio ex vrina, si huius inspectio (*vt paulo post ostendemus*) apud ægrotos eo modo quo veteres fecerunt, nõ fiat. Atque ideo optandum est omnib. modis, ne hunc cõmunem modum medicorum sequamur, qui huic diuinationi, (*proh dolor*) plus tribuunt q̃ ferre possit. Atque hic error multos non solũ à recta via aberrare fecit, sed & conscientiæ cauterium inflixit, quod præter mentem cum multitudine errare maluerint, quam cum paucis ab hoc stultiloquio abstinere, vel saltem ab imposturis sese cauere, simplices admonendo non satis esse vrinam inspexisse, sed ægros quoq; videre admodum necessarium esse: & ita publicis peccatis nequaquam cõniuere oportet, aut iusiurandum q̃ Deo ac Musis præstitum est, violare. Quod equidem licet ad ꝓfessores, maxime pertineat, nos tamẽ noxios reipub. errores minime silẽtio prætetire debemus, ne circumforaneis illis atque circulatoribus ansam imponendi magis magisq; præbeamus: propterea non desistemus indoctam plebeculam admonere, quã periculosum sit ex solo vrinæ iudicio tã incerto, ægro nõ viso, medicamẽta præscribere. Hæc omnia, *inquam*. nos errores seu errata vocamus, q̃ paulatim in medicinam irrepserunt, non tantum 165 illa, q̃ circumforanei vestri analphabeti ex lotii diuinatione perpetrãt, sed ea q̃ nõnulli quoq; medici & medicinæ titulo decorati, dum lotia in ædib. suis inspiciunt, cõmittunt, & iisdẽ imposturis, vt cæteri vromantes, implicãtur. BRV. Quæ igitur fuit causa, (*quam & nobis pollicitus eras explicare*) ob q̃ medici tui, hanc quoq; cõmunem consuetudinẽ inspiciendi lotia in ædib. suis, à multis annis vsurpatam, amplexi sunt? & in ea adhuc perseuerant, vt etiam lotia quæcumq; ad eos ferantur, in ædib. suis, non cognito sæpe nec viso ægro, similiter inspiciunt? PHI. Hæc ipsa videntur diuersam habuisse causam. Nam quidam à plebeis hunc errorem cœpisse arbitrantur, quod & Memmius quidã nuper scripsit. Vulgus semper Principum in republ. veluti simia, Veterum laudabilem vrinæ intuitum considerãs, qui prospero fiebat successu, quod coram examinatis ægris, essentiam morbi, ex iis quæ apparebant, & ratione insecuti collegerint, vnde veluti vltronea prouenit curatio, credidit ilico talẽ curationis euentum, vrinis esse ascribendum. Nã rationis expers, cuius virtute veteres omnesq; dogma-

Vnus non potest corrigere errata, quæ in artem medicam irrepsera.

Qui ad inueteratos errores conniuent, plurimum peccant.

Vnde error natus sit de vrina inspectione in ædibus medicorum.

dogmatici medicinam peragunt, qu e oculus cer-
nit solum iudicat, nihil ratione adiutus. Qua de
causa veteres in rebus euidentibus æmulatus, vri-
nas inscrutari cœpit. Ad quod accessit de vrinis,
remedijsque pariter in lingua vernacula conscri-
ptio. Huic paulatim accreuit audacia, quod quæ
tentarunt, fecere impune. Nam omnes licentia (*vt*

Omnes licētia deteriores simus.

ait Terentius) deteriores simus. Vnde tandem vsq;
adeo hominum ingenijs imbuta est hæresis, vt æ-
166 gre extirpari queat. BRVT. Hæc vero causa vide-
tur pertinere ad circumforaneos, qui ita paulatim
peruenerunt in cognitionem eius partis medici-
næ, quæ de vrinis iudicat. PHIL. Recte ais Brute:
quanquam iis primum ansam dederunt frugi illi
scriptores, qui medicinam mutauere, quo quis-
que vt quadam Thaide, citra vllum discrimen ab-
utatur, ita vt nunc diuinā hanc professionem qui-
libet impostor, vel temulenta obstetrix, velim pu-
pudica meretrix, aut impurus ganeo ex illis libris
lingua vernacula scriptis exercere posset, sumpto
initio ab vrinæ inspectione, adeo fallaci, q mortē
sæpe pro salute propinat. BR. Ad qd igitur medi-
ci tui, qui adeo sinceri ac pii videri volunt, hunc
errorem, quem forte & primo ante impostores in-
uexerunt, simul quoque cum Empiricis nostris ex
ercent, & sese huic inspectioni inani ac futili (*vt vos*
dicitis) subiiciunt? quā & hæresim esse velis. PHI.
Imo maxima hęresis est in medicina tam præclara
arte, quam veteres vitabant. Verum quæ fuerit cā,
quæ medicos nostros adegerit ad vrinæ inspectio-
nem in suis ædibus, hanc ego, quā præcipuam exi-

Causa cur medici inceperunt vrinas ægrorum in suis ædibus inspicere.

stimo esse causam, nunc declarabo. Postquam e-
nim plebeii homines (*vt iam diximus*) putarent
curationem ex lotii inspectione procedere, arbi-
trati sunt totam medicinæ artem etiam ex eadem
inspectione pendere. Hinc quoque satis suo offi-
cio functos sese arbitrabantur, si modo vrinas ad
medicorum ædes detulissent: hoc enim peracto
nihil reliqui superesse, quod in rem ęgri foret, exi-
stimabant, cum medicum ex eiusdem lotii inspe-
ctione & morbum & locum affectum digno-
scere crederent, quodque etiam simul opportuna
remedia ex ea pscribere posset: adeo vt putarent,
quod medicus ex solo lotio non tantum morbos
167 prædiceret, sed vires ægrotantium, & (*vt vno verbo*
complectar) simul omnia, quæ ad totius medicinæ
artem pertinent, perfecte agnosceret. Persuasum
etiam sibi habebant vulgares, quod quilibet, etiā
mulier, hæc ex libris lingua vernacula descriptis
de vrinis, tum de remediis, facile addiscerent
& subito doctores euaderent. Hanc quoque ob
causam omnes medicos esse putabant, qui vrinas
inspicerent, licet multi ex iis essent, qui relicta me
chanica arte, hoc modo medicinā facerent. Hinc
prima totius mali origo, quæ magis magisq; radi-
ces egit, donec tyrannidem occuparet (*nam mos vt*
pote malus vere Tyrannus est,) quasi certa lex posita es
set, quam immutare non possemus, quemadmo-
dū fraterculi à capitulo suo. Cōsueuimus (*vt aiūt*)
nunquam discedere volunt, etiā si meliora pro-
ponerentur: & eo vsq; pcessit malum, vt nō solum
pauperes sed & diuites lotia sua ad medicorum
quoq; ædes deferri curarēt, si in morbum aliquem
incidissent, aut valetudinarii essent. Quo factum
est, vt via etiam aperta sit sycophantis, agyrtis & p-
stigiatoribus dum cautelas vrinarum medici palā
facerent, subito facti sunt medici, etiā circulatores
ipsi, ita vt in inspiciendis lotiis vulgi quoque iudi-
cio optimos quosq; medicos anteuerterent. tan-

Quibus modis medici circulatores ansam dedere vt ipsi inspicerent lotia.

tum possunt cautelę & imposturæ, quibus egregie
imbuti fuere: ita vt hi quoque principatum in e-
iusmodi strophis obtinuerint. Huic diuinationi &
vromantiæ vnice operam dederunt atque omnes
vires intenderunt, qua industria & qua diligentia
cautelas illas vrinarum perdiscerent, quibus pau-
latim & suas imposturas atque fraudes adiunxe-
runt, ita vt simpliciores mortales indies magis ma-
gisque dementarint, adeo vt quidam ex vrinarum
mendaciis ditissimi euaserint, quanquam plures 168
pſertim circumforanei & agyrtę occiderint, quam
curauerint, cum præter imposturas eiusmodi im-
periti vroscopi nullam aliā artem haberent. Cum
autem optimi quidam medici animaduerterent,
hanc stultam & plane inutilem de vrinis spectan-
dis consuetudinem, maximum progressum habe-
ret, multi (*vt credo*) auaritia illecti, veterem illum
modum, cum lotia prius nisi apud ægrotos specta
rent, paulatim reliquerunt, & hanc consuetudi-
nem, licet malignam, tandem susceperunt: qui-
dam vero & inuiti (*vt non dubito*) eo deducti, ne si-
ne praxi vacui ac ociosi haberentur. Existimo ali-
quos etiam fuisse coactos, qui ita diuites non es-
sent, vt vitam sustentare possent, si ita vrinas alla-
tas, vt inspicerentur, ab ædibus suis ad alios, qui
id libenter faciunt, ablegarent: & ita lotia inspe-
xere, & ex eis medicamenta præscripsere, quæ ta-
men causam mortis sæpe præbuere, præsertim v-
roscopis circulatoribus magis quam circumspe-
ctis medicis, temerarie medicamenta præscriben-
tibus. Adeo deinceps maiori licentia accreuit hoc
malum; instar hydræ, capite vno detruncato plu-
ra emerserant, & virus suum in plurimos exspuit,
adeo vt viribus Herculeis opus sit, vt medicina in
ordinem redigatur: nam & Medici quique do-
cti, non solum hanc cōsuetudinem amplexi sunt,
verum etiam quidam ex iis non infimæ notæ de
cautelis vrinarum tractatus composuere, vt magis
stolidæ plebeculæ opinioni indulgerent, ita vt nō
solum sycophantis ansam dederint, sed etiam ple-
bem in hac falsa opinione retinuerint. Appellaue
runt vero cautelas honestiore vocabulo, quas &
viri docti ob malam consuetudinem, cui etiam in
dulgebant, describere coacti fuere, & inter cæte-
ros etiam Gordonius medicus haud contemnen-
dus, qui hinc à ducentis & octuaginta annis, vel 169
paulo plus, de eiusmodi cautelis mētionem facit;
ita vt horum medicorum temporibus & forrasse
multo antea, hæc puersa cōsuetudo optimos quo
que medicos torserit. Magis tñ laudandi fuissent,
alioqui in artis operibus eximii, si contra prauam
illam consuetudinem scripsissent, neque de qui-
busdam friuolis cautelis vrinarum mentionē fecis
sent, & si illis cautelis callide ab vrinarū latoribus
dignoscitur sexus: quas inq̄ cautelas postea male

DE INCERTO VRI- narum Iudicio Liber Tertius.

162

PETRO FORESTO Alcmariano Medico Auctore.

CAP. I.

Vnde error natus sit de vrina inspectione in ædibus medicorum, quæ incerta conìectura existit, quæ plus damni & periculi, quam vtilitatis, plerumque ægro accedit, a deo vt medicinam, artem quidem præclarissimam, apud multos contemptibilem fecerit.

EVLOGVS, BRVTVS, PHILIATRVS.



PHILIATRVS. Nequid igitur diei huius tam præclaræ nobis pereat, ad frugiferam, fructuosamque disputationem nostrã reuertamur, cum iam ostenderimus, quam inanem fidem idiotæ ponant in mendaciis circulatorum, qui sese iactabant omnia ex vrina posse diuinare. Quam falsum hoc sit, demonstrauimus, & quam male sibi consulant, qui eiusmodi confidẽtiam in te tam futili posuere, quos & nunc adhortabimur, ne amplius eiusmodi impostoris implicati, delirent, sed potius cõnimum intendant, vt veriora semper sequantur. BRV. Quid hic spermologus dicere vult? numquid hactenus falsa sequuti sumus? an putas te solum rem multis annis, ac tenacibus vnguibus (*quod dici solet*) vsurpatã, in aliam à vulgari vsu consuetudinem posse transferre? PHI. Id quanquam solus facere non possum, non dubito alios quam plurimos optimos medicos vnius animi nobiscũ esse, qui & veri studio teneantur, & exoptent medicinã ab erroribus aliquando purgari posse. BRV. Ergone inspectio vrinæ in se errorem continet? Quod si ita sit, ars vestra & manca, & pro mutila arte habebitur. PHI. Quanquam vrinarum inspectio in se errorem continere videatur, is non ad veram artem pertinet, sed ad eos qui hac parte medicinæ abutuntur. BRV. Vterq; vestrum antea dixit vrinam incertam & fallacem esse, quæ & peritis medicis imponit. PHI. Verũ est, neque id negamus, cum vrina non tantum incerta sit, vt iam longo sermone demonstrauimus, nequc opus est idem repetere, imo docuimus quod neque sit sufficiens ad considerationem de omnibus morbis: non tamen hunc esse errorem, quem putamus. Etenim vrina licet sit incerta, id aliunde venit vt diximus, & aliquam causam habet, quam considerandam esse etiam proposuimus, ne in errorem veniremus. Et si ex lotio inspecto decipiamur, tunc scimus quidem lotium incertum esse, vel eius iudicium, si mauis dicere, attamen ex causa aliqua præcedente, subinde etiã occulta, vt exemplum de peste posuimus. Cæterum errores de qb. nũc loquimur, seu potius errata, intelligimus de iis q non in vrina, sed in medico sunt, ipsam vtinam inspiciente: dum scilicet lotia, quæ tamẽ multas ob causas incerta nouit, aliter de iisdẽ indicat, q̃ iudicare debeat, vnde & lotiũ iudicio abutitur. Ideo cum optimus medicus omni diligentia veritati adhærere debeat, quod si non faciat, iam bis peccate videtur, quẽadmodum & illi, qui ad inueteratos errores conniuent, cum videantur consentire erroribus, & plebi, quæ facile erroribus impostorum implicatur, imo & sycophantis ipsis ad pernitiem aliorum, calcaria adiiciunt. Propterea neque optimus medicus publice errata sua confiteri erubescet, si forte ex vrinæ iudicio decipiatur, cũ multis modis decipi posset (*vt demonstratum est*) & huius deceptionis causam inquiret neque satis esse putabit ita lotium in ædib. spectasse suis, sed curabit, vel saltem admonebit, vt ægrotũ accedere possit, cum sæpius falsa & temeraria sit diuinatio ex vrina, si huius inspectio (*vt paulo post ostendemus*) apud ægrotos eo modo quo veteres fecerunt, nõ fiat. Atque ideo optandum est omnib. modis, ne hunc cõmunem modum medicorum sequamur, qui huic diuinationi, (*proh dolor*) plus tribuunt q̃ ferre possit. Atque hic error multos non solũ à recta via abetrare fecit, sed & conscientiæ cauterium, quod præter mentem cum multitudine errare maluerint, quam cum paucis ab hoc stultiloquio abstinere, vel saltem ab impostutis sese cauere, simplices admonendo non satis esse vtinam inspexisse, sed ægros quoq; videre admodum necessarium esse: & ita publicis peccatis nequaquam cõniuere oportet, aut iusiurandum q Deo ac Musis præstitum est, violare. Quod equidem licet ad professores, maxime pertineat, nos tamẽ noxios rei pub. errores minime silẽtio preterire debemus, ne circumforaneis illis atque circulatoribus ansam imponendi magis magisq; præbeamus: propterea non desistemus indoctam plebeculam admonere, quã periculosum sit ex solo vrinæ indicio tã incerto, ægro nõ viso, medicamẽta præscribere. Hęc omnia, *inquam*, nos errores seu errata vocamus, q̃ paulatim in medicinam irrepserunt, non tantum illa, q̃ circumforanei vestri analphabeti ex lotii diuinatione perpetrãt, sed ea q̃ nõnulli quoq; medici & medicinæ titulo decorati, dum lotia in ædib. suis inspiciunt, cõmittunt, & iisdẽ impostoris, ve cæteri vromantes, implicãtur. BRV. Quę igitur fuit causa, (*quam & nobis pollicitus eras explicare*) ob q̃ medici tui, hanc quoq; cõmunem consuetudinẽ inspiciendi lotia in æd b. suis, à multis annis vsurpatam, amplexi sunt? & in ea adhuc perseuerant, vt etiam lotia quæcumq; ad eos ferantur, in ædib. suis, non cognito sæpe nec viso ægro, similiter inspiciunt? PHI. Hæc ipsa videntur diuersam habuisse causam. Nam quidam à plebeis hunc errorem cœpisse arbitrantur, quod & Memmius quidã nuper scripsit. Vulgus semper Principum in republ. veluti simia, Veterum laudabilem vrinę intuitum consideràs, qui prospero fiebat successu, quod coram examinatis ægris, essentiam morbi, ex iis quæ apparebant, & ratione insecuti collegetint, vnde veluti vltronea prouenit curatio, credidit ilico talẽ curationis euentum, vrinis esse ascribendum. Nã rationis expers, cuius virtute veteres omnesq; dogma-

164

Qui ad inueteratos errores conniuent, plus nimium peccant.

165

Vnus non potest corrigere errata, quæ in artem medicam irrepsere.

Vnde error natus sit de vrinæ inspectione in ædibus medicorum.

dogmatici medicinam peragunt, quæ oculus cernit solum iudicat, nihil ratione adiutus. Qua de causa veteres in rebus euidentibus æmulatus, vrinas inscrutari cœpit. Ad quod accessit de vrinis, remediisque pariter in lingua vernacula conscriptio. Hinc paulatim accreuit audacia, quod quæ tentarunt, fecere impune. Nam omnes licentia (vt ait Terentius) deteriores sumus. Vnde tandem vsque adeo hominum ingeniis imbuta est hæresis, vt ægre extirpari queat. BRVT. Hæc vero causa videtur pertinere ad circumforaneos, qui ita paulatim peruenerunt in cognitionem eius partis medicinæ, quæ de vrinis iudicat. PHIL. Recte ais Brute: quanquam iis primum ansam dederunt frugi illi scriptores, qui medicinam mutauere, quo quisque vt quadam Thaide, citra vllum discrimen abvtatur, ita vt nunc diuinâ hanc professionem quilibet impostor, vel temolenta obstetrix, vel impudica meretrix, aut impurus ganeo ex illis libris lingua vernacula scriptis exercere posset, sumpto initio ab vrinæ inspectione, adeo fallaci, quæ mortem sæpe pro salute propinat. BR. Ad quid igitur medici tui, qui adeo sinceri ac pii videri volunt, hunc errorem, quem forte & primo ante impostores inuexerunt, simul quoque cum Empiricis nostris exercent, & sese huic inspectioni inani ac futili (*vt vos dicitis*) subiiciunt? quâ & hæresim esse velis. PHIL. Imo maxima hæresis est in medicina tam præclara arte, quam veteres vrinam appellant, quæ medicos nostros adegerit ad vrinæ inspectionem in suis ædibus, hanc ego, quâ præcipuam existimo esse causam, nunc declarabo. Postquam enim plebeii homines (vt iam diximus) putarent curationem ex lotii inspectione procedere, arbitrati sunt totam medicinæ artem etiam ex eadem inspectione pendere. Hinc quoque satis suo officio functos sese arbitrabantur, si modo vrinas ad medicorum ædes detulissent: hoc enim peracto nihil reliqui superesse, quod in rem ægri foret, existimabant, cum medicum ex eiusdem lotii inspectione & morbum & locum affectum dignoscere crederent, quodque etiam simul opportuna remedia ex ea præscribere posset: adeo vt putarent, quod medicus ex solo lotio non tantum morbos prædiceret, sed vires ægrotantium, & (*vt vno verbo complectar*) simul omnia, quæ ad totius medicinæ artem pertinent, perfecte agnosceret. Persuasum etiam sibi habebant vulgares, quod quilibet, etiam mulier, hæc ex libris lingua vernacula descriptis de vrinis, tum de remediis, facile addiscerent & subito doctores euaderent. Hanc quoque ob causam omnes medicos esse putabant, qui vrinas inspicerent, licet multi ex iis essent, qui relicta mechanica arte, hoc modo medicinâ facerent. Hinc prima totius mali origo, quæ magis magisque radices egit, donec tyrannidem occuparet (*nam mos vt pote malus vere Tyrannus est,*) quasi certa lex posita esset, quam immutare non possemus, quemadmodum fraterculi â capitulo suo. Cõsueuimus (*vt aiũt*) nunquam discedere volunt, etiã si meliora proponerentur: & eo vsque, pcessit malum, vt nõ solum pauperes sed & diuites lotia sua ad medicorum quoque ædes deferri curarẽt, si in morbum aliquem incidissent, aut valetudinarii essent. Quo factum est, vt via etiam aperta sit sycophantis, agyrtis & præstigiatoribus, dum cautelas vrinarum medici palã facerent, ita subito facti sunt medici, etiã circulatores ipsi, ita vt in inspiciendis lotiis vulgo quoque iudicio optimos quosque medicos anteuerterent. tantum possunt cautelæ & imposturæ, quibus egregie imbuti fuere: ita vt hi quoque principatum in eiusmodi strophis obtinuerint. Huic diuinationi & vromantiæ vnice operam dederunt atque omnes vires intenderunt, qua industria & qua diligentia cautelas vrinarum perdiscerent, quibus paulatim & suas imposturas atque fraudes adiunxerunt, ita vt simpliciores mortales indies magis magisque dementarunt, adeo vt quidam ex vrinarum mendaciis ditissimi euaserint, quanquam plures 168 plerumque circumforanei & agyrtæ occiderint, quam curauerint, cum præter imposturas eiusmodi imperit vroscopi nullam aliã artem haberent. Cum autem optimi quidam medici animaduerterent, hanc stultam & plane inutilem de vrinis spectandis consuetudinem, maximum progressum habere, multi (*vt credo*) auaritia illecti, veterem illum modum, cum lotia prius nisi apud ægrotos spectarent, paulatim reliquerunt, & hanc consuetudinem, licet malignam, tandem susceperunt: quidam vero & inuiti (*vt non dubito*) eo deducti, ne sine praxi vacui ac occisi haberentur. Existimo aliquos etiam fuisse coactos, qui ita diuites non essent, vt vitam sustentare possent, si ita vrinas allatas, vt inspicerentur, ab ædibus suis ad alios, qui id libenter faciunt, ablegarent: & ita lotia inspexere, & ex eis medicamenta præscripsere, quæ tamen causam mortis sæpe præbuere, præsertim vroscopis circulatoribus magis quam circumspectis medicis, temerarie medicamenta præscribentibus. Adeo deinceps maiori licentia accreuit hoc malum; instar hydræ, capite vno detruncato plura emerserunt, & virus suum in plurimos exspuit, adeo vt viribus Herculeis opus sit, vt medicina in ordinem redigatur: nam & Medici quoque docti, non solum hanc cõsuetudinem amplexi sunt, verum etiam quidam ex iis non infimæ notæ de cautelis vrinarum tractatus composuere, vt magis stolidæ plebeculæ opinioni indulgerent, ita vt nõ solum sycophantis ansam dederint, sed et ampleberi in hac falsa opinione retinuerint. Appellaure vero cautelas honestiore vocabulo, quas & viri docti ob malam consuetudinem, cui etiam indulgebant, describere coacti fuere, & inter cæteros etiam Gordonius medicus haud contemnendus, qui binc à ducentis & octuaginta annis, vel 169 paulo plus, de eiusmodi cautelis mẽtionem facit; ita vt horum medicorum temporibus & fortasse multo antea, hæc puerfa cõsuetudo optimos quoque medicos torserit. Magis tñ laudandi fuissent, alioqui in artis operibus eximii, si contra prauam illam consuetudinem scripsissent, neque de quibusdam friuolis cautelis vrinarum mentione fecissent, & si illis cautelis callide ab vrinarũ latoribus dignosciturfexus: quas inquã cautelas postea male

Omnes licentia deteriores sumus. 166

Causa cur medici inceperunt vrinas a-grotorum in suis ædibus inspicere. 167

Quibus modis medici circulatoribus artium didere ipsi tradi lotia.

feriati medici auaritia plusquam sordidi illecti, in
linguam vulgarem transtulerunt, & occasionem
præbuerunt circulatoribus, tum medicastris, vt
plebem magis deluderent, & hominibus nimium
credulis callidius imponerent. EVLOG. Quid
non efficit sordidum illud lucrum, vt etiam coe-
gerit optimos quosque medicos huic stultiloquio
vrinæ fauere, & ita obnixe eius diuinationi adhę-
rere, vt etiam nunc plurimi inueniantur, qui hanc
vromantiam non solum admittunt, imo quidam
ex ipsis totos dies in iis cautelis versantur, quo
possent maiori commodo ac lucro lotia spectare.
Ego celebrem medicum noui, ante multos an-
nos, qui dudum mortuus est, etiam in Academia
haud vulgari, qui omni mane (*vt fide dignus mihi re-
tulit*), ex lotiis, quæ ad ædes eius inspicienda quo-
tidie apportabantur, plus quam sex flurenos nec
multo minus singulis diebus lucraretur. Adeo
dulce sordidum illud lucrum est, vt Vespasiãno
Imperatori, qui vectigal lotio imposuerat, nõ sor-
deret. Ita nec istis medicis illud lucrum, quamuis
ex inconstanti vrinæ iudicio, imo mendaciis ple-
rumque corrasum, sordet, licet sciãt eiusmodi in-
spectionem vrinæ reipublicæ pernitiosam esse, &
170 sæpe ægris periculosam, si ex tam fallaci iudicio re
media porrigunt. Propterea magis quam circum-
foranei incusandi sunt, quorum proprium est ple-
bi imponere. At docti palam potius errata sua cõ-
fiteri deberent, quæ in arte medica ab imposto
ribus exercentur, tum etiam corrigere, quam iis-
dem imposturis implicari, aliter à suis præceptori-
bus instructi. Hippocrates enim (*vt iam dictum est*)
neque Galenus aut veterum medicorum aliquis,
hoc modo vrinas in ædibus spectarunt. Ab hac
perdita vrinarum diuinatione & peruersa consue
tudine Italia libera est. BRVT. Nescio, v-
trum Italia ab eiusmodi inspectione vrinæ, quę ad
ædes medicorum deferuntur, omnino libera sit:
cum & Poggius Florentinus orator in facetiis suis
dicat morem esse in vrbe Roma, vt infirmi vrina
mittatur ad medicum. EVL. Sed qualem, non ad-
dis. scribit ibi de impostore: nam medicos probos
& doctos id nequaquam facere, nos Romæ agen-
tes vidimus. Quare audiamus ipsum Florentinum
Poggium loquentem; qui ita scribit: *Mos est in vr-
be Roma, vt infirmi vrina mittatur ad medicum, cum v-
no aut duobus argenteis nummis, vt consulat sanitati.*
Quidam medicus, quem ipse noui, varia noctę re
media morbis scribebat in scedulis (*quas receptas
vocant*) eas omnes ad sacculũ ponebat: mane cum
vrinæ ad eum referrentur, postulato remedio, ille
manum ponebat ad sacculum, casu quæ in manus
inciderat sumpturus, dicens inter capiendum pe-
tenti vulgaribus verbis, *Prega Dio telamandi bona*,
id est, *roga Deum vt fortiaris bona.* Misera eorum
conditio, quibus non ratio, sed fortuna opilaba-
tur. Eadem fere ferunt quidam, vt aliquando mi-
hi relatum est, de Empirico vroscopo tres tantum
171 formulas descriptas habenti: modo vnam, modo
duas vel omnes, post lotium inspectum præben-
ti, quæ ad Pharmacopœum deio ferebantur. At
vt eo reuertamur vnde digressi sumus, professo-
res ipsi, tum alii medici clarissimi in Academia Pa
tauina, aut in Booniensi admodum celebri, v-
rinas ad se illatas ne dignantur quidem inspicere,
& antiquam illam auctoritatem adhuc retinent,
vt nos spectaoimus, quod & Langius *epistola prima*
ad Lectorem testatur. PHIL. Vtinam & nostri me
dici hanc auctoritatem retinuissent, nunquam cir
cumforanei in artem medicam illotis pedibus ir-
ruissent: nam hæc sola causa est, quod ex hac falla
ci vrinæ diuinatione à vulgaribus pro medicis ha-
beantur & fidem apud eos consequantur (*licet im-
posturis*) quam per fraudes & mendacia tantum re-
tinent. Hoc malum à nostris inquam processit, &
nemo est qui huic malo obuiam eat, aut medea-
tur. Et ita (*vt ingeniosus artifex est venter*) apparet hãc
spectandi consuetudinem lotii, in ædibus medi-
corum ab auaris medicis ipsis inuentam esse, vt es-
set captandæ pecuniæ aucupium. Sic omnes sunt
ad fœdum quæstum propensi, vt bonam partem
resciodere necesse sit, si efficere volumus, quo mi-
nus profana & sacrilega consuetudo in medicina
exerceatur. EVL. Hinc fit Philiatre, vt tot vroman
tes medicos vbique inuenias: nulla ciuitas vel pa-
gus iis caret, quamuis pestilens sit hæc stulta vrinę
diuinatio, omnibus modis explodenda, quæ in ę-
dibus medicorũ passim adhuc exercetur, quæ hãc
artem, *vt paulo ante diximus*, contemptibilem &
coniecturalem fecit. BRVT. Quid aliud scribũt
vestri medici, quam artem medicã coniecturalem
esse, & ideo minus certam? PHIL. Illud non scri-
bunt Brute quãquam Medicina quandoque qua-
dam coniectura indigeat, ea tamen coniectura ar 172
te non caret, & ideo quoque *artificialis coniectura*
nominatur, quam neque idiotæ percipiunt; verũ
tantum ii, qui artem ipsam certa & vera methodo *Contra eos qui artem*
addiscunt, & recte etiam exercere possunt. Pro- *medicam*
pterea quanquam medicina ob errores, tum im- *incertam esse*
posturas maxime Empiricorum circumforaneo- *se volunt.*
rum, quibus in vrinarum inspectione vtuntur, ha
bita sit tanquam ars coniecturalis, artem non
infamem reddit, sed eos qui hac abutuntur. BRV.
Hac tamen ratione videtur vel maxime coniectu-
ralis, iuxta vestram hypothesim, cum diuinationẽ
ex vrina, quæ coniecturalis est & incerta, partem
medicinæ esse dixistis: nam si vnius vrinam ad di-
uersos mittamus, apud omnes non idem erit iudi-
cium, ideo oportet vt ars vestra plane sit incerta.
EVL. Hæc ad artem non sunt referenda, & si in-
spectiu vrinæ apud ægros, etiam pertineat ad *Se-
mioticen*, partem scilicet medicinę, reliqua signa ad
uertit medicus, & ad inuicem facta comparatio-
ne, certius iudicat medicus. At illa diuinatio ex v-
rinis in ædibus medicorum sæpe fallax est, & mul-
to magis apud vestros circulatores, quorum iudi-
cium nihil aliud est quã callida impostura, & ver-
borum captatio & extorsio, quæ nullo modo ad
partem medicinæ pertinet. Præter alias partes me-
dicina etiam alias artes quãplurimas sibi addiun-
ctas habet. Sed quibus scientiis vestri vroscopi in-
signiti sunt, optime Brute, & quas artes medicinæ
subiectas callent? BRVT. Eam ipsam, qua recte
vrinam speculantur. EVL. Hoc modo & cœca
mulier

mulier vrinam probe inspiceret, modo intellexe-
rit dolorem aliquem in latere adesse, iudicabit sta-
tim pleuritidem esse, siue is sit in parte exteriore
aut musculis, vel dolor circa hepar, lienem, renes
173 hæreat, id non considerant, cum omnis dolor la-
teris apud eas pleuritis erit. Hæc est egregia illa di-
uinatio, omnium impostorum tutissimus portus
in medicina. Ad hunc portum confugiunt bulla-
ti doctores, mulierculę pannosæ, ganeones, & qui
bonis suis emuncti sunt. quibus homines adeo cõ-
fidunt, licet quotidie ab illis decipiantur, sæpius-
que admoniti æque stupidi manent, tanquam de-

Circe.

mentati, & Circes poculo inebriati, vt socii Vlys-
sis in bestias commutãtur. BRVT. Id quod Em-
piricis circulatoribus obiicis, eo quod vrinam in-
spiciant in ædibus suis, id etiam non minus in ve-
stros medicos vroscopos detorquere possumus,
qui vrinæ diuinationi insistunt, & non minus quã
nostri insulsa ex vrina blaterant, garriunt atque in
epta loquuntur. EVLOG. Fatemur, quod lotia
in illis regionibus ob consuetudinem iam inna-
tam, & inueteratam, etiam in ædibus suis inspici-
unt, neque hoc laudamus, interea tamen alio mo-
do id faciunt, quam vestri circumforanei; absti-
nent ab illa fatua loquacitate, & ab imposturis,
dum lotia ita inspiciunt, & libere aliquando con-
fitetur præstantius esse ægrum videre, quam ita de
lotio solo iudicare. Insuper diligentiores medici
nostri hac in re se ostendunt, vt non pudeat eos
subinde de morbo ac statu ægri inquirere, ante-
quam ex lotio iudicent: quod si sciolos plebeios
homines nacti fuerint, qui ad interrogata ipsorũ
respondere non volunt, iis quoque medicamen-
ta nõ tam facile præscribunt, donec quid certi de
morbi essentia intelligant.

Medici doctis vrinam in ædib. suis inspicientes plurimũ adhuc differunt à circulatoribus & sycophantis.

Et licet hæc sint tolera-
biliora, nemo est ex iis qui non optaret hanc pes
simam consuetudinem abolitam esse, vt coram æ-
gris recte curationem instituere possent; licet ad-
174 hucin iis plebi obtemperent, multo tamen aliter
quam sycophantæ tui faciunt. Hi enim nullo ia-
cto (*vt aiunt*) fundamento hanc diuinationem te
merarie aggrediuntur, nec ab his, qui vrinam ad
eos ferunt, necessaria inquirunt, sed ea tantum re-
ferunt, quæ verbis aliorum captare possunt, atque
cæco vrinæ iudicio contenti, impostura quadam,
venena sua miseris mortalibus obtrudunt, & per
hominum mortes experimenta agunt. Ad hos au-
tem maxime simulachrum vromãtis à Langio a-
liquando descriptum, vere pertinet, quibus & Mo
ria pro Dea esse poterit.

Vromantis simulachrũ Lib. 2. epist. 92 epistola.

BRVT. Estne hoc desipe
re, cum diuites fiant? EVL. *Malepartum, male di-
labitur.* quæ.n. ex mendaciis, impostura, fraude,
corrasferunt, eadem fortuna vel meretriculis alen
dis vel in vestibus holosericis comparandis, vel
lusu aleæ, aut crebris potationibus, insumunt. qui
nullo modo cum medicis doctis cõferendi sunt:
nam & omnium rerum suarum rudes sunt, atque
ignari, tantum quæstus auidi, vt quid eos deceat,
non curent; quid famam perstringat, nesciant. I-
deo huic diuinationi sese tantum dedunt, cum re-
liquas partes medicinæ nunquam inspexerint;
nec ea inquirunt, dum lotia inspiciunt, quæ opti-
mus medicus nequaquam negligit. BRVT. Imò
in hoc diligentiores sunt, quã medici vestri! EVL.
Circa cautelas dixisse voluisses. Verum quid quę-
so Brute inquirerent, cum ne illud quidem pos-
sunt? Ignorant enim morborum differentias, &
horum causas, atque symptomata: quibus modis
igitur hæc, quæ nec cognita habent, probe inqui-
rent. Omnis dolor qui in ventre hæret, apud eos
colicus dolor erit. hic & pueri apud eos semper ver
mibus laborant, mulieres morbo vterino semper 175
afflictantur. Si tussim habeant ægri, pectus frigore
concretum diuinabunt, licet pleuritis pulmonia,
aut phthisis adfuerint. Si circa iuncturas quis do-
lorem sentiat, ex lotio diuinabunt Gallicam luem
esse: non aliter quam medicastræ vestræ chirurgi
am simul & medicinam factitantes, omnia vlcera
cancros appellant, quemadmodum nuper impo-
stor interrogatus, *quo morbo æger suus decumberet*, re-
spondit, *Non possum vernacula lingua explicare*, quam
uis Latinam non calleret. Habent igitur nostri me
dici in iis lotiis iudicandi aliquid prærogatiui ma-
gis interea quoque nobiscum sentient, vrinas ita
in ædibus suis inspectas, plus aliquando incom-
modi quam vtilitatis attulisse, dum ex iis medica-
menta præscripta fuere, & aliquando mortem pro
vita propinatam fuisse. propterea omnibus modis
nobiscum optabunt, quod vrinæ nunquam post-
hac in ædibus medicorum inspicerentur ob peri-
culum quod ex eiusmodi fallaci iudicio vrinæ cõ-
tingere posset. quod illud verum sit, spero nostrũ Phi-
liatrum id quoque demonstraturum. PHIL. Id
quidem sponte ac libentissime aggrediar, cum mi
nime dubitem aliquem esse bonum medicũ, qui
non veri studio capiatur, velletq; hanc partẽ me-
dicinæ nõ sane minimam, & reliquas alias omnes
partes, ab omni fraude ac impostura liberatum iri.
Nisi enim hæc prodigiosa diuinatio de vrinis quę
artem medicam non solum conjecturalem reddi
dit, sed omnibus imposturis nebulonum expositã
(*vt nunc fere ab omnibus contemnatur, vel ludibrio habe
atur*) nisi enim hæc, inquam futilis vromantia cor
rigatur, nunquam in pristinum statum reponetur
medicina. Et vt ingenue fatear, neque ego vnquã
id spero futurum, nisi hac extirpata opinione de
vrinis ad medicorum ædes deferendis. BRVT.
Quomodo autem eam extirpabitis non video,
& quibus modis demonstrabitis has inutiles esse
diuinationes, quæ adeo in consuetudinem ve 176
nerunt, vt multis sæculis vestri medici iisdem
quoque vtantur. PHIL. Scimus quidem an
nosos canes loro difficulter assuescere: attamen
inuestigabimus viros optimos, vt vna nobiscum
officium suum præstent, ægrosque vna nobiscum
admoueant multo præstantius esse vt eosdem
quotidie inuisamus & vrinam apud eos inspicia
mus: etsi hanc consuetudinem in totum aboleri
non poterimus; tamen laborabimus vt non solũ
hi errores, sed omnes alii qui vi quadam medici
nam occuparunt, quantum fieri potest, à nostra
professione auertamus, vt saltem eam ipsam
in

in meliorem formam redigamus. Et licet penes
multos incredibilis adsit potentia dirimendi o-
mnes errores, qui difficile ob multas caussas inter
se non consentiunt; attamen nostrum conatum
viri probi non vituperabunt. Interea nunc quan-
tum ad præsens negotium attinet, facile demon-
strabimus, multo esse vtilius, magisque necessari-
um, vrinas in ædibus ægrorum tantum inspicere,
omnibus aliis signis inter se comparatis, priori illa
consuetudine abrogata, licet longior præscriptio-
ne in tyrannidem mutata sit. EVL. Probe facies:
nam hæc solũ in te apparet inspectio vrinæ erro-
nea, cum non in arte, sed eius cultoribus error in-
sit.

CAP. II.

*Quam necessarium sit vrinas ægrorum, non amplius ad æ-
des medicorum spectandas transferre. sed quod ipsæ
in ædibus ægrorum tantum spectari
debeant.*

PHIL. Vel hanc solum ob caussam ô Euloge, v-
177 tile ac necessarium esse ob Empiricos circula-
tores, qui vrinæ diuinatione abutuntur, *vt iam di-
ximus* vrinas quæ spectandæ offeruntur, ab ædib.
nostris omnino depellere, nec alias, quam eas cõ-
siderare, quæ in ædibus ægrorum, eo modo, quo
dictum est, collectæ essent. Taceo nunc alias cau-
sas admodum perniciosas, quæ vel maxime nos vr-
gere debeant, ne eiusmodi fuco proximis impona
mus, qui illam confidentiam de medicis ceperũt,
quod ex eiusmodi diuinatione admodum fallaci
veritatem diuinare possent: quod plane falsissi-
mum est, vt nunc satis superque ostendimus. Etiã
certo scimus quod hominum affectus nequaquã
ex sola vrina prædicere possumus, cum & alia si-
gna sint consideranda apud ægrum ipsum, ante-
quam verum & rectum iudicium de ægrotanti-
bus pronuntiamus. EVL. Quid enim aliud est hęc
vrinę diuinatio, quam totam artem medicam nu-
dæ fortunæ committere? quæ vero modo in
hanc, modo in illam partem inclinat, & in alto ma
ri fluctuat mox submergenda. Quod si hæc impo-
stura tantum actorem læderet, tolerabilior forte
hæc res haberetur: verum cum plus lædat ægros,
quam iuuat & iis quoque imponit, qui huic stul- *Plebei totã*
tiloquio adeo confidunt, vt totam medicinam in *medicinã*
hac inani & inutili sæpe & periculosa coniectura *in stultilo-*
posuerint. Et idem sese (*vt antea meminimus*) omni *quio vrinæ*
officio probe functos arbitrantur, modo vrinas ę- *posuere.*
grotorum ad ædes medicorum deferant, tanquam
medicus omnia ex lotio diuinans, commoda de-
inde præscriberet remedia. Mox cum quilibet in
re seria nunc ludat, maxime ob auaritiam (*vt arbi-
tror*) ad quam quidam, imo plurimi natura incli-
nati sunt, postquam viderunt, quod vno atque al-
tero oblato nummulo, hoc est vno aut duobus stu
uerulis, tam vili inquam & sordido pretio, & me-
178 dicum consulere possint, & ab eodem simul me-
dicamenta ac remedia petere, quæ eisdem quo-
que describuntur: tibi tunc persuasum habent, sa-
tis iam omnia in ægri salutem perfecisse: quan-
quam paulo post, proh dolor, occasione præcela-
psa, quæ à posteriore parte calua est, & minus ar-
ripi potest, æger in deterius vergit, ita vt postea ne-
que curari possit, quantumuis medicus tunc vo-
cetur & præsens sit, quem tamen facile curasset, si
in principio eidem adfuisset. Adeo vt nescias, stul-
tos ne illos homines auaros, aut medicum quoq;
sordidum, & ad rem attentum accusare debeas:
hunc quod tam vili pretio plebi indocte acquie-
scat, & lotium pro duobus nummulis inspiciat,
nec cognito morbo, nec viribus ægri perspectis,
remedia potius lædentia quam iuuantia præscri-
bat: illos vero ne accito medico plus nummorum
impendant pro sanitate recuperanda. Videmus *In Auaros*
enim quosdam ita sordide auaros, vt si medicum *ægrotãtes*
ad se accerserent, & in illum vnum atque alterum *qui medicũ*
nummum expenderẽt, existimarent se plane ex- *non accer-*
hauriri: quanquam hi ipsi tres aut etiam plures *sunt.*
auri libras in commessationes profundere nõ gra-
uarentur: imo quandoque si ægrotauerint, in ster-
corarios medicos & impostores, quatuor aut
quinque auri pondera facile pessundabunt, vbi
medico licet peritissimo & in sua arte expertissi-
mo vix decem solidos numerarent. PHIL. Tam
iniquum hoc genus hominum est, tamque suæ sa-
nitatis negligẽs, vt nec sibi ipsi prodesse velit: quo-
modo igitur aliis proderit? Hinc quotidiana ex-
perientia exploratum habemus hos ipsos cum ob
auaritiam, tum ob ignorantiam suæ stultitiæ pœ-
nas luere, & sæpe in pernities quandoq; & mor-
tem inopinatam ruere. Aliis vero id pertinacia
quadam euenit, dum satis se functos officio pu- 179
tant, medico tantum vrinam semel per transennã
ostendisse: ita vt non sit dubitandum, quin deli-
ra hæc ac fatua diuinatio plurimis mortem attu-
lerit: qui forte non succubuissent, si medicus prę-
sto illis adfuisset. BRVT. Non tamen omnes
mortui sunt quorum vrinæ ad medicorum ædes
tantum illatæ sunt, & ex cuius inspectione medi-
camenta præscripta ac propinata sunt. Ideo non
est plane abroganda hæc diuinatio, quæ multis ab
hinc annis vsurpata est, vel saltem toleranda, quẽ-
admodum & vestri medici faciunt. PHIL. Quam-
uis ita sit, non dubito multos id inuite agere: non
tamen ob hoc medicorum negligentia inexcusa- *Medicorũ*
bilis existit, qui non solum nictantibus oculis er- *ad errores*
rores pertranseunt, verum etiam errabundæ mul *conniuen-*
titudini acquiescunt. Nec satis id est, quod in suo *tium negli-*
cœtu satis debacchantur in Empiricos & vrosco- *gentia inex*
pos, sed semper inter parietes permanet eorum *cusabilis.*
sermo, nec foras erumpit. Interea sese non respici-
unt, qui magis in noxa sunt, quam Empiricorum
vlius. Etenim omnis durat ad vltionem animad-
uersionemque malignitas. Atque nostrum est, &
si non animaduertere in malos, patefacere tamen
errores Sycophantarum; omnemque operam da-
re, ne nos ipsi iisdem imposturis & stultæ vrinarũ
inspectioni nimium acquiescamus; & saltem ad-
moneamus eos hac in re peccare, quod lotia ad ę-
des medicorum mittant, multoque felicius nos
curaturos ægros, si præsentes apud illos vrinas in-
spiciamus, & apta deinde remedia exhibeamus.
Quicunque enim hanc vrinæ inspectionem (*quæ
domi*

domi fit tantum apud vrofcopos, & ex medicina fundamentum non fortitur) fequatur, errores facile committet, & mirum in modum rempublicam aggrauabit, ita vt optandum effet, quod à medicis non amplius vfurparetur. BRVT. Hanc ipfam tamen tolerant medici veftri eximii, alioqui de cautelis vrinarum non fcripfiffent. PHIL. Caufam iam enarrauimus, cur de cautelis coacti fuerint fcribere. interea fcio quid dicere velis, & nos agnofcimus quorundam medicorum effugium & fubtilitatem, & cautelas, quibus in diiudicandis eiufmodi lotia vtantur, quodque etiã meticulofi fint ex hac tam fallaci vrinarum diuinatione aliquid remediorum vel medicamentorum præfcribere, cum de morbo hæfitent: tamen vt plebeis illis hominibus acquiefcant, præfcribunt fyrupum aliquem aut iulebum & præterea nihil: quæ fi non iuuerint, nocere tamen non poffunt, & fic exhibent pomũ, vt vulgo dicitur, quo ludere poffint. Quod fi forte cafu, *vt etiam contingere poteft*) illi curentur, illud egregium factum, vel potius infignis ille lufus, iifdem fyrupis afcribitur. Tamen cum multi fine medicis curantur: ita tamen curantur, vt natura eos iuuet abfque ope medicorum: fic & ifti, potius bona fua fortuna curantur à natura, & non à medico ipfo. BRVT. Si tu curationem velis afcribere naturæ, id tibi permitto, interim curãtur, dum ex lotio infpecto medicamenta qualiacunque illa fint, præfcribuntur. PHIL. Hoc tamen velis nolis concedas neceffum eft, periculofam effe medicamentorum præfcriptionem ex folius vrinæ diuinatione, viribus ægrorũ incognitis, quas vrina (*vt alias diximus*) oftendere non poffet. Quicumque igitur ex cæca illa coniectura fanguinem detrete iubet, vel purgationem præfcribit (*quæ duo maxima & generofa funt remedia medicorum*) in quibus fi medicus aberrauerit, nonne ægrum facile occidet, vel in maximum difcrimen coniiciet? BRVT. Poffum tamen numero plures proferre, qui cum pleuritide aut angina, aut alia febre acuta laborarent & vrinam ægrotantium ad medicum deferri iufferint, atque ex eiufdem iudicio, & fanguinem fuiffe detractum, & purgationem fuiffe exhibitam, & tamen iis remediis euafiffe. PHIL. Id & ego credo, cum medici interrogauerint de circumftantiis morbi, quo ægri detinerentur, dũ vrinas infpicerent, in quibus rebus plus prærogatiui quoque habent, quam tui circulatores: deinde cum intelligerent morbum adhuc principium habere & non diu incepiffe (*in quo vires valent, & minime deuicta effe folent*) hæc ipfa & confuluerant & recte peragenda iufferant: Tamen quotquot fumus medici, id ingenue fateri debemus, hæc ipfa cum minori periculo fieri folere, fi medicus p̃fens apud ægrum fuerit, & omnes indicationes mittendi fanguinem aut purgandi probe animaduerterit. Metuo autem & præftantiffimos medicos ab erroribus non effe immunes, qui folo infpecto lotio medicamenta præfcripferunt, quantum uis occulati fuerint; mihique perfuafum habeo aliquos effe extinctos, quos facile feruaffent fi in principio iifdem adfuiffent. Crede mihi, multos effe probos medicos qui dolent, quod hac perdita confuetudine in diiudicandis lotiis vti cogãtur, & magnopere optant, vt lotia ita ad ædes eorum allata nũquam infpicerent, cum fciant & palam profiteantur fepe apud plebem præftantius effe femel vidiffe ægrum, quam vigefies lotium eiufdem infpexiffe, ob periculofam coniecturam, fi ex ea fola pharmaca præfcribantur, vel exhibeantur. BRVT. Vidi tamen Empiricos meos ex vrinæ infpectione, non folum leuia remedia adhibuiffe, fed & vomitum procreaffe, & ventrem leniter euacuiffe, & fanguinem copiofe dimififfe, & plurimos ita curaffe. PHIL. Eos vero quos occiderint vel læferint, belle quidem omittis. Ego non miror naturam fortem, in quam inciderunt, & morbum & imperitum medicum fuperaffe, & medicamenta fortia defpexiffe. BRV. Perinde eft quid in meam cutem agatur, modo poffim curari: ego non tam facile ab Empiricis meis difcedam. PHI. Quanquam mea non refert quid in tuam cutem aut aliorum agatur, cum vnufquifque id quod libeat agere poffit, fed vtrum quæ illi liceant, ne fcio. & vtrum illa quæ agat, illi fiot vtilia, prius con fiderandum. & ideo tibi tum aliis qui hæc vel fimilia nobis obiiciunt, paucis refpondendum exiftimo, cum id noftræ profeffionis fit, vt medicinam ab impoftoribus defendamus, & abufus deteftemur, & qua poffimus diligentia explodamus eos res, qui in noftram præclariffimam artem irrepferunt. Quin te ipfum quoque harum rerum ignarum falfo nos deprehendentem, in rectam viam reducere ftudebimus, vt in pofterum ab Empiricorum impofturis tutus effe poffis. Quid enim aliud medici nomen in fe continet, quam vt languidos & ægrotos omni cura & diligentia ad fanitatem priftinam reducat; quod equidem non cafu fieri poteft, quod nimium vrinarum impofturis adhærent, atque ægros ne videre quidem vtile exiftimant. Quare hæc doctorum circulatorũ de vrinis coniectura, ftolida, inutilis, & perniciofa diuinatio eft. BRVT. Eodem modo & tuorum medicorum. PHIL. Id agnofcimus, fi iifdem impofturis fe implicant: & ideo omnibus modis nos optamus, vt ab ædibus noftris extirpari poffit. BR. Id equidem & nos credimus, cum hoc effet è re veftra, iam enim duos nummolos admodum viles vel vnum tantum ex vrinæ infpectione accipitis; vbi vero ad ægrum accederetis, ad minus quatuor plures ve, fingulis vifitationibus exigeretis, & hoc pretium vile exiftimatis, tanquam vobis fex pluresve pro quaque vice numerandi forent. EVL. Et tu fordide Brute non pluris æftimas fanitatem tuam? quæ neque auro comparanda eft. Interea cum nummis parcere ftudeas, & vrinam ad medicum tantum adferri cures, eo ipfo non accito, fanitatẽ quam optabas, cũ perdideris, tuæ auaritiæ facile pœnas dabis, vt aliquando obiiti cuidã euenit hic Delphis, qui cum lotium ad medicum alioqui doctum mififfet, cum tertiana febre intermittente laboraret, medicus purgationem p̃fcribit, quam æger fumpfit in paroxyfmo, & peffime ex medicamento fe habuit, & nimia anguftia oppref-

Margin notes (left): 180 — *Cafu quis curari poteft.* — *Medicamẽtorum præfcriptio ex folius vrinæ diuinatione, periculofa.* — 181
Margin notes (right): 182 — *Medici officium eft arguere impoftores, & errata in medico imperito, aut in medicina corrigere.*

posit, nec cæcus lumē admittere nec surdus audire: quare
neq; nos Bruti opiniōe offendemur, neq; eius ver
bis monebimur, quamuis nos male habeat & Bru
tum hunc & alios rudiores homines sæpius à cir-
culatorib. istis vroscopis circumuentos, ac pecu-
154 nia pridie emunctos, altero die aliis rursum fidem
dedisse, Hinc temeraria fama vulgi, multis erran-
tibus necandi homines impune occasionē tribu-
it. cum enim sycophantæ ob vnius sordidæ vrinæ
stultiloqnium, apud hos maioris auctoritatis, quā
optimi medici sint, præstigiatoribus quoq; his er-
randi & trucidandi maior licentia impune conce
ditur, cum ex vno vrinæ stultiloquio, ne dicā im-
Ex vno stultiloquio nunc multi repente fiūt medici.
postura quiuis repente fit medicus: Miranda her-
cle est vulgi inscitia, ne dicā insania quū vitæ suæ,
cuius omnes creaturæ sunt cupidissimæ, tædio ca-
pi videatur, quum eam committet Empiricu in-
sulsissimo, qui relicta arte sutoria, fabrili aut alia
quā toto vitæ tempore exercuit, ocii aut maioris
Simile.
lucri causa, tribus dieb. vromātia tantū imbutus,
fit medicus. Ad tales confluunt omnes. Nonne
stultū sine dubio diceremus, si quis graui pressus
siti ex limpido fonte, qui ei demonstrabatur, bibe
re nollet: sed ad riuulū se conferat limosum & ab
impuris animalibus non omnino tutum? An non
eodem modo stolidi iudicandi, cum medicos pe-
nes se habeant exercitatissimos, eos quærunt qui
Nihil est ineptius sanitatem à mulieribus petere cum doctissimi medici ad manum sint.
ne literas quidem vnquam inspexerunt? Nec vllo
modo ista ferenda est dementia vulgi, quod à mu-
lieribus, quibus ad res serias nihil est ineptius, sa-
nitatem expetant, ob id quod aliquot certorum
morborum medicamenta peculiaria se habere ia-
ctent, quæ aut à maritis vel aliis longo vsu potius,
quam aliqua arte ipsis tradita sunt: cum tamen iis-
dem nulla contigit eruditio, nulla experiētia, nul
lum iudiciū nisi mendax ab vrina incōstanti sum-
ptum. BRV. Imo talia plærumque habent reme-
155 dia leuia, licet non iuuent, tamen nocere non pos
sunt. PHI. Nonne stulta est illa medicatio & fru-
stranea, qua homo non iuuatur, ita vt occasio iu-
uandi etiam præterelabatur, vt postea æger curari
non possit? Cur non in principio medicū optimū
consulunt, vt statim sanari possint? Dic mihi ô in-
sulsissime Brute, *si calcei tibi disrupti sint numquid fa-
bro lignario consuendos eos trades? Si domus tua minetur
ruinam, ac eandem velis trabibus sustentari, nūquid hāc
rem committes calceario*? Hæc tamen cum vita com-
paranda non sunt. Si domus male sustentetur, ac
deinde rursum cadat, noua construi potest. Si cal-
cei male consuantur, nihil nisi corium destruitur.
At si in curando hominem delinquatur, hoc ad
ipsius interitum spectat. Non enim ars nostra me-
Si ars mechanica nō vno addiscitur anno, multo minus medicina cum grauissima exstat & multas ambages habeat.
dica præclarissima, quemadmodum reliquæ artes
mechanicæ, vno atq; altero anno addiscitur, imo
pluribus fit sutor, faber, textor, aut calcearius. Si
enim eiusmodi artes, quæ fere circa vnam & ean-
dem materiam versantur, pluribus annis addiscā-
tur, quanto magis ars medica, quæ circa materiam
nobilem & circa diuersas easque grauissimas am-
bages versatur, adeo vt felicissimi ingenii homo
sit oportet multisq; annis ei incumbat, idq; sedu-
lo, qui eam recte dignuscet, & sine periculo exer-
cebit: tu tamen adeo stupidus à circulatorib. fasci-
no obstrictos, vt existimes artem adeo difficilē vel
momento alicui imperitissimo instari posse. BR.
Quouis modo tamē inflectur, parum interest, mo-
do recte de vrinis diuinent. EVL. Laterem hic la-
uamus. & cæcis viam demonstramus Philiatre: nā
adeo caligantes oculos habent, vt vel media luce
cæcutiant, & mentem ita quidem obfuscatam sor
titi sunt, vt id quod rectum aut honestum sit, per-
spiciant numquam. Quis non rideret stultum
Iudæus cæcus impostor, vrinā inspiciens.
hoc genus hominum, qui vel cæco vrinam spe-
ctandam exhiberent, modo is de ea iudicare vel-
let? PHIL. Quanquam hoc esset ridiculum, refert
tamen Euritius Cordus hoc ipsum euenisse, de
quodam cæco Iudæo perfido & impostore, qui v-
rinas non sine magna admiratione hominum (*stul
torum vt arbitror*) inspiciebat. Hic totus holoserico
indutus instar simiæ purpuratæ (*quemadmodum nūc
nebulones auro, gemmis, annulis & purpura medicos mi-
rantur*) sellæ insidebat, & vrinas iudicabat, famu-
la omnia ei suggerente. EVL. Splendidus iste or-
natus vestium obfuscauit oculos credentium cæ-
co vrinas inspicienti. Quemadmodum vestis (*vt di
ci solet*) monachum non facit, ita nec medicū quā-
uis splendidissime vestibus ornetur: sæpissime e-
nim sub eiusmodi habitu ineptissimi homines &
præstigiatores latitāt. Non tamen hoc argumento
ostendere volumus, vt quisque sacco aut veste ci-
neritia induatur, cum, vt conditio exigit, vnusquis
que vestiendus sit. Dux & princeps aliter quam
plebeius, medico etiā debetur vestus decora, qua-
lē dignitas sua admittit. nequaquam vero, eiusmo 156
di sycophantis, qui tali ornatu student plebi impo
nere. PHI. Est ne dolendum rudiores hos homi-
nes, nimium credulos, vltro in retia horum impo-
storum ruere! quamuis tamen quotidiana exēpla
harum imposturarum videant, quib. minime do-
ctiores aut sapientiores euadunt. Sunt enim bru-
tis animalib. multo imperitiores, cum illa non mo
do sua commoda, verum & hostiū aduersa & sua
tela norunt & occasiones lædendi. Sic enim lacer-
ta à vipera læsa herbam quandam quæ in Italia
Pulcherrima historia de lacerta à vipera læsa.
Graliga vel *Gralega* dicitur, comedens vires recupe
rat, quod equidem casu obseruatū constat, vt mi-
hi à quodam Bononiēsi medico fide digno, cū in
alma Bononiensi academia admodū celebri stu-
dii causa agerem, relatum est: quam quidem histo
riam non minus vtilem quam lepidam hic referā.
Senex quidam, quondam circa fluminis ripam de
ambulans, forte fortuna videns lacertam cum vi-
pera dimicantē, humi sese prostrauit, vt pugnam
aptius, bestiis nō animaduertentib. specularetur.
Lacerta vtpote viribus infirmior ictu validissimo
à vipera sauciatur, adeo vt moribunda pedibus
cespitaret: verum paululum ad se rediens, per gra-
men longiusculum, vipera non vidēte, lacerta re-
psit per ripam fluminis ad herbam quandam in p
ximo ibi crescentē, qua equidē deuorata, vires ex
tempore primas recuperauit, atque denuo ad vi-
peram se conuertens, eandem non aliter q̄ antea,
adoritur. Sed vulneratur rursum à vipera ictu nō

minus

minus lethali vtrius. Mox lacerta denuo ad hanc herbam clam digreditur, vt viribus recuperatis atque refectis cum hoste capitali rursum congrederetur. Sed frustra: eodem enim modo, vtpote vipera lõge inferior, quo antea, excipitur. Animaduertens autem senex, non minus herbam ipsam, quã pugnam, demirabatur, & vt periculum faceret vtrum herba tales vires occultas & sublatentes in se complecteretur, eandem clanculo, dum lacerta iterum cum vipera pugnaret, radicitus euellit. La certa denuo saucia, ad herbam redit: quam cum in loco consueto non inueniret, statim occubuit atque expirauit. Senex vero huius herbæ vim expertus, medicis ea quæ viderat narrauit: Est ea nõ solum Bononiæ, verum etiam in Italiæ officinis satis nota, contra venenum, vermes & pestem celebratur, forte veteribus incognita quanquam nõ-
158 nulli hanc *Galegam* appellant: cuius fit mentio in Pandectis sub finem. Verum vt eo vnde digressi sumus, reuertamur, quid aliud nobis hæc historia insinuat, q̃ quod bruta animantia multo exactius ea quæ nocere possent fugiant, quam nostri idiotæ? & ea rursus amplecti norunt, quæ iuuare queunt. Ob hoc merito plebeii homines erubescent, ab impostoribus semel illusi, si denuo in eorum casses incidere (*vt Brutus noster*) non recusant. BRV. Quid ita? nos ne animalibus brutis comparas, cum tamen homines simus ac mente vtamur? PHI. Non comparamus te cum animalib. brutis, sed vt recta mente vtamini, animalia irrationabilia vobis proponimus imitanda, quæ suos hostes norunt, & ideo mala quantum possunt auertunt, id idem vt facias, docemus. Cum enim ex nostris dictis perceperis vrinæ iudicium incertum esse, & quomodo impostores huius diuinatione abutantur, & nimium creduli illis fidem habeant, à quib. quoque decipiuntur, ideo operam damus, ne vulgares ac nimium simplices homines, ad eorum imposturas denuo dilabantur, cum fraudes eorum iã satis detectæ sint. Nũc vero restat vt ostendamus, quam vtile & necessarium sit, vrinas in ædib. medicorum nõ inspicere, sed potius apud ægrotum, vt reliqua signa vna cum vrina diligenter animaduertantur, ad veram curationem inueniendam. BRV. Nescio quibus modis hoc præstare poteritis: cum enim nunc inspecto lotio apud medicum in ædibus suis, & vna medicamenta mihi præscribantur, vno aut altero nummo exposito, si medicus quotidie apud ægrum veniat, magno constabit, & sic malim mei vrinarum speculatoribus ad-
159 hærere, qui vilissimo precio semel inspecto lotio, nos etiam non occidant. EV. Modo non occidant. Interim si in granem morbum incideris, etiam inuitus medicum vocabis, vt eius præsentia recte cureris, quem nunc ad nauseam vsque auersaris, atque illum versiculum Græcum Amphionis Sicyonii poetæ tandem canes à medico docto curatus:

Sanitatis Encomium.

Μετὰ σεῖο μάκαιρα ὑγεία, τέθηλε πάντα
Καὶ λάμπει χαρίτων ἔαρ, σέθεν δὲ χωρὶς
Ουτις εὐδαίμων. id est,

O beata Sanitas te præsente amœnum
Gratiis ver floret, absq; te nemo beatus.

BRV. Quid facturus sim ignoro, quanquam prius lotium meum ad Epiricos mittam, vel etiam, ad vestros medicos, qui lotia quoque, inspiciunt, nũ hoc modo curari possem. Illud mihi permirum videtur, quod aliis nõ admittitis lotia in ædib. circulatorum esse inspicienda, cum vestri medici idem faciant. PHI. Hæc non prohibemus, sed instituimus docere præstantius esse vt lotia ad medicorum ædes contemplanda non mittantur, sed in ædibus ægrotorum spectentur. Fatemur etiam libenter nostros quoque medicos idem facere, quanquam hic abusus detestandus, ob multas ac varias causas vt declarabimus, vnde & hic error initium cœperit, & deinde in prauam consuetudinem peruenerit. BRV. Vereor tamen, nihil vos in hac re effecturos, & quod frustra iudicia vrinæ ex manibus vroscoporum excutietis, cum nec tui medici id permittent. EVL. Scimus graue hoc futurum: interea nemo doctus & exercitatus medicus, qui omnia nouit quæ ad medicinam faciendam spectant, hac in re nobis aduersabitur, si abusus conamur corrigere, qui paulatim in hanc partem iudiciariam irrepserunt, & ad verum vsum reuocare, 160
quo veteres olim ac medici præclarissimi vtebantur. Et quanquam falsæ opiniones animas hominum obsidentes, eos non modo surdos & cæcos reddunt, ita vt non facile rationibus nostris acquiescituri sint: tamen beneuolentia doctorum virorum fretus, cotis vice vna cum Philiatro fungemur, & si eo non deducantur Vromantes, vt omnino hoc stultiloquium vrinæ relinquant, erit tamen aliquid prodire tenus, si non datur vltra: & viri boni nostra voluntate saturabuntur. BRVT. Montes de sua sede moliri paratis. Agite vt libet, videbimus quid nouitatis adferetis.

ARGVMENTVM LIBRI III.

HOc Tertio libro Philiatrus & Eulogus Bruto rationem reddunt, vnde sit natus error inspiciendi lotia in ædibus medicorum, quæ incerta diuinatio agris maximum damnum intulit, & medicinam coniecturalem, & contemptibilem fecit. Propterea Bruto demonstrant, vrinas non esse spectandas in ædibus medicorum, nec eo transferendas, sed in ædibus ægrotantium præsente medico esse contemplandas. Mox docent neque ex hac sola inutili & inconstanti diuinatione, medicamenta esse præscribenda, nisi & ægrum prius viderit medicus, cum ex certis scopis & indicationibus curationes sumantur, non autem ex sola vrina fallaci inspectione. Postremo addunt neque lingua vulgari medicamenta esse præscribenda, ob errores qui inde nascuntur. Tandem vero concludunt Bruti quæstionem fuisse incultam, incertam, fallacem & inconstantem, vt Philiatrus ostendit, ac pronunciat penes Eulogum esse victoriam, qui vrinæ iudicium incertum esse sustinuerat, neque sufficiens fuisse ad omnem considerationem de morbu.

DE INCERTO VRInarum Iudicio Liber Tertius.

162

PETRO FORESTO Alcmariano Medico Auctore.

CAP. I.

Vnde error natus sit de vrina inspectione in edibus medicorum, qua incerta conectura existit, qua plus damni & periculi, quam vtilitatis, plerumque egro accedit, adeo vt medicinam, artem quidem praclarissimam, apud multos contemptibilem fecerit.

EVLOGVS, BRVTVS, PHILIATRVS.



PHILIATRVS. Ne quid igitur diei huius tam præclaræ nobis pereat, ad frugiferam, fructuosamque disputationem nostrã reuertamur, cum iam ostenderimus, quam inanem fidem idiotæ ponant in mendaciis circulatorum, qui sese iactabant omnia ex vrina posse diuinare. Quam falsum hoc sit, demum straimus, & quam male sibi consulant, qui eiusmodi confidẽtiam in re tam futili posuere, quos & nunc adhortabimur, ne amplius eiusmodi imposturis implicitis, delirent, sed potius econtrarium intendant, vt veriora semper sequantur. BRV. Quid hic spermologus dicere vult? numquid hactenus falsa sequuti sumus? an putas re solum rem multis annis, ac tenacibus vnguibus (*quod dici solet*) vsurpatã, in aliam à vulgari vsu consuetudinem posse transferre? PHI. Id quanquam solus facere non possum, non dubito alios quam plurimos optimos medicos vnius animi nobiscũ esse, qui & veri studio teneantur, & ex optimi medicinã ab erroribus aliquando purgari posse. BRV. Ergone inspectio vrinæ in se errorem continet? Quod si ita sit, ars vestra & manca, & pro mutila arte habebitur. PHI. Quanquam vrinarum inspectio in se errorem continere videatur, is non ad veram artem pertinet, sed ad eos qui hac parte medicinæ abutuntur. BRV. Vterque vestrum antea dixit vrinam incertam & fallacem esse, quæ & peritis medicis imponit. PHI. Verũ est, neque id negamus, cum vrina non tantum incerta sit, vt iam longo sermone demonstrauimus, neque opus est idem repetere, imo docuimus quod neque sit sufficiens ad considerationem de omnibus morbis: non tamen hunc esse errorem, quem putamus. Etenim vrina licet sit incerta, id aliunde venit vt diximus, & aliquam causam habet, quam considerandam esse etiam proposuimus, ne in errorem veniremus. Et si ex lotio inspecto decipiamur, tunc scimus quidem lotium incertum esse, vel eius iudicium, si mauis dicere, attamen ex causa aliqua præcedente, subinde etiã occulta, vt exemplum de peste posuimus. Cæterum errores de quibus hic loquimur, seu potius errata, intelligimus de iis quæ non in vrina, sed in medico sunt, ipsam vrinam inspiciente: dum scilicet lotia, quæ tamẽ multas ob causas incerta non sit, aliter de iisdẽ iudicat, quã iudicare debeat, vnde & lotii iudicio abutitur. Ideo cum optimus medicus omni diligentia veritati adhærere debeat, quod si non faciat, iam bis peccare videtur, quẽadmodum & illi, qui ad inueteratos errores conniuent, cum videantur consentire erroribus, & plebi, quæ facile erroribus impostorum implicatur, imo & sycophantis ipsis ad pernitiem aliorum, calcaria adiiciunt. Propterea neque optimus medicus publice errata sua confiteri erubescet, si forte ex vrinæ iudicio decipiatur, cũ multis modis decipi posset (*vt demonstratum est*) & huius deceptionis causam inquiret neque satis esse putabit, si lotium in ædib. spectasse suis, sed curabit, vel saltem admonebit, vt ægrorũ accedere possit, cum sæpius falsa & temeraria sit diuinatio ex vrina, si huius inspectio (*vt paulo post ostendemus*) apud ægrotos eo modo quo veteres fecerunt, nõ fiat. Atque ideo optandum est omnib. modis, ne hunc cõmunem modum medicorum sequamur, qui huic diuinationi, (*proh dolor*) plus tribuunt quã ferre possit. Atque hic error multos non solũ à recta via aberrare fecit, sed & conscientiæ cauterium inflixit, quod præter mentem cum multitudine errare maluerint, quam cum paucis ab hoc stultiloquio abstinere, vel saltem ab imposturis sese cauere, simplices admonendo non satis esse vrinam inspexisse, sed ægros quoq; videre admodum necessarium esse: & ita publicis peccatis nequaquam cõniuere oportet, aut iusiurandum quod Deo ac Musis præstitum est, violare. Quod equidem licet ad professores, maxime pertineat, nostamẽ noxios rei pub. errores minime silẽtio preterire debemus, ne, circumforaneis illis atque circulatoribus ansam imponendi magis magisq; præbeamus: propterea non desistemus indoctam plebeculam admonere, quã periculosum sit ex solo vrinæ iudicio rã incerto, ægro nõ viso, medicamẽta præscribere. Hęc omnia, *inquam*, nos errores seu errata vocamus, quã paulatim in medicinam irrepserunt, non tantum illa, quæ circumforanei vestri analphabeti ex lotii diuinatione perpetrãt, sed ea quæ nonnulli quoq; medici & medicinæ titulo decorati, dum lotia in ædib. suis inspiciunt, cõmittunt, & iisdẽ imposturis, vt cæteri vromantes, implicãtur. BRV. Quæ igitur fuit causa, (*quam & nobis pollicitus eras explicare*) ob quã medici tui, hanc quoq; cõmunem consuetudinẽ inspiciendi lotia in æd.b suis, à multis annis vsurpatam, amplexi sunt? & in ea adhuc perseuerant, vt etiam lotia quæcumq; ad eos feranitur, in ædib. suis, non cognito sæpe nec viso ægro, similiter inspiciunt? PHI. Hæc ipsa videntur diuersam habuisse causam. Nam quidam à plebeis hunc errorem cœpisse arbitrantur, quod & Memmius quidã nuper scripsit. Vulgus semper Principum in republ. veluti simia, Veterum laudabilem vrinę intuitum considerãs, qui prospero fiebat successu, quod eorum examinatis ægris, essentiam morbi, ex iis quæ apparebant, & ratione insecuti collegerint, vnde velut vltronea prouenit curatio, credidit ilico talẽ curationis euentum, vrinis esse ascribendum. Nã rationis expers, cuius virtute veteres omnesq; dogma-

Vnus non potest corrigere errata, qua in artem medicam irrepsere.

164

Qui ad inueteratos errores conniuent, plurimum peccant.

165

Vnde error natus sit de vrina inspectione in ædibus medicorum.

dogmatici medicinam peragunt, quæ oculus cernit solum iudicat, nihil ratiune adiutus. Qua de causa veteres in rebus euidentibus æmulatus, vrinas inscrutari cœpit. Ad quod accessit de vrinis, remediisque pariter in lingua vernacula conscriptio. Huic paulatim accreuit audacia, quod quæ teotarunt, fecere impune. Nam omnes licentia (*vt ait Terentius*) deteriores sumus. Vnde tandem vsq; adeo hominum ingeniis imbuta est hæresis, vt æ-

Omnes licentia deteriores sumus.

166 gre extirpari queat. BRVT. Hæc vero causa videtur pertinere ad circumforaneos, qui ita paulatim peruenerunt in cognitionem eius partis medicinæ, quæ de vrinis iudicat. PHIL. Recte ais Brute: quanquam iis primum ansam dederunt frogi illi scriptores, qui medicinam mutauere, quo quisque vt quadam Thaide, citra vllum discrimen abutatur, ita vt nunc diuinã hanc professionem quilibet impostor, vel temulenta obstetrix, vel impudica meretrix, aut impurus ganeo ex illis libris lingua vernacula scriptis exercere posset, sumpto initio ab vrinæ inspectione, adeo fallaci, q̃ mortẽ sæpe pro salute propinat. BR. Ad q̃d igitur medici tui, qui adeo sinceri ac pii videri volunt, hunc errorem, quem forte & primo ante impostores inuexerunt, simul quoque cum Empiricis nostris exercent, & sese huic inspectioni inani ac futili (*vt vos dicitis*) subiiciunt? quã & hæresim esse velis. PHIL. Imo maxima hęresis est in medicina tam præclara arte, quam veteres vitabant. Verum quæ fuerit cã, quæ medicos nostros adegerit ad vrinæ inspectionem in suis ædibus, hanc ego, quã præcipuam existimo esse causam, nunc declarabo. Postquam enim plebeii homines (vt iam diximus) putarent curationem ex lotii inspectione procedere, arbitrati sunt totam medicinæ artem etiam ex eadem inspectione pendere. Hinc quoque satis suo officio functos sese arbitrabantur, si modo vrinas ad medicorum ædes detulissent: hoc enim peracto nihil reliqui superesse, quod in rem ęgri foret, existimabant, cum medicum ex eiusdem lotii inspectione & morbum & locum affectum dignoscere crederent, quodque etiam simul opportuna remedia ex ea p̃scribere posset: adeo vt putarent, quod medicus ex solo lotio non tantum morbos

Causa cur medici inceperunt vrinas ægrotorum in suis ædibus inspicere.

167 prædiceret, sed vires ægrotantium, & (*vt vno verbo complectar*) simul omnia, quæ ad totius medicinæ artem pertinent, perfecte agnosceret. Persuasum etiam sibi habebant vulgares, quod quilibet, etiã mulier, hæc ex libris lingua vernacula descriptis de vrinis, tum de remediis, facile addiscerent & subito doctores euaderent. Hanc quoque ob causam omnes medicos esse putabant, qui vrinas inspicerent, licet multi ex iis essent, qui relicta mechanica arte, hoc modo medicinã facerent. Hinc prima totius mali origo, quæ magis magisq; radices egit, donec tyrannidem occuparet (*nam mos vt pote malus vere Tyrannus est,*) quasi certa lex posita esset, quam immutare non possemus, quemadmodũ fraterculi à capitulo suo. Cõsueuimus (*vt aiũt*) nunquam discedere volunt, etiã si meliora proponerentur: & eo vsq; p̃cessit malum, vt nõ solum pauperes sed & diuities lotia sua ad medicorum quoq; ædes deferri curarẽt, si in morbum aliquem incidissent, aut valetudinarii essent. Quo factum est, vt via etiam aperta sit sycophantis, agyrtis & p̃stigiatoribus. dum cautelas vrinarum medici parã facerent, subito facti sunt medici. etiã circulatores ipsi, ita vt in inspiciendis lotiis vulgi quoque iudicio optimos quosq; medicos anteuerterent. tantum possunt cautelę & imposturæ, quibus egregie imbuti fuere: ita vt hi quoque principatum in eiusmodi strophis obtinuerint. Huic diuinationi & vromantiæ vnice operam dederunt atque omnes vires intenderunt, qua industria & qua diligentia cautelas illas vrinarum perdiscerent, quibus paulatim & suas imposturas atque fraudes adiunxerunt, ita vt simpliciores mortales indies magis magisque dementarint, adeo vt quidam ex vrinarum

Quibus modis medici circulatores vrb ansam dedere vt spectandi lotia.

mendaciis ditissimi euaserint, quanquam plures 168
p̃lerrim circumforanei & agyrtę occiderint, quam curauerint, cum præter imposturas eiusmodi impetit vroscopi nullam aliã artem haberent. Cum autem optimi quidam medici animaduerterent, hanc stultam & plane inutilem de vrinis spectandis consuetudinem, maximum progressum haberet, multi (*vt credo*) auaritia illecti, veterem illum modum, cum lotia prius nisi apud ægrotos spectarent, paulatim reliquerunt, & hanc consuetudinem, licet malignam, tandem susceperunt: quidam vero & inuiti (*vt non dubito*) eo deducti, ne sine praxi vacui ac occisi haberentur. Existimo aliquos etiam fuisse coactos, qui ita diuites non essent, vt vitam sustentare possent, si ita vrinas allatas, vt inspicerentur, ab ædibus suis ad alios, qui id libenter faciunt, ablegarent: & ita lotia inspexere, & ex eis medicamenta præscripsere, quæ tameo causam mortis sæpe præbuere, præsertim vroscopis circulatoribus magis quam circumspectis medicis, temerarie medicamenta præscribentibus. Adeo deinceps maiori licentia accreuit hoc malum; instar hydræ, capite vno detruncato plura emerserunt, & virus suum in plurimos exspuit, adeo vt viribus Herculeis opus sit, vt medicina in ordinem redigatur: nam & Medici quoque docti, non solum hanc cõsuetudinem amplexi sunt, verum etiam quidam ex iis non infimæ notæ de cautelis vrinarum tractatus composuere, vt magis stulidæ plebeculæ opinioni indulgerent, ita vt nõ solum sycophantis ansam dederint, sed etiam plebem in hac falsa opinione retinuerint. Appellauerunt vero cautelas honestiore vocabulo, quas & viri docti ob malam consuetudinem, cui etiam indulgebant, describere coacti fuere, & inter cæteros etiam Gordonius medicus haud contemnendus, qui hinc à ducentis & octuaginta annis, vel 169
paulo plus, de eiusmodi cautelis mẽtionem facit; ita vt horum medicorum temporibus & fortasse multo antea, hæc puersa cõsuetudo optimos quoque medicos torserit. Magis tñ laudandi fuissent, alioqui in artis operibus eximii, si contra prauam illam consuetudinem scripsissent, neque de quibusdam friuolis cautelis vrinarum mentionẽ fecissent. & si illis cautelis callide ab vrinarũ latoribus dignuscitur sexus: quas inq̃ cautelas postea male

feriati medici auaritia plusquam fordidi illecti, in linguam vulgarem translulerunt, & occasionem præbuerunt circulatoribus, tum medicastris, vt plebem magis deluderent, & hominibus nimium credulis callidius imponerent. EVLOG. Quid non efficit fordidum illud lucrum, vt etiam coegerit optimos quosque medicos huic stultiloquio vrinæ fauere, & ita obnixe eius diuinationi adhærere, vt etiam nunc plurimi inueniantur, qui hanc vromantiam non solum admittunt, imo quidam ex ipsis totos dies in iis cautelis versantur, quo possent maiori commodo ac lucro lotia spectare. Ego celebrem medicum noui, aute multos annos, qui dudum mortuus est, etiam in Academia haud vulgari, qui omni mane (*vt fide dignus mihi retulit*), ex lotiis, quæ ad ædes eius inspicienda quotidie apportabantur, plus quam sex florenos nec multo minus singulis diebus lucraretur. Adeo dulce fordidum illud lucrum est, vt Vespasiano Imperatori, qui vectigal lotio imposuerat, nõ forderet. Ita nec istis medicis illud lucrum, quamuis ex inconstanti vrinæ iudicio, imo mendaciis plerumque corrasum, fordet, licet sciat eiusmodi inspectionem vrinæ reipublicæ perniciosam esse, &
170 sæpe ægris periculosam, si ex tam fallaci iudicio remedia porrigunt. Propterea magis quam circumforanei inculandi sunt, quorum proprium est plebi imponere. At docti palam potius errata sua cõfiteri deberent, quæ in arte medica ab impostoribus exercentur, tum etiam corrigere, quam iisdem imposturis implicari, aliter à suis præceptoribus instructi. Hippocrates enim (*vt iam dictum est*) neque Galenus aut veterum medicorum aliquis, hoc modo vrinas in ædibus spectarunt. Ab hac perdita vrinarum diuinatione & peruersa consuetudine Italia libera est. BRVT. Nescio, vtrum Italia ab eiusmodi inspectione vrinæ, quæ ad ædes medicorum deferuntur, omnino libera sit: cum & Poggius Florentinus orator in facetiis suis dicat morem esse in vrbe Roma, vt infirmi vrina mittatur ad medicum. EVL. Sed qualem, non addis, scribit ibi de impostore: nam medicos probos & doctos id ne quaquam facere, nos Romæ agentes vidimus. Quare audiamus ipsum Florentinum Poggium loquentem; qui ita scribit: *Mos est in vrbe Roma, vt infirmi vrina mittatur ad medicum, cum vno aut duobus argenteis nummis, vt consulat sanitati.* Quidam medicus, quem ipse noui, varia nocere media morbis scribebat in scedulis (*quas receptas vocant*) eas omnes ad sacculũ ponebat: mane cum vrinæ ad eum referrentur, postulato remedio, ille manum ponebat ad sacculum, casu quæ in manus inciderat sumpturus, dicens inter capiendum petenti vulgaribus verbis, *Prega Dio te la mandi bona*, id est, *roga Deum vt fortiaris bona.* Misera eorum conditio, quibus non ratio, sed fortuna opilabatur. Eadem fere ferunt quidam, vt aliquando mihi relatum est, de Empirico vroscopo tres tantum
171 formulas descriptas habenti: modo vnam, modo duas vel omnes, post lotium inspectum præbenti, quæ ad Pharmacopœum dein ferebantur. At vt eo reuertamur vnde digressi sumus, professores ipsi, tum alii medici clarissimi in Academia Patauina, aut in Bononiensi admodum celebri, vrinas ad se illatas ne dignantur quidem inspicere, & antiquam illam anctoritatem adhuc retinent, vt nos spectauimus, quod & Langius *epistola prima* ad Lectorem testatur. PHIL. Vtinam & nostri me dici hanc auctoritatem retinuissent, nunquam circumforanei in artem medicam illotis pedibus irruissent: nam hæc sola causa est, quod ex hac falla ci vrinæ diuinatione à vulgaribus pro medicis habeantur & fidem apud eos consequantur (*licet imposturis*) quam per fraudes & mendacia tantum retinent. Hoc malum à nostris inquam processit, & nemo est qui huic malo obuiam eat, aut medeatur. Et ita (*vt ingeniosus artifex est venter*) apparet hãc spectandi consuetudinem lotii, in ædibus medicorum ab auaris medicis ipsis inuentam esse, vt esset captandæ pecuniæ aucupium. Sic omnes sunt ad fœdum quæstum propensi, vt bonam partem rescindere necesse sit, si efficere volumus, quo minus profana & sacrilega consuetudo in medicina exerceatur. EVL. Hinc fit Philiatre, vt tot vromantes medicos vbique inuenias: nulla ciuitas vel pagus iis caret, quamuis pestilens sit hæc stulta vrinæ diuinatio, omnibus modis exploden da, quæ in ædibus medicorũ passim adhuc exercetur, quæ hãc artem, *vt paulo ante diximus*, contemptibilem & coniecturalem fecit. BRVT. Quid aliud scribũt vestri medici, quam artem medicã coniecturalem esse, & ideo minus certam? PHIL. Illud non scribunt Brute quãquam Medicina quandoque quadam coniectura indigeat, ea tamen coniectura ar 172 te non caret, & ideo quoque *artificialis coniectura* nominatur, quam neque idiotæ percipiunt; verũ tantum ii, qui artem ipsam certa & vera methodo addiscunt, & recte etiam exercere possunt. Propterea quanquam medicina ob errores, tum imposturas maxime Empiricorum circumforaneorum, quibus in vrinarum inspectione vtuntur, habita sit tanquam ars coniecturalis, artem non infamem reddit, sed eos qui hac abutuntur. BRV. Hac tamen ratione videtur vel maxime coniectutalis, iuxta vestram hypothesim, cum diuinationẽ ex vrina, quæ coniecturalis est & incerta, partem medicinæ esse dixistis: nam si vnius vrinam ad diuersos mittamus, apud omnes non idem erit iudicium, ideo oportet vt ars plane fit incerta. EVL. Hæc ad artem non sunt referenda, & si inspectiu vrinæ apud ægros, etiam pertineat ad *Semioticen*, partem scilicet medicinę, reliqua signa ad uertit medicus, & ad inuicem facta comparatione, certius iudicat medicus. At illa diuinatio ex vrinis in ædibus medicorum sæpe fallax est, & multo magis apud vestros circulatores, quorum iudicium nihil aliud est quã callida impostura, & verborum captatio & extorsio, quæ nullo modo ad partem medicinæ pertinet. Præter alias partes medicina etiam alias artes quãplurimas sibi addiunctas habet. Sed quibus scientiis vestri vroscopi insigniti sunt, optime Brute, & quas artes medicinæ subiectas callent? BRVT. Eam ipsam, qua recte vrinam speculantur. EVL. Hoc modo & cœca mulier

Contra eos qui artem medicam incertam esse volunt.

mulier vrinam probe inspiceret, modo intellexe-
rit dolorem aliquem in latere adesse, iudicabit sta-
tim pleuritidem esse, siue is sit in parte exteriore
aut musculis, vel dolor circa hepar, lienem, renes
173 hæreat, id non considerant, cum omnis dolor la-
teris apud eas pleuritis erit Hæc est egregia illa di-
uinatio, omnium impostorum tutissimus portus
in medicina. Ad hunc portum confugiunt bulla-
ti doctores, mulierculę pannosæ, ganeones, & qui
bonis suis emuncti sunt. quibus homines adeo cõ-
fidunt, licet quotidie ab illis decipiantur, sæpius-
que admoniti æque stupidi manent, tanquam de-

Circe.

mentati, & Circes poculo inebriati, vt socii Vlys-
sis in bestias commutãtur. BRVT. Id quod Em-
piricis circulatoribus obiicis, eo quod vrinam in-
spiciant in ædibus suis, id etiam non minus in ve-
stros medicos vroscopos derorquere possumus,
qui vrinæ diuinationi insistunt, & non minus quã
nostri insulsa ex vrina blaterant, garriunt atque in
eptal oquuntur. EVLOG. Fatemur, quod lotia
in istis regionibus ob consuetudinem iam inna-
tam, & inueteratam, etiam in ædibus suis inspici-
unt, neque hoc laudamus, interea tamen alio mo-
do id faciunt, quam vestri circumforanei; absti-
nent ab illa fatua loquacitate, & ab imposturis,
dum lotia ita inspiciunt, & libere aliquando con-
fitẽtur præstantius esse ægrum videre, quam ita de

Medici docti vrinam in ædib. suis inspicientes plurimũ adhuc differunt à circulatoribus & sycophantis.

lotio solo iudicare. Insuper diligentiores medici
nostri hac in re se ostendunt, vt non pudeat eos
subinde de morbo ac statu ægri inquirere, ante-
quam ex lotio iudicent: quod si sciolos plebeios
homines nacti fuerint, qui ad interrogata ipsorũ
respondere non volunt, iis quoque medicamen-
ta nõ tam facile præscribunt, donec quid certi de
morbi essentia intelligant. Et licet hæc sint tolera-
biliora, nemo est ex iis qui non optaret hanc pes
simam consuetudinem abolitam esse, vt coram ę-
gris recte curationem instituere possent; licet ad-
174 hucin iis plebi obtemperent, multo tamen aliter
quam sycophantæ tui faciunt. Hi enim nullo ia-
cto (*vt aiunt*) fundamento hanc diuinationem te
merarie aggrediuntur, nec ab his, qui vrinam ad
eos ferunt, necessaria inquirunt, sed ea tantum re-
ferunt, quæ verbis aliorum captare possunt, atque
cæco vrinæ iudicio contenti, impostura quadam,
venena sua miseris mortalibus obtrudunt, & per

Vromantis simulachrũ Lib.2.epist. gt. epistola.

hominum mortes experimenta agunt. Ad hos au-
tem maxime simulachrum vromãtis à Langio a-
liquando descriptum, vere pertinet, quibus & Mo
ria pro Dea esse poterit. BRVT. Est ne hoc desipe
re, cum diuites fiant? EVL. *Male partum, male di-*
labitur. quæ.n. ex mendaciis, impostura, fraude,
corrasetunt, eadem fortuna vel meretriculis alen
dis vel in vestibus holosericis comparandis, vel
lusu aleæ, aut crebris potationibus, insumunt. qui
nullo modo cum medicis doctis cõferendi sunt:
nam & omnium rerum suarum rudes sunt, atque
ignari, tantum quæstus auidi, vt quid eos deceat,
non curent; quid famam perstringat, nesciant. I-
deo huic diuinationi sese tantum dedunt, cum re-
liquas partes medicinæ nunquam inspexerint;
uec ea inquirunt, dum lotia inspiciunt, quæ opti-
mus medicus nequaquam negligit. BRVT. Imo
in hoc diligentiores sunt, quã medici vestri! EVL.
Circa cautelas dixisse voluisses. Verum quid quę-
so Brute inquirerent, cum ne illud quidem pos-
sunt? Ignorant enim morborum differentias, &
horum causas, atque symptomata: quibus modis
igitur hæc, quæ nec cognita habent, probe inqui-
rent. Omnis dolor qui in ventre hæret, apud eos
colicus dolor erit. sic & pueri apud eos semper ver
mibus laborant, mulieres morbo vterino semper 175
afflictantur. Si tussim habeant ægri, pectus frigore
concretum diuinabunt, licet pleuritis pulmonia,
aut phthisis adfuerint. Si circa iuncturas quis do-
lorem sentiat, ex lotio diuinabunt Gallicam luem
esse: non aliter quam medicastræ vestræ chirurgi
am simul & medicinam factitantes, omnia vlcera
cancros appellant, quemadmodum nuper impo-
stor interrogatus, *quo morbo æger suus decumberet*, re-
spondit, *Non possum vernacula lingua explicare*, quam
uis Latinam non calleret. Habent igitur nostri me
dici in iis lotiis iudicandi aliquid prætogatiui ma-
gis interea quoque nobiscum sentient, vrinas ita
in ædibus suis inspectas, plus aliquãndo incom-
modi quam vtilitatis attulisse, dum ex iis medica-
menta præscripta fuere, & aliquando mortem pro
vita propinatam fuisse. propterea omnibus modis
nobiscum optabunt, quod vrinæ nunquam post-
hac in ædibus medicorum inspicerentur ob peri-
culum quod ex eiusmodi fallaci iudicio vrinæ cõ-
tingere posset. ꝙ illud verum sit, spero nostrũ Phi-
liatrum id quoque demonstraturum. PHIL. Id
quidem sponte ac libentissime aggrediar, cum mi
nime dubitem aliquem esse bonum medicũ, qui
non veri studio capiatur, velletq; hanc partẽ me-
dicinæ nõ sane minimam, & reliquas alias omnes
partes, ab omni fraude ac impostura liberatum iri.
Nisi enim hæc prodigiosa diuinatio de vrinis quę
ártem medicam non solum coniecturalem reddi
dit, sed omnibus imposturis nebulonum expositã
(*vt nunc fere ab omnibus contemnatur, vel ludibrio habe*
atur) nisi enim hæc, inquam futilis vromantia cor
rigatur, nunquam in pristinum statum reponetur
medicina. Et vt ingenue fatear, neque ego vnquã
id spero futurum, nisi hac extirpata opinione de
vrinis ad medicorum ædes deferendis. BRVT.
Quomodo autem eam extirpabitis non video,
& quibus modis demonstrabitis has inutiles esse
diuinationes, quæ adeo in consuetudinem ve 176
nerunt, vt multis sæculis vestri medici iisdem
quoque vtantur. PHIL. Scimus quidem an
nosos canes loro difficulter assuescere: attamen
inuestigabimus viros optimos, vt vna nobiscum
officium suum præstent, ægrosque vna nobiscum
admoueant multo præstantius esse vt eosdem
quotidie inuisamus & vrinam apud eos inspicia
mus: etsi hanc consuetudinem in totum aboleri
non poterimus; tamen laborabimus vt non solũ
hi errores, sed omnes alii qui vi quadam medici
nam occuparunt, quantum fieri potest, à nostra
professione auertamus, vt saltem eam ipsam
in

in meliorem formam redigamus. Et licet penes multos incredibilis adsit potentia dirimendi omnes errores, qui difficile ob multas caussas inter se non consentiunt, attamen nostrum conatum viri probi non vituperabunt. Interea nunc quantum ad præsens negotium attinet, facile demonstrabimus, multo esse vtilius, magisque necessarium, vrinas in ædibus ægrorum tantum inspicere, omnibus aliis signis inter se comparatis, priori illa consuetudine abrogata, licet longior præscriptione in tyrannidem mutata sit. EVL. Probe facies: nam hac solū in re apparet inspectio vrinæ erronea, cum non in arte, sed eius cultoribus error insit.

CAP. II.

Quam necessarium sit vrinas ægrorum, non amplius ad ædes medicorum spectandas transferre. sed quod ipsæ in ædibus ægrorum tantum spectari debeant.

PHIL. Vel hanc solum ob caussam ô Euloge, vtile ac necessarium esset ob Empiricos circula-
177 tores, qui vrinæ diuinatione abutuntur, *vt iam diximus.* vrinas quæ spectandæ offeruntur, ab ædib. nostris omnino depellere, nec alias, quam eas cōsiderare, quæ in ædibus ægrorum, eo modo, quo dictum est, collectæ essent. Taceo nunc alias caussas admodum pernitiosas, quæ vel maxime nos vrgere debeant, ne eiusmodi fuco proximis imponamus, qui illam confidentiam de medicis ceperūt, quod ex eiusmodi diuinatione admodum fallaci veritatem diuinare possent: quod plane falsissimum est, vt nuoe satis superque ostendimus. Etiā certo scimus quod hominum affectus nequaquā ex sola vrina prædicere possimus, cum & alia signa sint consideranda apud ægrum ipsum, antequam verum & rectum iudicium de ægrotantibus pronuntiamus. EVL. Quid enim aliud est hęc vrinę diuinatio, quam totam artem medicam nudæ fortunæ committere? quæ vento modo in hanc, modo in illam partem inclinat, & in alto mari fluctuat mox submergenda. Quod si hæc impostura tantum actorem læderet, tolerabilior forte hæc res haberetur: verum cum plus lædat ægros, quam iuuat & iis quoque imponit, qui huic stultiloquio adeo confidunt, vt totam medicinam in hac inani & inutili sæpe & periculosa coniectura posuerint. Et ideo sese (*vt antea meminimus*) omni officio probe functos arbitrantur, modo vrinas ęgrorum ad ædes medicorum deferant, tanquam medicus omnia ex lotio diuinans, commoda deinde præscriberet remedia. Mox cum quilibet in re seria nunc ludat, maxime ob auaritiam (*vt arbitror*) ad quam quidam, imo plurimi natura inclinati sunt, postquam viderunt, quod vno atque altero oblato nummulo, hoc est vno aut duobus stu-
178 fetulis, tam vili inquam & sordido pretio, & medicum consulere possint, & ab eodem simul medicamenta ac remedia petere, quæ eisdem quoque describuntur: tibi tunc persuasum habent, satis iam omnia in ægri salutem perfecisse: quanquam paulo post, proh dolor, occasione præterlapsa, quæ à posteriore parte calua est, & minus arripi potest, æger in deterius vergit, ita vt postea neque curari possit, quantumuis medicus tunc vocetur & præsens sit, quem tamen facile curasset, si in principio eidem adfuisset. Adeo vt nescias, stultos ne istos homines auaros, aut medicum quoq; sordidum, & ad rem attentum accusare debeas: hunc quod tam vili pretio plebi indoctæ acquiescat, & lotium pro duobus nummulis inspiciat, nec cognito morbo, nec viribus ægri perspectis, remedia potius lædentia quam iuuantia præscribat: illos vero ne accito medico plus nummorum impendant pro sanitate recuperanda. Videmus enim quosdam ita sordide auaros, vt si medicum ad se accerserent, & in illum vnum atque alterum nummum expenderēt, existimarent se plane exhauriri: quanquam hi ipsi tres aut etiam plures auri libras in commessationes profundere nō grauarentur: imo quandoque si ægrotauerint, in stercorarios medicos & impostores, quatuor aut quinque auri pondera facile pessundabunt, vbi medico licet peritissimo & in sua arte expertissimo vix decem solidos numerarent. PHIL. Tam iniquum hoc genus hominum est, tamque suæ sanitatis negligēs, vt nec sibi ipsi prodesse velit: quomodo igitur aliis proderit? Hinc quotidiana experientia explotatum habemus hos ipsos cum ob auaritiam, tum ob ignorantiam suæ stultitiæ pœnas luere, & sæpe in pernities quandoq; & mortem inopinatam ruere. Alii vero id pertinacia quadam euenit, dum satis se functos officio pu- 179
tant, medico tantum vrinam semel per transennā ostendisse: ita vt non sit dubitandum, quin delira hæc ac fatua diuinatio plurimis mortem attulerit: qui forte non succubuissent, si medicus pręsto illis adfuisset. BRVT. Non tamen omnes mortui sunt quorum vrinæ ad medicorum ædes tantum illatæ sunt, & ex cuius inspectione medicamenta præscripta ac propinata sunt. Ideo non est plane abroganda hæc diuinatio, quæ multis abhinc annis vsurpata est, vel saltem toleranda, quēadmodum & vestri medici faciunt. PHIL. Quamuis ita sit, non dubito multos id inuite agere: non tamen ob hoc medicorum negligentia inexcusabilis existit, qui non solum nictantibus oculis errores pertranseunt, verum etiam errabundæ multitudini acquiescunt. Nec satis id est, quod in suo cœtu satis debacchantur in Empiricos & vroscopos, sed semper inter parietes permanet eorum sermo, nec foras erumpit. Interea sese non respiciunt, qui magis in noxa sunt, quam Empiricorum vllus. Etenim omnis durat ad vltionem animaduersionemque malignitas. Atque nostrum est, & si non animaduertere in malos, patefacere tamen errores Sycophantarum; omnemque operam date, ne nos ipsi iisdem imposturis & stultæ vrinarū inspectioni nimium acquiescamus; & saltem admoneamus eos hac in re peccare, quod lotia ad ędes medicorum mittant, multoque felicius nos curaturos ægros, si præsentes apud illos vrinas inspiciamus, & apta deinde remedia exhibeamus. Quicunque enim hanc vrinæ inspectionem (*quadam*

Plebis totā medicinā in stultiloquio vrinæ posuere.

In auaros ægrotantes qui medicū non accersunt.

Medicorū ad errores conniuentium negligentia inexcusabilis.

domi fit tantum apud vroscopos, & ex medicina funda-
mentum non sortitur) sequatur, errores facile com-
180 mitter, & mirum in modum rempublicam aggra-
uabit, ita vt optandum esset, quod à medicis non
amplius vsurparetur. BRVT. Hanc ipsam tamen
tolerant medici vestri eximii, alioqui de cautelis
vrinarum non scripsissent. PHIL. Causam iam e-
narrauimus, cur de cautelis coacti fuerint scribe-
re. interea scio quid dicere velis, & nos agnosci-
mus quorundam medicorum effugium & subti-
litatem, & cautelas, quibus in diiudicandis eius-
modi lotia vtantur, quodque etiā meticulosi sint
ex hac tam fallaci vrinarum diuinatione aliquid
remediorum vel medicamentorum præscribere,
cum de morbo hæsitent: tamen vt plebeis illis ho
minibus acquiescant, præscribunt syrupum ali-
quem aut iulebum & præterea nihil: quæ si non
iuuerint, nocere tamen non possunt, & sic exhi-
bent pomū, vt vulgo dicitur, quo ludere possint.
Quod si forte casu (*vt etiam contingere potest*) illi cu-
rentur, illud egregium factum, vel potius insignis
ille lusus, iisdem syrupis ascribitur. Tamen cum
multi sine medicis curantur: ita tamen curantur,
vt natura eos iuuet absque ope medicorum: sic &
isti, potius bona sua fortuna curantur à natura, &
non à medico ipso. BRVT. Si tu curationem ve-
lis ascribere naturæ, id tibi permitto, interim curā-
tur, dum ex lotio inspectu medicamenta qualia-
cumque illa sint, præscribunt. PHIL. Hoc tamen
velis nolis concedas necessum est, periculosam es-
se medicamentorum præscriptionem ex solius v-
rinæ diuinatione, viribus ægrorū incognitis, quas
vrina (*vt alias diximus*) ostendere non posset. Qui-
cumque igitur ex cæca illa coniectura sanguinem
demere iubet, vel purgationem præscribit (*quæ duo*
maxima & generosa sunt remedia medicorum) in qui-
bus si medicus aberrauerit, nonne ægrum facile
181 occidet, vel in maximum discrimen coniiciet?
BRVT. Possum tamen numero plures proferre,
qui cum pleuritide aut angina, aut alia febre acuta
laborarent & vrinam ægrotantium ad medicum
deferri iusserint, atque ex eiusdem iudicio, & san-
guinem fuisse detractum, & purgationem fuisse
exhibitam, & tamen iis remediis euasisse. PHIL.
Id & ego credo, cum medici interrogauerint de
circumstantiis morbi, quo ægri detinerentur, dū
vrinas inspicerent, in quibus rebus plus prærogā-
tiui quoque habent, quam tui circulatores: dein-
de cum intelligerent morbum adhuc principium
habere & non diu incepisse (*in quo vires valent, &*
minime deiectæ esse solent) hæc ipsa & consuluerant
& recte peragenda iusserant: Tamen quotquot
sumus medici, id ingenue fateri debemus, hæc i-
psa cum minori periculo fieri solere, si medicus p̄-
sens apud ægrum fuerit, & omnes indicationes
mittendi sanguinem aut purgandi probe animad-
uerterit. Metuo autem & præstantissimos medi-
cos ab erroribus non esse immunes, qui solo inspe
cto lotio medicamenta præscripserunt, quantum
uis occulati fuerint; mihique persuasum habeo a-
liquos esse extinctos, quos facile seruassent si in
principio iisdem adfuissent. Crede mihi, multos

Casu quis curari potest.

Medicamentorum præscriptio ex solius vrinæ diuinatione, periculosa.

esse probos medicos qui dolent, quod hac perdi-
ta consuetudine in diiudicandis lotiis vti cogā-
tur, & magnopere optant, vt lotia ista ad ædes eo-
rum allata nūquam inspicerent, cum sciant & pa-
lam profiteantur sæpe apud plebem præstantius es-
se semel vidisse ægrum, quam vigesies lotium eius
dem inspexisse, ob periculosam coniecturam, si
ex ea sola pharmaca præscribantur, vel exhibean-
tur. BRVT. Vidi tamen Empiricos meos ex vrinæ
inspectione, non solum leuia remedia adhibuis-
se, sed & vomitum procreasse, & ventrem largiter 182
euacuisse, & sanguinem copiose dimisisse, & plu-
rimos ita curasse. PHIL. Eos vero quos occiderint
vel læserint, belle quidem omittis. Ego non mi-
ror naturam fortem, in quam inciderunt, & mor-
bum & imperitum medicum superasse, & medi-
camenta fortia despexisse. BRV. Perinde est quid
in meam cutem agatur, modo possim curari: ego
non tam facile ab Empiricis meis discedam. PHI.
Quanquam mea non refert quid in tuam cutem
aut aliorum agatur, cum vnusquisque id quod li-
beat agere possit, sed vtrum quævis illi liceant, ne
scio. & vtrum illa quæ agat, illi sint vtilia, prius con
siderandum. & ideo tibi tum aliis qui hæc vel simi
lia nobis obiiciunt, paucis respondendum existi-
mo, cum id nostræ professionis sit, vt medicinam
ab impostoribus defendamus, & abusus deteste-
mur, & qua possimus diligentia explodamus erro
res, qui in nostram præclarissimam artem irrepse-
runt. Quin te ipsum quoque harum rerum igna-
rum falso nos deprehendentem, in rectam viam
reducere studebimus, vt in posterum ab Empiri
corum imposturis tutus esse possis. Quid enim a-
liud medici nomen in se continet, quam vt langui
dos & ægrotos omni cura & diligentia ad sanita-
tem pristinam reducat; quod equidem non casu
fieri potest, vt hi putant qui nimium vrinarum im
posturis adhærent, atque ægros ne videre quidem
vtile existimant. Quare hæc duorum circulatorū
de vrinis coniectura, stolida, inutilis, & pernicio-
sa diuinatio est. BRVT. Eodem modo & tuorum
medicorum. PHIL. Id agnoscimus, si iisdem impo
sturis se implicant: & ideo omnibus modis nos
optamus, vt ab ædibus nostris extirpari possit. BR.
Id equidem & nos credimus, cum hoc esset è re
vestra. Iam enim duos nummulos admodum vi-
les vel vnum tantum ex vrinę inspectione accipi-
tis; vbi vero ad ægrum accederetis, ad minus qua-
tuor pluresve, singulis visitationibus exigeretis,
& hoc pretium vile existimatis, tanquam vobis
sex pluresve pro quaque vice numerandi forent.
EVL. Et tu sordide Brute non pluris æstimas sani-
tatem tuam? quæ neque auro comparanda est. In
terea cum nummis parcere studeas, & vrinam ad
medicum tantum adferri cures, eo ipso non acci-
to, sanitatē quam optabas, cū perdideris, tuæ aua-
ritiæ facile pœnas dabis, vt aliquando diuiti cuidā
euenit hic Delphis, qui cum lotium ad medicum
alioqui doctum misisset, cum tertiana febre inter
mittente laboraret, medicus purgationem p̄scri-
bit, quam æger sumpsit in paroxysmo, & pessime
ex medicamento se habuit, & nimia angustia
oppres-

Medici officium est arguere impostores, & errata in medico imperito, aut in medicina corrigere.

Antonius Harvuerus
oppressus, ex Haga Comitis Harrvverum amicū
nostrum & insignem medicum euocat. Hic æger
medicamentum alterius medici incusat: Anto-
nias vero iubet ad se formulam adferri, eaque in-
specta medicamentum laudabat. At rogat *num me*
dicus illis adfuisset: negat æger, aitque *se ad medicum*
tantum letium misisse. Hic subridens Antonius re-
spondit: *Medicum alioqui doctum ne incuses, neque me*
dicamentum ipsius ab eodem bene præscriptum, cum tu po
tius culpandus venias, qui debito tempore non sumpseris:
res prebe peracta est: stuuerulum dedisti, & pro stuueru-
lo consilium habuisti. Si enim medicum ad te vocasses, fe-
brem ipsam tam curatu facilem, contempsisset, atque me-
dicamentum extra paroxysmum die quietu propinasset,
nec opus fuisset, q̄ ipse ad te venisse, ob symptema adeo le-
ue, quod tua culpa irrepsit, & ideo iuxta stuuerulū hac tibi
iuste acciderunt. Age igitur ô Brute, & huius rei quo
que iudex esto, num pœna ad medicum qui loti-
184 um inspexit, vel ad auaratum, qui lotium ad eum
transmisit, referenda sit? qui si medicum priorem
admisisset, vel eundem ad se vocasset, secundo ca-
rere potuisset, ac multo minori precio tum mole-
stia sanus euasisset. BRVT. Nondum tamen vo-
bis palmam concedo, quanquam id fateri debeo,
Obiectio. si statim adhibuisset medicum priorem, viliori pre
cio restiturus fuisset, ita vt culpa penes illum sit,
quam medicum. Interim tu quoque nobis respō-
deas, si forrasse æger vt sæpe euenire solet (*dum me*
dicus solam vrinam inspexerit ac medicamenta præscri-
pserit) curetur, quid opus erit tunc alium vocare
medicum, nisi etiam rursum concedatis hoc in rē
vestram fore? Si enim vrinam solum inspiceretis,
vnus atque alter nummus dabitur, si ad ægrum fi-
at accessus, præmium duplicabitur vel triplica-
bitur. Interea adeo inuideris meis Empiricis, qui
cum lotia inspiciunt, nummulum tantum accipi-
unt, atque pro eodem nummulo etiam medica-
menta præscribunt, quibus & ægri sæpe curantur,
vos tamen ex eorum manibus hanc vrinæ diuina-
tionem, quæ tam paruo constat excutere nitimi-
Responsio ni: quis enim non diceret, hoc (*præter inuidiam*) et-
iam in commodum vestrum cedere? EVL. Erras
Brute: non enim inuidemus vestris circulatorib.
eo quod lotia inspiciant, cum & nostros medicos
simul accusamus, qui idem in ædibus suis faciunt,
neque illud nostro commodo, vt refers, agimus.
cum enim, hi lotium inspiciant, atque perperam
(*vt exemple nunc demonstratum est*) nudæ fortunæ rē
committant, si in præscribendis pharmacis aber-
185 rauerint: quanto magis Empirici vestri in hac fu-
tili inspectione vrinæ errores cōmittunt, qui ma-
gna ex parte multo crassiores sunt, vnde & plus lu
cri optimis medicis accedit, dum acciti eosdem er
rores coguntur corrigere. Quod autem ais, *quod v-*
na mercede vromantes vestri & letium inspiciunt, & me-
dicamenta præscribunt & curant, id palam sæpe sit, v-
bi antimoniū vel aliud quippiam dederint, qua-
lia enormia symptomata sæpe subsequuntur, quę
ab aliis medicis ad ægrum vocatis maiori molestia
& duplo præmio corriguntur. quod si aliquando
circulatores ex inspecto lotio & medicamento
præscripto curent, id plerumque casu contingit,
vt demonstratum est. Desine igitur nobis obiice-
re quod nostro commodo hæc faciamus, dū hāc
inspectionem inutilem & sæpe perniriosam esse
dicamus. PHIL. Quis non periculosam & incon-
stantem coniecturam diceret Euloge; cum certo
affirmare possim, quod & mihi, tum aliis medicis
sæpe euenit, dum vrinas aliunde allatas in ædibus
meis inspexissem, & etiam medicamenta præscri-
psissem, paulo post ad eosdem ægros accitus, ea-
dem reperi ex diametro ægrotanti contraria esse,
& morbo minime conuenire, ita vt ilico formulas
mutare coactus fuerim, atque deierare ausim infi
nitos optimos medicos idem mecum sentire, mo-
do veritatem ambiant. Propterea multo libenti-
us etiam gratis ad pauperes accedo, qui vrinas ad
me deferunt, quam ex lotio tam temerarie medi-
camenta præscribere; quod plusquam millies fe-
ci, vltro eos accedens: diuitibus quoque idem pro
ponens, vt potius honesto precio illos inuiserem
quam ex solo lotio inspecto medicamenta præ-
scribens forte errarem. Quod si non admitterent,
id auaritiæ eorum adscribendum erat; quæ adeo 186
sordet, vt nulla excusatio in iis prodesse posset, &
ideo magis deridendi sunt, si vrinas suas ad medi-
cum tantum transferunt, digni vt ab Empiricis im
ponantur, si etiam stultitiæ suæ pœnas luant, dum
cœcus cœcum ducit, & ambo in foueam caduut.
BRVT. Esto hoc ipsum vobis concedo: quod
diuitiesquique medicum ad se accersant, cum *Alia obiectio.*
satis habeant, quod illi persoluant. Verum si ita res
ferat, vt ægrotum minime accedere posset medi-
cus, cum ęgrotus magno interuallo itineris distet,
atque is ipse non ita opulentus sit, vt magnos sum
ptus ferat: esset enim minime honestum, neque
in rem medici, si eiusmodi iter longum perficeret,
simulque ædibus suis tamdiu gratis abesset: Quid
tandem, numquid ob hoc talem ægrum permit- *Responsio.*
temus mori? PHIL. Nequaquam: sed potius de-
ceret villicos istos & suburbanos, tales ægros
non admodum opulentos, antequam morbus in-
crudescat vel inualescat, in ciuitatem vbi medici
sunt transferre, vt eos ipsos quotidie non aliter
quam diuites inuisant: nullus enim bonus ac pi-
us medicus huic operam suam negabit. Vel ad no
socomia sunt transferendi, in quibus medici ad
hoc munus destinati sunt, vt gratis miserabiles &
pauperes quosq; homines curent. Vel si desint e-
iusmodi nosocomia, si in vrbe amicos non habe-
ant, neque alicui noti sint, saltem semper aliquot
homines in pauperes liberaliores inuenient, qui
de hospitio prospicient, & medicum procul du-
bio pium inuenient, qui eundem quoque ægrum
pauperem gratis curabit, quemadmodum & præ- *Hippoc. præceptum vt*
cipit Hippocrates in suis præceptis; inquiens: *medici aliquādo gra-*
Quandoque vero gratis cures, ita vt gratitudinis memo- *tis curent.*
riam potiorem, quam præsentem existimationem auferas.
Si vero occasio ferendæ opis se obtulerit, & peregrino, & e- 178
geno, maxime talibus opituleris. Si enim affuerit erga ho-
mines amor, adest etiam amor erga artem. Et ideo illæ
ciuitates maxime extollendæ sunt ac laudandæ,
quæ publica nosocomia habent: ad quæ ægroti
pauperiores non aliter quam ad asylum sese con

ferre

à tempestate maris seruantur, ita & seruari ope medicorum possint. Et non minus laudatur ea Respublica, qui medicos publico stipendio alunt, vt commodius iisdem miseris mortalibus pauperibusque ægrotantibus auxiliari possint.

Alia obiectio. BRVT. Sit ita: neque hic ego teluctari volo. Cæterum cum in omnibus vrbibus eiusmodi nosocomia non reperiantur, & forte quoque deessent homines illi liberaliores, de quibus dixisti, qui de hospitio minus prouiderent: deinde quoque etsi nosocomia aut hospitia apta inuenirentur, tamen ad ea pauperes ægri transferri non possent, vel quod longius ab vrbe habitationem habcāt, vel quod morbo acuto laborent, ita vt tales trāsferri minus tutum esset, vel ob vires debiles non possent, vel quod mora quæuis exigua id non ferat, vt in vrbem vehentur, in qua medici degunt, neque medicum ob paupertatem, quæ hoc vetat, ad se vocare non valent. vel fortasse quod adeo ægrotarent, vt non consultum foret tales ægros in alium locum transferre: quid igitur in hoc vel simili casu agendum erit? num & hic fatum vento (*quod dici solet*) committemus? quin potius huius vrinam deferemus ad medicum, atque ea eiusdem inspectione consilium petemus, nec ita sinamus ægrum moti: præstat enim aliquo modo prodire tenus, si non datur vltra.

Responsio. PHIL. Si talium vrinas ad medicum deferrent, atque æger illis curæ esset, vt morbi naturam,
188 quando quoque is inceperit, quo tempore sese remittat, aut validior fiat, quam diu quoque morbum habuerit, & vt summatim dicam, ad omnia medici interrogata se faciles præbeant, ne minimum quid subticendo, omnibus intellectis accidentibus, forte & hic medicus aliquo modo prodesse possit ægro & consilium eidem præbere. Verum cum omnes fere homines tuæ fortis hanc consuetudinem habeant, & admodū icioli sint, si vrinam ægrotantium ad medicum deferant, volunt vt hæc omnia iam dicta à medico diuinentur ex lotii inspectione: quo fit vt medicus recte consulere non possit, neque apta medicamenta præscribere, cum ad interrogata non probe respondeant, quiqui vrinas adferunt, & difficiles erga medicum se præbeant, quamuis res nimis seria sit, quam vt in ea ludatur. Nam si quid eorum, quæ apud ægrum sunt, vel adsunt, inter narrandum omiserint, ægro pernitiem adferēt, aut mortis occasionem præbebunt. Si vero omnia sincere medico aperiant, forte aliquid auxilii is præstabit: quanquam, vt diximus, multo præstantius esset coram ægro adesse. Neque ego credo aliquem pagum esse, quin & rusticos aliquos diuites habeat, cui hæc cura pro pauperibus curandis demandata esse deberet, vt saltem medicum ad tales pauperes quoque vocarent, cum facile medicum veterinarium ad boues suos male habentes vocent, ita & medicum vocabunt ad suos pauperes, cui præmium si non sufficiens, saltem mediocre pro eiusdem expensis constituerent: non dubito desuturum medicum piū, qui proximo suo operam denegabit. De villicis

Ars medica nimis seria est quā vt in ea ludatur.

vero ditioribus ac rusticis opulentis, aut aliis qui in pago commorantur, si in morbum inciderint, nulla quæstio est, quibus sat est diuitiarum, quas sæpenumero etiam in curandis suis brutis 189
animantibus capendunt, veterinariis medicis ab iis accitis: quanto magis sibi ipsis de medico si ægrotauerint, prospicient, tum vxori, ac liberis, seruis quoque & ancillis si in aliquem morbum inciderint: Quod si illud ob sorditiem (*quæ multis innata est*) non fecerint, digni sunt vt ad sanitatem numquam reducantur, Dei donum contemnentes eiusque præceptum, cum is dixerit, ægros medico egere, & medici præsentiam necessariam esse. Nam de pauperibus hoc præceptum est, vt eos gratis curemus, qui in vrbibus decumbunt, vbi medicus ad manum est, quos inuisere quotidie possit, neglecta stulta illa diuinatione vrinæ, qua non contenti sola (*vt quidam faciunt*) sed vt de morbo quid certi non solum statuant, verum & felicius curent, eos ipsos inuisent, nullam inde expectantes mercedem. Atque ob hanc etiam causam, nec eos medicos laudare possum, qui vrinæ inspectionem, hac vnica tantum ratione moti, retinere volunt, vt minus à pauperibus molestentur, cuius opinionis nuper erat medicus alioqui doctus, cum de hac re apud nos sermo fieret, alio tamen medico idem nobiscum sentiente, cum fraterna charitas aliud exigat, vt id præstemus, quod ab altero fieri volumus. Propterea neque satis esse arbitror, etiam si gratis in ædibus nostris pauperum vrinas inspiciamus, cum certo sciamus hanc inspectionem & inanem, & pernitiosam esse: quare & eos quoque gratis inuisemus, in hoc imitantes Diuum Cosmam & Damianum, medicos & Chirurgos insignes martyres & Christianos, qui nobis pium exemplum reliquerunt, abrogata stulta vrinæ diuinatione, medicinam ipsam (vt decet) pie & sancte exerceamus. BRVT. Vis ergo, vt nunc intelligo, vrinam ægrotantium ad ædes medico- 190
rum ita temere non esse deferendam? EVL. Recte. & illud quidem optamus omnibus modis, ô Brute, atque hæc vera mens est Philiatri & omnium medicorum præstantium, & veritati adhærentium sententia, qui id ex animo quoque desiderant, cum sciant hanc diuinationem periculosam esse, ne ex ea fallantur in describendis medicamentis. BRVT. Multi tamen sunt, qui vrinam medico inspiciendam tradunt, vt tantum ab eo audiant, quid dicturus sit? non enim ad consultandum, tamquam ab eo medicamenta expectent, veniunt, sed quid ex lotio diuinaturus sit, scire ambiunt. EVL. O inconsiderata μωρολογία stolidorum, licet nonnullo vno eam emant. Quid enim hoc aliud est ô Brute, quam si dicerent, libenter affectum meum dignoscerem, sed volo eundem retinere: quemadmodum si & vulneratos quispiam Chirurgo vulnera sua ostenderet, sed ab eo sanari non desideret. Si ægrotant, & in hac re ita ludunt, videant ne occasio sanandi prætetlabatur, vt cogantur medicum postea vocare, cum curari deinde non possent.

Pauperes ægri gratis inuisendi.

BRVT. Hoc tamen denuo inquirere libet, si quis male habeat, & nondum lecto decumbat, sed obambulet valetudinarius, hic si cum lotio suo ad ædes medici accedat, & vna consilium ab eo petat, numquid & is errorem committit? PHIL. Nulla ratione, modo affectum suum sincere medico aperiat, neque imitetur rusticos aut rudiores, quos antea diximus, ad interrogata medicorum obmutescere. Sane qui interrogati nihil respondent, sed omnia permittunt vaticinio, seu, vt verius dicam, stultæ diuinationi vroscopi: ii profecto non sine summo suo malo ac inscitia, in extremum periculum dilabuntur. Quid enim
191 existimas miser, medicum recte consulturum, nisi originem atque causam morbi probe intellexerit, quam numquam fallax vrina indicabit? Et ideo qui prudens medicus, & artem suam quã profitetur sine dolo exerceat, cum hæc ignorauerit, lotii iudiciis nunquam confidet, vt medicamenta præscribere velit. Præstantius enim est etiam consilium denegare, quam ægrum temeritate quadam in præcipitium trahere, aut casu eundem, non arte curare, quod imperitorum ac stultorum circumforaneorum est. Quicumque igitur cum suo met lotio ad consultandum venit, neque morbum suum aperuerit, sed medicum tanquam prophetam accesserit, vt morbum suum diuinet, hic optimo consilio frustrabitur. Prudens vero vltro detegens morbum suum, fructum artis, & sanum consilium consequetur. Ex supradictis iam satis patet, si æger lecto decubuerit, nec medicum ipsum inuisere possit, non mittet lotium suum ad ædes medici, multoque minus ad circulatores, sed medicum doctum & in artis operibus peritum quamprimum ad se vocabit, nulla interposita mora, qui non solum lotium tunc inspiciet, sed & reliqua signa obseruabit coram ægro, & illum recte curabit. Hoc
Cap. 38. idem quod Ecclesiasticus præcepit: *Da locum medico, etenim illum Dominus creauit, & non discedat à te, quia opera eius sunt necessaria.* Non dixit, *Mitte lotium tuum ad medicum*, sed iniunxit, *vt medicus tibi adesset, neque à te discederet, cum eius ope indigeres.* Age igitur ô Euloge, ne domi desidentes (*vt*
Desides Alexandrinorum medici. *Erasistrates Alexandrinorum medici ex sola librorum lectione morbos obseruabant, & ex picturis herbas exacte dignoscere temere confidebant*) ex sola lotii diuinatione ad museum nostrum allati, medicinam amplius faciamus, cum hos medicos Galenus
192 noster scire, me Deus amet, ἐκ τοῦ βιβλίου κυβερνήτας, id est, *ex libro nautas* appellet, qui ex solis Geographiæ chartis nauigationis docti, scopulis prius non exploratis, nauem illidunt: quemadmodum nunc non solum circumforanei, sed & illi medici quoque faciunt, qui adhuc vrinæ diuinationi acquiescunt. Sed nos hac desidia excussa, ægros nostros non in museo, sed præsto eos accedamus, opem statim allaturi. EVL. Belle admones
Heraclides Tarentinus. Philiatre, vnde & Heraclides Tarentinus recte publicis prætoris præconibus, huiusmodi medicos comparauit, qui pro concione in foro seruũ fugitiuum, suo vestitu, facie, corporis habitu, capillorum colore graphice depingunt & designant, quem sibi ipsis assistentem non agnoscunt: ita & nostri vroscopi, ex lotiis hominem nõ inspecto, eum tamen coloribus suis depingere volunt, atque temperaturam eius non solum, sed & morbum eius ac quemlibet affectum, coniectare, cum hominem numquam viderint: quem si viderent, eundem non dignoscerent, nec morbum eius, eum & aliter reperirent, quam ipsi ex fallaci lotio iudicarunt. Valeant igitur cum sua vromantia, & quicumque mentes hominum peruertunt, quamuis hæc tyrannis difficile ex manibus medicorum excutietur. BRVT. Neque ego hoc futurum video, etiam si multi vnanimi eo consensu id approbent: non deerunt tamen, qui lotia in suis ædibus inspicient, vt sic deinde ad ægrum admittantur, & vocari possint. At Empirici mei hanc consuetudinem à multis annis vsurpatam, numquam relinquent. PHIL. Credo equidem: nam hoc vnico vrinæ stultiloquio si caruerint, tota arte medica eos iam spoliatos videres: hac enim diuinatione & imposturа instructi per fas nefasque ditescunt; ea vero destitutos, vt olim per plateas incedentes nudos, vel vt prius 193
ganeones in prostibulis habitantes nonnullos spectares, scimus hanc imposturam nos abrogare non posse, qua in iudicandis vrinis vtuntur: interea doctis probisque viris satis constabit quam perniciosa & inutilis sit eiusmodi diuinatio, si nõ fiat in præsentia ægrotantis. Nihil enim in Republica perniciosius, quam ex solo vrinarum iudicio, medicamenta temerarie præscribere, & si huic errori non adhibeatur medela, ars medica neque artifices pristinum vigorem recipient, qualem veteres illi medici habuerunt. Si abusus isti tollantur, nulla fides amplius circulatoribus adhibebitur, qui & spoliati hac diuinatione, pro imperitissimis ab omnibus haberentur. Et ideo qui ex solo vrinarum iudicio ægros male feriati medici nitantur curare aut sanitatem (*more impostorum*) promittant, facile ægros lædunt, nonnullos quoque occidunt, præsertim si vehementia medicamenta non viso ægro, vt ægyrtæ temerarii, præscribant, quod deinceps ratione & exemplis probabimus. BRVT. Agite vt libet, nemo ob hoc vromantiam hanc ab ædibus suis depellet, quod si quis fecerit, duplici fœnore ad vroscopos nostros reuertetur. EVL. Tu interim Philiatre rem optimam, quam proposuisti prosequere, & si eo res non deducatur vti optas, satis erit quod officium boni medici præstiteris: re ipsa facile probabis, quod perfecta curatio medicum præsentem postulet.

CAPVT. III. 194

Ex vrina inspectione, ægrotis medicamenta non esse præscribenda, nisi medicus apud ægros præsens, reliqua signa, quæ ad morborum cognitionem spectent, prius animaduerterit.

PHIL. Quod medicus ex inspecto solo lotio medicamenta præscribere non debeat, facile ex iis, quæ *cap. 4. lib. 1.* diximus, Brute intelliges, in quo abunde

abunde demonstrauimus, quam incerta sint vrinarum indicia, quibus nec fides sit adhibenda, cum nec omnes morbi ex iisdem præuideri possint, *vt cap. 5. eiusdem libri* abunde quoque docuerimus, quod vrinæ iudicium non sit sufficiens ad vniuersam considerationem de morbis. Non minus & hæc ex secundo libro manifesta apparent, cum varias causas, quæ iudicium vrinæ impedire solent, potissimum *cap. 1. & 2.* enucleauerimus, quod optimi quoque medici in inspiciendis lotiis deciperentur: Quæ, *inquam*, omnia si adhuc memoriæ tuæ insculpta sunt, non difficile erit, ea quæ nunc præ manibus tractanda suscepimus, intelligere: scilicet non esse medicamenta ægrotis præscribenda (*quãuis quis in ædibus suis, nõ ægri, ægrotantiũ vrinas inspexerit*) nisi prius & ipsos viderit & coram contrectauerit, omniaque diligenter perscrutatus fuerit, quæ curandi rationẽ demonstrent, & modum quasi digiro iudicent, quibus remediis recte vtetur, præsertim cum vrinarum indicia (*vt nunc satis audiuisti*) fallant.

Temerariũ non viso ægro medicamenta præscribere.

Temerarium enim est & valde periculosum, statim quasi casu aut fortuita pharmaca ægrotis propinare, vel quæuis medicamenta vel remedia ægris obtrudere, aut venã secare, vel aliud quod-
195 libet remedium præscribere morbo non cognito, nec viribus satis exploratis, quas vrina nequaquam ita nec omnes morbos indicare possit, vt longa oratione ostensum est. Quibus modis igitur defendes tuos vromantes vel alios quoscumque, qui vrinæ confidentes omnia ex tumultu agunt, ægro nec viso, aut eius morbo inuestigato nec morbi causa probe cognita, neque temperatura, nec ætate, sexu, nec victus ratione, neque morbi temporibus, consideratis, formulas suas, quas quidem memoriter didicerint (vulgo *receptas* vocant) passim in omnibus morbis & sine delectu, vrina tantum inspecta præscribunt: non aliter quam Notarii certis verborum conceptionibus, in conficiendis publicis instrumentis vtũtur: quibus tamen si rem penitius introspexeris ô Brute, plures enecatos forsitan quam curatos deprehendes.

Formula Empiricorum.

BRVT. Quomodo hoc deprehenderem, cum & viderim, vti prius dixi, aliquos ex sola lotii inspectione medicamenta præscripsisse, & ab iis deinde curatos fuisse, & ideo hanc diuinationem ex vsu publico non esse tollendam arbitror. EVL. Eo quod ars medica à recto vsu digrediatur ob vulgare vrinę scrutinium, huius disputationis non pœnitet, cum plebeii homines sint admonendi, ne in illa falsa persuasione semper maneant, quasi vrinæ cõsideratione abunde medicus instructus, ægrũ vt videat, illi non sit necesse, propterea id non vrgemus nostri causa ac nostro cõmodo, vt heri obiecisti, quod ægrotos inuisamus potius, quam eorum lotia spectemus. BRVT. Si non in commodum vestrum id fiat, cur adeo visitationes vrgetis? PHIL. Deliras Brute: an putas bonos medicos tantopere vili lucello inhiare, vt magis pecuniæ studeant quærendæ, quam ægrotantium saluti? Num existimas omnẽ curam tranquillioris animi eos abiecisse, vnde-
cumque lucrum venentur, quoquo modo cor- 196
radant, idque in ægrotantium dispendium? Absit, aliud enim eis suadet sanior mens. Quid è diuerso, quotidie exẽplis docemur, perditos istos nugigerulos, magis compendia ex vrinis sectari, quam sanitatem ægrotantium: imo nihil pensi habent, proximum suum medicamentis inopportune adhibitis occidere. At profecto succurrendũ magis erat miseriæ humanæ, tot & tam variis periculis expositæ, tot morborum generibus obnoxiæ, vt abunde satis calamitatis futurum sit, etiamsi ipsi desinant, miseris mortalibus prematuram mortem accersere.

Empirici circumforanei magis compendia ex vrinis sectantur, quam ægrotantium sanitatem.

Non enim imperitiori plebeculæ hæc adeo imputanda sunt, vt quæ imposturas non capiat: & ideo necessarium est rudiores instruere, quamuis difficile futurum sciamus, ob persuasionem quam habent de vroscopis, quod quæuis ex vrina diuinari possint. Quod tamen impetum & zelum boni medici nequaquã remorari debet (*cum hoc nostra professionis sit*) ne quid ad salutem desit ægrotantibus, palam facere, quamuis verendum ne stupidi eodem deuoluantur more suis, quę ad volutabrum, vt in prouerbio, cœni reuertitur. Nullo modo eos calamo acriter perstringimus nostri causa, neque ex inuidia; eo quod eiusdem artis nobiscum homines sunt, cum figulus, vt vulgare habet prouerbium, figulo inuideat. Hoc inquam nullus sinceri pectoris homo putabit. Nulli enim derogamus, nulli artem inuidemus: imo optamus, vt multos medicos percelebres ad se vocent, vt eo commodius curentur, cum hoc certo sciamus in rem ægri fore, & ad eius sanitatem recuperandam conducere. Quod impostores alios vromantes corripimus, & eos acerbiuscule tractare videmur, id neque ex inuidia, neque ex æmulatione aut ran-
core contingit, imo ex proximi zelo, quẽ ita mi- 197
sere hisce oculis videmus decipi ac perditum iri. An non mali corripiendi sunt? an non imperitiã & imposturam explodere licet? Nunquid lolium ex optimo frumento seligendum est? An bonos & simplices à fraudibus sycophantarum speciosis præseruare, indecorum est? Iudex enim, qui causas discernit, malos quidẽ punit, vt bonos tueatur; non ex inuidia hoc facit, sed ex amore proximi, ne innocentes, viduæ, ac pupillæ lædantur, opprimenturve. Pater filium non alio nomine castigat, quam ne quid mali perpetret, vt cũ adoleuerit idem & probus esse possit. *Si filii tibi sunt, erudi illos*, inquit Ecclesiasticus, *& curua illos à pueritia eorum.* Numquid & hæc inuidia videbitur esse, si ignorantes instruamus? si astutias, fraudes imperitorum medicorum palam faciamus, vt rerum imperitus & minus circumspectus horum subdolas & occultas imposturas fugere possit? & si qui sint, qui à via recta in arte medica, in semitas declinant prauas, eos in ordinem redigamus? Perperam ille agit qui cæco obicem aut scrupulũ obiicit, quo facilius offendatur. Quare cum errata & errores in medicinam irrepsisse cognoscamus, si ea ipsa non corrigamus, nonne nostrã professionem videbimur prophanasse, cum eam

Mali cur corripiendi & explodendi.

tueri debeamus contra eos, qui errores in artem tam diuinam & præclaram inuehant? quam nemo sibi arrogabit nisi ad vnguem quoque exploratam habeat. Et ita ab vroscopis licet magni fiant, plus emolumenti nobis accedit, *vt dictum est prius*, quam si abessent, dum prius ex inspectione lotii male præscripserunt medicamenta, vel etiam ad ægrum in principio vocati, optima quæque euerterunt, vel quidam ex illis, dum res
198 non succedit, ægris semimortuis relictis, aufugerunt, præcipue, si prædam quam ambiebant, prius quoque abstulissent: Dum & alii dimittantur, antequam clam sese abdncant, cum ægri ab ipsis magis læduntur, quam iuuantur. Iam quoque mora quantumuis leui, aut quod agyrtæ morbum non recte curent, indies ægri magis magisque in deteriorem statum dilabuntur, vt tandem inuiti nos cogantur vocare. Si illud antem ab initio fecissent, minori molestia & minori precio antequam morbus inualuisset, eos curassemus. Cum vero iam multo difficilius curentur & longiore tempore in curando opus sit, ideo ob difficultatem, tum frequentes *(vt vocant)* visitationes, plus nummorum, non immerito nobis accedit. Multum enim interest *(Cornelio Celso teste)* ab initio perperam quis vel recte curatus sit. Vnde etiam fit, vt plurimos ægros ab Empiricis vel vroscopis, vel medicastris male curatos, tandem acciti recte curauerimus, tum eos quos reliquissent, vel qui ex acribus medicamentis in dysenteriam incidissent, vel perperam sectionem venæ adhibuissent, aut aliud præter rationē fecissent, vnde febres & alia maligna symptomata oboriebantur, quæ in principio non aderant: quibus si ab initio adfuissemus, minori negotio & sumptu quoq; minori tum periculo, eos curassemus. Quare & hoc certo ausim affirmare, plus lucri sæpe ex arte medica mihi accessisse ab ægris & valetudinariis, quos alii ante me perperam & male curationem instituissent, quā ab his, quib. ab ipso morbi initio præsens adfueram. Id & reliqui medici omnes, qui in hac nostra regione, in qua plus fidei tribuitur circulatoribus & medicastris, praxim exercent, mecū sentient, & in nostram sententiam pedibus *(vt dici-*
199 *tur)* ibunt. Propterea neque ex re nostra est, neque ex hoc plus emolumenti expectamus, eos φ sycophantas & errones medicos, tum vroscopos in ordinem redigere velimus, atque eos corripiamus & ex optimorum choro depellere studeamus, vt & praxim medicam iis interdicere videamur, cum hi ipsi vromantes multum commodi nobis adhuc adferant, quæ si diligenter perpenderes ô Brute, eadem nobiscum facile sentires. EVL. Modo mentem hic adhibere vellet: Si ea sententia vera est, bonum quo communius, eo melius, facile & huic sententiæ acquiesceret, & intelligeret, quod omnibus ex æquo prodesse velis, quod magis vtilitati reipublicæ studeas, quam proprio tuo commodo: nam & malum, quo cōmunius, omnium tecte de rebus indicantium sententia, eo quoque peius est: Cum enim artis

Multum interest, quomodo quis ab initio curetur.

medicinæ opem desiderent omnes, si sycophantæ & homines ignaui ac imperiti eam exercuerint, non vnum iuuabunt, sed infinitos lædent. BRVT. Attamen multi ex vestris dogmaticis medicis ab hac vrinæ diuinatione non desistunt, & medicamenta lenia si non iuuent, tamen obesse non possunt, *vt antea diximus*, præscribunt. EVL. Sicuti tuos Empiricos, ita nec hos laudare possum, qui ne, si nihil præcipiant, videantur rem ignorare, vt interim quoque habeant quo spem foueant ægrotis, talia præscribunt: quod sane adeo absurdum est, vt si quis nauem in maxima tēpestate vento committeret. Non enim aut reducendæ aut seruandæ sanitatis notitia ex vrina prouenit, quanquam forte alterationem caloris indicet. Etenim si ita secum in animo cogitant, si vriniferas remittamus, ad Empiricos ibunt vel alios medicos, qui nobis bolum ex faucibus præripient: quare perinde est à quibus imponantur: tamen nobis suaue est, quam aliis lucrum. 200
Hac etiam de causa potius admonere deberent, non satis esse ita vrinam tantum vidisse, sed opus esse vt ægros inuisant: hoc dogmaticorum est, à quibus aliena est fallacia, ratione eos dispicere decet, vt quæcumque rationis præstantiā obscurent, eiusdem virtute illucescant. Huic si auscultare velint, non solum vrinæ hanc diuinationē, sed & quam plures errores condemnabunt. Nemo enim melius morbo occurret, quam cui malum penitius cognitum est: quod numquam futurum est, quin prius omnia medicus præsens apud ægrum obseruauerit, & ea quæ lateant inquisiuerit: qui enim morbum suum aperire nolunt, præstat tales vt stupidos à se abigere, nec quicquā consilii dare, ne simul ægrotum ad emigrationē ex hac vita minime compositum perdat, & animæ suæ periculum subeat. PHIL. Recte dicis Euloge, illorum est medicum accersere: nostrum autem & morbum cognoscere, & recta consilia dare, & ægrum ad sanitatem, si fieri posset, reducere. Si autem sua culpa non satis tempestiue medicum vocent vel tenaces aut ignaui homines, se ipsos incusent, nequaquam vero medicum paratissimum, qui nemini suam opem negat. Fac medicum adesse: non satis est, quod suo officio fungatur, verum & æger & astantes, *vt diuinissimus Hippocrates nos docuit*, tum etiam exteriora quę curationem impedire possunt, quę neci psa vrina indicabit. Pessime itaque faciunt qui ex sola vrinæ diuinatione incircumspecte medicamenta præscribunt, quod exemplis etiam prius demonstratum est in phrenitide, si vrina alba ac tenuis spectetur, & medicus non viso ægro calida præscribat medicamenta, nonne ægrum perdet? Si vomitus adsit biliosus, & morbus calidus bile ad 201
vias vrinæ non transeunte, vrina apparente cruda & indigesta, nonne medicus si calida propinabit, ægrum in maximum vitæ periculum trahet? Eodem modo si æger hydrope affectus, vrina rubra existente ob iecoris imbecillitatem, lotium ad medicum miserit, & is venæ sectionem præscribat, nonne repente ægrum interficiet? sane quidem,

Quis medicus omnium optime morbum tollat.

Sacerdotis historia cui ex vrina, vena secta fuit, quam mors subsequebatur.

quidem, & huius erroris si libet viuum exemplū
referam. BRVT. Vt vt res se habeat, placet illud à
te audire. PHIL. Cum Pithueria in Gallia praxim
exercerem, inter cæteros tunc quos prope ciui-
tatem ægrotantes curandos susceperam, oblata
est mihi cuiusdam sacerdotis vrina, qui iam du-
dum viribus plane exhaustis decubuerat: erat au-
tem vrina admodum rubea & crassa, vt suspicarer
hominem febre vehementissima, tum acutissima
laborare, quæ ex nimio calore, sanguinisque e-
bullitione originem traxisset. Quamobrem ex
famulo, qui vrinam deferebat, diligenter percō-
tatus sum, *An is, cuius lotium famulus attulerat, tam
diu ægrotasset?* respondit *eum per tres continuos mē-
ses iam lecto decubuisse.* Quod cum audiuissem, non
potui non mirari vrinæ speciem eiusq; formam:
eaque de causa rursus ab eo quærere cœpi, *Nihil
ne sub dextro hypochondrio doloris aut ponderis senti-
ret?* ad quod famulus annuebat. Interrogaui de-
nuo, *An aluus solito laxior esset, aut intumesceret, pe-
des ae tumidi forent?* Referebat famulus *sanguino-
lenta plurima eum excernere, ventrem plane gracilem,
corpus aridum, neque pedes tumentes illi esse.* His in-
tellectis, dixi consultissimum mihi videri, vt pri-
us hominem inuiserem, quam de pharmacis prę-
scribendis deliberarem, ne si fallacissimis lotii iu-
diciis cōfisus, venam aperiri ægro iussissem, præ-
202 sentissimum exitium inueherem. Famulus liben-
ter se illi hoc renuntiaturum affirmabat; verum
non audere se me coram adducere, quod hoc ab
hero iniunctum ipsi non esset. Eo postero die re-
uerso, ad ægrū accitus, equum ascendo vna cum
famulo meo: addit famulus sacerdotis se comitē.
Cum tandem quo destinabamus peruentū esset;
offendi sacerdotem, vt cui mors pene in primo-
ribus labris esset. Erat enim facies ei, qualē Hip-
pocrates in prædictionibus describit: scilicet *na-
res acutæ, prolapsa tempora, oculi concaui, cum quibus
& sanguinolenta in modum loturæ carnis deiiciebat:
quæ potissimum solent euenire in alui profluuiis ob ieci-
noris imbecillitatem. Erat autem & pulsus eius exigu-
us, languidus & mediocriter citatus, qualis fere phthi-
sicorum aut hecticorum.* Quæsiui ex eo, quam diu
hoc morbo laborasset, & quod habuisset initiū.
Narrabat inter cætera, *se in principio vsum fuisse
consilio circulatoris cuiusdam, qui infinitis medicamen-
tis nescio quibus corpusculum eius misere attriuerat;*
asserens *eum morbo Neopolitano aut Gallico affectum
esse.* Hic enim admodum diu me curare conatus
est, iis potissimum pharmacis, quæ ventrem ma-
xime conturbant: vnde hic tandem fluxus mihi
subortus est, nec adhuc hunc à curatione remo-
ui, quamuis alui fluxum confecerit: qui duobus
adhinc mensibus in hunc vsque diem perpetuus
mihi fuit: Et quantum re ipsa experior, misera-
biliter magisque indies affligor, viribusque de-
stituor: ita vt eundem in animo habeam derelin-
quere. Cæterum signa quæ in morbo Neapoli-
tano accidere solent, nulla inueniebam, & quan-
tum ex relatione ægri coniicere poteram, nunq̃
adfuerant. Dum inter nos ita colloqueremur,
circumforaneus superuenit, *lupus* (quod aiunt) *in*

Facies ab Hippocrate descripta mortem indicans.

fabula. Erat autem, quod ad artificium eius atti- 203
net, pistor. hic elato animo non aliter quā Thra-
so quispiam ægrum obiurgabat, seque ægre ferre
dicebat, quod me vocasset: causa satis vehemens
ad obiurgandum Pamphilum: & addebat insi-
gnis iactator, quod præter eum nullus esset, qui
ægrotum curare posset. Nescio quæ non sesqui-
pedalia verba proferret impostor, vt solet hoc
genus perniciosum iactatorum. Iam enim calcu-
lo obnoxium esse ægrotum dicebat, quem sancte
deierabat ouo non minorem esse, seque paratum
esse capitis supplicium subire, ni res ita se habe-
ret. Iam vero luem veneream incusabat, ac alia
vociferabatur, quæ ne relatu quidem digna exi-
stimo. Quamobrem cum animaduerterem nihil
me efficere acerbiore increpatione posse, maxi-
me apud eum, cui nec mens, neque vlla rationis
mica erat, blande hominem compellabam. *Quid,*
inquam, *bone vir, non vltro huc veni, sed accersitus, &
quantum ego intelligo, ægrotus hic tuus præsentissimo
remedio opus habet: proinde ea quæ paulatim fluxum
cohibeant, inprimis illi necessaria puto, alioqui breui
euenturum, vt viribus exhaustis pereat. Signa quæ lu-
em Gallicam ostendant, vel calculum indicent, nulla in
eo inuenio.* Hæc me loquente, subito Empiri-
cus admodum stomachabundus, & animo valde
irato, protrumpit foras, & me apud ægrotum so-
lum relinquit. Cui vero victus rationem & re-
media, quæ mihi videbantur necessaria postquā
præscripsissem, domum redii. Tertio autem die
ad me rursum redit famulus, ex quo intelligeba-
mus ægrum paulo melius habere, qua de causa
imperaui, vt iisdem remediis vteretur, quæ antea
à me pręscripta erant. Verum hic nostro consilio
ne tunc satis confidens, alteri quoque medico v-
rinam inspiciendam misit, qui vrinæ iudicio de- 204
ceptus, cum nec hominem vidisset, venæ sectio-
nē fieri iussit. Quod stupidissimi homines, quan-
quam antea dissuaseram (*quantumuis vrina hoc in-
dicante*) executi sunt. Æger vero à sanguinis mis-
sione iam iam moriturus apparebat, & in peius
magis magisq; morbus mutatus est; ita vt confe-
stim æger denuo famulū cum lotio ad nos remi-
serit. Quē cum non ita vt solebat hilarem vidis-
sem, statim sinistri quid accidisse penes ægrū su-
spicabar: augebat suspicionē lotium iam immu-
tatum. Rogaui igitur *quid ægro fecissent?* respondit
venam alterius medici consilio pertusam esse. Quod cū
audiuissem, inquam ego, *amice, medicum vrina fe-
fellit, & ægrum perdidit. An ne prius interdixeram ni-
hil eiusmodi faciendum, quamuis vrina sectionem venæ
requirere videbatur?* Quamobrem quantum potes
citissime domum contende, curesque vt æger
Deo totus se commendet, iisque instruatur, mu-
niaturque, quæ ex hac vita emigraturo necessa-
ria sunt. Nam periculum in foribus est, nec quic-
quam spei repositum, in medicorum arte & in-
dustria. Famulo vixdum reuerso, animam iam
efflabat Sacerdos. Amici autem exploraturi, an
calculum in vesica gestaret, quod impostor affir-
mauerat, iusserunt post eius mortem corpus in-
cidi. At nihil tale inuentum est, quamuis impu-

dentissimus ille carnifex caput in sponsionem dederat. BRVT. Agnosco errorem illius Empirici: attamen cum vrina eius crassa esset & rubra, cur male sectionem venæ medicus secundus iniunxerat, cum tamen Auicenna tuus medicorum princeps dictus, ait. *si vrina rubra & crassa sit, audacter phlebotama, maxime in febre tertiana.* PHIL. Omissum tamen hoc remedium à Græcis & omittendum quidem, si exquisita tertiana est, *vt diximus in libris Obseruationum nostrarum De febribus*; quod & Holerius sentiebat: alioqui admo-

Vrina rubra & crassa non semper indicat phlebotomiam faciendam.

205 dum salutaris, quam tamen temperare oportet, prout tertiana, quam curamus, vel ad exquisitam accedit, vel ab ea recedit. Arabes ex vrina rubra consilium sumunt phlebotomiæ, fallaci quidem coniectura. Talis enim vrina aliquando infirmo hepate (*vt huic sacerdoti euenit, cum nec tertiana, sed hectica simul & fluxu laboraret, ideo ei mortem intulit*) vel rene affecto ac debili, aut aliis de causis, non ex natura febris. Vnde male illi sentiunt, Iohanne Langio medico doctissimo teste, qui nullam vrinam rubram volunt esse indicem cruditatis, cum tamen ob copiam bilis flauæ, aut crudi sanguinis copiam, aut ebullitionem rubra apparere potest: quæ morbi cruditatem quoque indicat. Ob id Galenus *lib. 2. Prognosticorum, quoties*, inquit, *sanguinis serum pariter cum vrina excernitur, vrina colore rubra apparet: indicat bilis sanguinisque copiam, non exquisita ratione confecti.* Sic non in febribus modo, sed in hydropisi quoque vrina rubra & cruda apparet, quamuis hepar ob spirituum & probe concocti sanguinis penuriam sit refrigeratum & calore naturali destitutum, ita & hic hepar infirmum erat, & sic missio sanguinis non conueniebat. Eodem modo si ἐξανθήματα appareant, neque vrina nobis ea indicabit, &, si medicus rubedine vrinæ admonitus venam incidi iubebit, vel purgationem ea bibuerit, nonne materiam foris expulsam intro rapiet, mortisque ansam præbebit, quanquam ante eruptionem ob febrem in principio, venæ sectio conueniat; in fine vero nequaquam, satis probe expulsis: nam quæ iudicantur & iudicata sunt

Epistol. 41. lib. 2.

206 integre, neque mouere, neque nouare aliquid, siue medicamentis, siue aliter irritando, sed sinere oportet. Quid hic facient vroscopi tui, qui vel sanguinem dement, vel fortiter purgabunt (*vt in peste quoque male faciunt*) ita & in hydropisi vel iecore infirmo, vel rene debilitato & ægrum procul dubio interficient. Quam ob rem si sapis ô Brute, agyrtarum imposturis & ex lotio vromantum nugis ne amplius fidem habeas, idolo morionis relicto. BRVT. Quale illud idolum est? PHIL. Vromantum à doctissimo Langio descriptum, huius enim lepidam historiam refert. BRVT. Explica, qualem obsecro? PHIL. Prope Aquisgranum in pago Porceto, mille ab oppido passus à thermis scaturientibus in vestibulo myropolii sculptile morionis idolum erat, versicolore veste, rubro capitis galero, vestitum: qui dextra manu exerta matulam vitream, diductis labris subridens, vt moriones assolent, spectatoribus ostentare videbatur. Attonitus medicus insignis Echtius, qui tunc vna cum Langio erat, ingressus myropolium, à Iudæo pharmacopœo, *quid hoc insolens morionis simulacrum ridiculum portenderet*, quæsiuit. Tum sane Iudæum respondisse, *se à parente, auoque medicis accepisse, medicos, qui ex solo fallaci vrinæ indicio discernere morbi causam & locum affectum conarentur, hos esse morioni huic simillimos: qui temerarium illorum de morborum causis ex lotio iudicium irrideret, quem eo nomine vulgo spectandum ante myropolii vestibulum statuisset.* EVL. Tam fidam, tam denique ingenuam veritatis confessionem in re medica, nec apud Christianorum vromantes comperi vnquã: quorum foribus vt simile morionis idolum affigeretur, fas æquumque esset. BRVT. Non solum foribus Empiricorum meorum affigi deberent, verum etiam tuorum medicorum, qui hanc mo- 207

Epist. 41. lib. 2.

rologiam etiam sequuntur. EVL. Diuerso tamen modo, *vt prius dictum est*, cum à fatua illa loquacitate, & ab imposturis, quantum possunt, abstineant, & libenter fateantur inutilem hanc esse diuinationem, exhortando etiam vriniferas, vt apud ægrotos illis introitus pateat. PHIL. Recte quidem: nam in hoc omnes celebres medici consentiunt, ægros curandos suscipiendos non esse, ob periculosum vrinæ iudicium (*vt nunc ostendimus*) nisi illi ipsi quotidie inuisantur: nam & Hippocrates in libro De præceptis admonuit *non cunctandum esse, & ab idiotis inquirere debere, quæ ad curationem spectare videntur.* De decenti ornatu, *ægros crebro inuisendos* esse ait. *Ingressu* (inquit) *vtere frequenter. Visita diligentius, his quæ à deceptis per errorem fiunt occurrens, vt mutentur. Facilius enim cognosces, simulque expeditior eris. Instabilia enim sunt, quæ in humidis consistunt. Quapropter etiam facile & à natura, & à fortuna transmutantur. Neglecta enim ea, quæ circa temporis occasionem administrare oportebat, impetu sua progressa occupant ac perimunt. Non enim est quod opem ferat. Multa enim sunt, quæ simul mali aliquid faciunt. Nam quod singulatim iuxta consequentiam fit, magis opportunum, & frequentius est, facilius peritia tollet.* EVL. Quid si sola vrina spectanda sufficeret absque ægri præsentia, quæso per Deum immortalem, an ne superuacuum omnino erit, quod Galenus per pulsuum & arteriarum contrectationem morbos distinguit, nisi concedas medicũ ægroto adhibendum, ô Brute, vt præsens sit? Et cum certissima iudicia habeant egestiones, sputa, sudores, sanguinis profluuium: ita & horum inspe- 208

Ægri crebro inuisendi sunt.

ctio sæpissime necessaria sit, quid aliud absens de his iudicabit, quam quod cæcus de coloribus? Si enim vel sola vrina ad morborum genera probe cognoscenda sufficeret, quid opus fuisset tot tantaque medicos volumina tam non paruo sudore de reliquis signis atque iudiciis conscripsisse, quibus cognoscuntur morbi, & eorum accidentia. Hinc videmus Hippocratem diuinum & Galenum eiusdem interpretem fidelem (*vt reliquos omnes veteres taceam*) paucissima de vrinis scripta posteris reliquisse, vt nos commonerent, ne in-

Medicus cur præsens esse debeat ægro.

ne iucertis vrinæ indiciis & ei soli inhæreremus, sed alia signa ab iisdem scripta apud ægrum consideraremus. BRVT. Quanquam certior sum multo quam dudum, vbi tameu valetudinarius existo, nõ possum ferre morosas istas interrogationes: nam existimarẽ, quod optimus quisque medicus hæc per se scire deberet, & quod ita in arte sua exercitatus esset, vt non opus esset illa inquirere. PHIL. Aliter tamen sentit Iohannes Damascenus iu Aphorismis suis ita filium admonens. *Gloriosorum superbiam & vrinale multiloquiũ* (si sapias) *contemnas, neque te ægrum per singula interrogare pudeat. Vrina enim nisi morbus intra venas extiterit, fallax nuntius est.* EVL. Sic & Rhases in suis Aphorismis similiter medicũ exhortatur, *vt omnia diligenter ab ægroto inquirat, quo facilius causam morbi intelligat, & iudicium de morbis certius fiat. Neq; pudeat* (inquit) *omnia ab ægroto, quæ necessaria sunt, inquirere, vt sciat an morbus in venis, an extra has latitet.* Addit *nõ esse temere de morbis iudicandũ, neq; vrinæ iudicio facile credendũ, priusquam ægrũ quis adfuerit, & ab his omnia, quæ ad morbum faciunt, pleniorem*

Iohannes Damascen.

Rhases.

209 *rem cognitionẽ inquisierit.* Ad omuium enim morborum intelligenriam, præuia requiritur inquisitio. Quamobrem, nulli dubium est, multos ob vrinæ iuconstantis iudicium (quod sępe medicos fefellit) ante diem fatalem extinctos, quos tamẽ seruare, non fuisset difficile, si medicus peritus his ipsis adfuisset. PHIL. Huius & ego æque dolendum ac prius exemplum adferam. Cum in meatu vrinario, cuidam tuberculũ enasceretur, tonsor quidam ineptissimus (*vt fere fit*) pro chirurgo sese venditabat, catbetere adacto meatum vrinarium perrupit, existimans lapidem in vesica esse: quo factũ est, vt suborto fluxu sanguinis, inflammatione & febre superueniente, ex incuria eiusdem tonsoris mortuus sit æger. Huius autem vrinã, cum in primoribus labris mors illi esset (*nam tunc demum vulgares medicum consulunt*) ad me miserunt. Erat autem vrina tenuis clara, hypostasi admodum exigua (*nam tunc desierat dudum sanguinis fluxus*) subaurei coloris, parum tendentis ad croceum: ita vt talem inflammationẽ, neque febrem acutam ex ea quis percipere posset, licet aliquo modo tincta esset. Cum autem ex famulo, qui vrinam adferebat, audissem, testes ægrotantis supra fidem inflatos, quod ex vrina nemo vnquam intellexisset, eum adii, offendiq; pudenda mirum in modum tumescentia, & testes, vt maiora antea non viderim: & tandẽ supprimebatur vrina, vt ne gutta effluere posset. Aderat & tunc tonsor ille eximius, qui ægrũ calculo laborare dicebat, iamque illi certũ erat ferro lapidem seu calculum, quem vocant, in moribuudo eruere, nisi dissuasissem. Exhibuerat illi & medicamenta valde acria & calida ad lapidẽ conterendum, quæ & febrem & inflammationem auxerunt, deinde ægrum viribus exhaustum do-

Historia Tonsoris qui meatũ vrinarium perrupit.

210 lore cõfeceruur, adeo vt antequam vix de remediis cogitaremus, hic statim vita functus sit. Eo vero mortuo, explorarunt propinqui an lapide laborasset: & incisione peracta, nec in vesica nec in vreteris nec in renibus lapillum inuenere, ita vt tunc prius prognostico meo, scilicet quod calculo non laboraret, fidem habuerint. Possim eius generis infinita exempla in medium adferre, vt in laborantibus phrenitide, pleuritide, pulmonia, angina, aliisque morbis innumeris, in quibus cernere liceat, longe alia esse vrinarum iudicia, quam vt ex iis morbus cognosci possit. Verũ suffecerit nunc duobus istis exemplis demõstrasse, vrinarum iudicia & incerta esse, nec ex sola eius inspectione medicamenta præscribi debere, nisi & præsens fuerit medicus apud ægrum vt omnia quæ ad totam artem medicam spectent, diligenter consideret. BRVT. Video Empiricos meos Vromantes contortis & aculeatis sophismatis torqueri, non tamen patiar captionibus eludi. EVL. Ita tibi appellare liceat, quæ fugere nõ possis. Sed si per otium tamen apud te singula diligentius expendes, cernes profecto, quanto hæc Philiatri rnis illis præponderent. Non enim hæc de Empiricis tantum vestris dicimus, sed de aliis quibusque medicis, qui sola vrina indice, de morbi substantia eiusque causa temere pronuuciant, contra quos non solum hanc disputationem exorsi sumus, verum omnes quotquot sunt præstantissimi medici nomen suum etiam nostræ huic seuteutiæ subscribunt. Vide Langium doctissimum *De parte medicinæ* diagnostica, quæ non ex vrina, sed ex aliis signis dignoscitur, quibus vriuariorum medicorum impudẽtia satis tibi constabit. Neque dubito quin tibi iam satis notum sit ex iis quæ iam dudum diximus, quod vrina nec genera morborum omniũ, nec differentias eorum, nec causas horum, neq;
symptomata aut eorundem causas indicare pos- 211
se, quę cum ab aliis rebus petuntur, facile quoq; intelliges, quam necessaria sit medici præsentia apud ægrum, cum sine signis ac indiciis pathognomicis, vniuersaq; symptomarum morbi syndrome, causam & substantiã morbi minime cognoscere valeat. BRVT. Instat sane ac vrget hæc ratio, vt quo me vertã, ignorem: & video me plus æquo Empiricis meis fauisse. Cum etiam existimarem & locum affectum, & affectum ipsum, tum eius causam, deinde & curationẽ ipsam, medicum posse ex lotio solo nõ solum indagare, sed ad vnguem cognoscere. EVL. Quod nec locum affectum, nec affectum ipsum, neq; causam eiusdem ex lotio diuinare possint medici, id iam dudum ostensum est. Sed nunc restat vltimo declarare lotium ipsam curationem non indicare, sed præter lotium certos quoq; scopos esse, à quibus & tandem indicationes curatiuę sumuntur, quæ non minus medici præsentiã exigunt apud ægrum, quam ea de quibus nunc diximus, quod etiam vt spero Philiatrus tibi ô Brute non grauabitur declarare. PHIL. Quanquam alias de indicationibus passim egimus in libris nostris Obseruationum & curationum medicinalium de febribus, cũ res ita exigeret; tamen vt Bruto ac tibi

Libr. 1. de medicis, qui sola vrina indice, de morbi substantia temere pronuntiant, epist. 12.

De differẽtiis signorũ, quibus medici morbos discernunt, & futura præsagiunt. Epist. 83.

Lotium non potest curationem indicare.

complaceamus, nonnulla & hic ad hoc institutum pertinentia denuo referemus. Brvt. Quanquam durum sit de sententia decedere, meosque ita relinquere Empiricos: attamen cum rerum naturalium veritas in occulto lateat, & natura veritatem in profundo (*vt ait Democritus*) penitus abstruserit, hanc inquirere, inuestigare, rimari conuenit: id enim cum maiori æquitate, &
212 modestia coniunctum, quam sententiam, quam temere adamauerim, peruicaciter defendere. Et harum quidem, de quibus est inter nos controuersia, opinionum vtra vera sit, nos ita (*vt Deus*) non nouimus, cum potius verisimilia inuestigemus: quanquam Empirici & circumforanei, vulgares homines vt fautores habent, & etiam alii multi illis patrocinantur, cui & ego hactenus plurimum confidebam, sed nunc vt ingenue fatear, mollior est & infirmior mea opinio, proindeque rationibus pressa cedit. Tamen libet audire vos tamquam meos aduersarios, quare ex vrinarum iudiciis non sint petenda remedia. Evl. Vt hoc demonstretur, laborabimus.

Capvt. IV.

Quod certa sit methodus signorum & causarum, tum morborum & symptomatum, & certi sint scopi, ex quibus denuo indicationes curatiuæ sumuntur, quibus curatio ipsa perficitur, & non ex vrinæ solius iudicio, quibus & vtilitas & necessitas medici præsentis apud ægrum, probatur.

Phil. Postquam intellexisti Brute, quam necessaria sit ægroto medici præsentia, ob signorum syndromen, quibus medici morbos discernunt & cognoscunt, & futura præsagiunt, facile percipies non solum ob Diagnosticam, verum etiam ob Therapeuticam mediciuæ partem medicus ægroto adesse debeat. Et cum *Diagnostica*, licet in se inspectionem vrinæ complectatur, alia omnia signa rimetur, nempe epiphænomena, & synedreuonta vel morbo assidentia dicta, & pathognomonica dicta, & concoctiones, & decretoria, quæque tempora morborum distinguunt; quæ nullo modo ex sola vrina dignosci
213 possunt, ita vt hydromantes hæc penitus ignorent, aut non intellecta flocci pendant: tamen postpositis omnibus signis, præter illa quæ ex vrinis tantum capiunt, nec ignotis mederi morbis, nec se profiteri medicos pudet: signa itaque prius cognoscenda, antequam curatio instituatur. Brvt. Credo equidem quod cognitio signorum præcedere debeat curationem: verum putabam, quod vtrisque sufficeret solius lotii inspectio. Phil. Nequaquam Brute, non ex vrina, sed ex variis fontibus, *vt mox dicemus*, sumuntur, & qualiacumque illa fuerint, siue demonstratiua, siue prognostica vel memoratiua, semper requirunt medici præsentiam apud ægrum, cum ea quæ præcesserunt, non tantum ex interrogationibus scire licet, subinde etiam aspectu: cum enim cicatricem videmus, vulnus præcessisse indicamus. Horum signorum vtilitatem & necessitatem alibi demonstrauimus.

Brvt. Ex quibus igitur rebus si non ex vrina capiuntur, ea inueniemus? Phil. Quod ad signa itaque attinet dignoscenda, varios quoque fontes inuenerunt medici, ex quibus ea inuenirent & dignoscerent: quos & primus omnium inuenit ipse Hippocrates, qui fundamēta omnium primo sectæ rationalis iecit, admirabilis profecto hoc vno, tantum scilicet profecisse in ea hunc virum, vt omnibus non ætatis suæ modo, sed & posterioribus ætatibus summus haberetur. Hæc autem rationalis secta ab ipsa igitur rei natura ad inuenienda signa & causas & remedia procedit. Vnde necesse est, huius sectæ medicum, corporum temperaturas, atque elementa callere, mox & partis cuiusque fabricam, atque vsum & facultates, quibus reguntur. Adde quod

Hippocrat.

morborum differentias omnes, & symptoma- 214
tum nosse, atque eorum causas indagasse oportuit: Demum & in affectis partibus deprehendendis diligentissime exercitari. Huic disciplinæ post multos celebres viros Galenus summam manum imposuit: atque ita effecit, vt posteris omnem gloriæ ansam adimeret: priores vero luce sua obscuriores reddidit. Cuius laudes hic referre nolo, cum Andreas Lacuna eas luculenter descripserit, & eiusdem vitam ad longum declarauerit. Evlog. Sed vnde hæc præclara Hippocratis ars tam cito post Hippocratem negligi cœpit, atque instar malæ radicatæ plantæ iam breui inaruit, adeo vt nostra ætate vix tenuis quædam ipsius vmbra extet? Siccine in media luce cæcutiebant, ô Philiatre? An eadem illa causa fuit, quę & Galeni tempore, de qua etiam aliquando conqueritur? Cum enim semel medicinæ professores ad luxum & gloriam animum intenderunt, nihil sibi his disciplinis opus erat, quin potius impedimento erant permaxime, quod liberum & expeditum animum exigerent. Itaque ad epitomas & compendia, quæ sibi prisci illi medici ad memoriam comparauerant, omissa methodo, confugerunt. Phil. Causam ipsam recte diuinasti ô Euloge. Hinc factum quoque est, vt apud hosce, qui nomine ipso rationalem sectam profitebantur, multo deterior medicinæ conditio fuerit, quam olim apud Empiricos illos veteres: quanquam enim illi veterum experientiæ totos se mancipabant, ea tamen non sine distinctione, ac diligenti, vt ita dicam, limitatione proponebant. Sic enim illis, *vt Galenus scribit*, proponere mos erat. Sarcoticon medicamentum ad pueros, mulieres in ocio degentes, atque in summa ad molles carnes. Rurius aliud ad senes, ad

Galeni laus.

Qui hodie rationales videri volunt quidā, Empiricis illis veteribus deteriores sunt.

agricolas, atque in summa ad duras carnes: quam 215
sane distinctionem longa obseruatione comperisse se aiebant, nos vero eandem rationali methodo cōperimus. Nostri vero multo Empiricis istis veteribus deteriores, sine vlla distinctione omnia proponebant, atque omnes, vt in prouerbio est, vnico calceo calceabant, & vno collyrio omnia vitia oculorū persanabant. Evl. Qualē faciē nunc medicina induit ô Philiatre, quæ solius inspectione vrinæ nunc exercetur, & etiā medici

hoc

hoc tempore, qui rationales esse volunt, huic v-
rinæ stultiloquio adhuc adhærent. Phil. Ve-
rum istis omissis, tandem & nostro tempore bo-
nis artibus fortuna arrisit, & quæ diu sepulta la-
tuit rationalis secta, modo in lucem rursus pro-
dire cœpit, talemque de se spem præbet, vt num-
quam alias post Galenum, vel sincerior, vel or-
natior prodierit. Iam passim auditur Methodi
nomen, apud eos quoque, qui nihil minus quam
methodum sapiunt, quibus tamen gratiæ habẽ-
dæ sunt, quod bonis sectis faueant. Hanc autem

Montanus, Argenterius, Fernelius, I. Heurnius, Leonardus Iacchinus, Donatus.

methodum Montanus ille doctissimus nostro
tempore maxime excoluit: & hisce dieb. Iohan.
Heurnius noster nouo faciliq; ordine illustrauit.
Tentauit id quoq; Iohannes Argenterius: simi-
liter & Fernelius medicinam cultiorem in lucem
edidit. Et practiti quidam istis diebus, inter quos
& Leonardus Iacchinus & Donatus ab Altoma-
ri egregie sudarunt. Hinc quanquam diuersos
fontes ponere videantur, ex vera methodo tamẽ
omnes procedunt, quibus pars affecta, rum affe-

Signorũ diuersi fontes.

ctus ipse dignosci possint. Sic Donatus in ægris
primo partem affectam cum Galeno inuestigat,
numquid ea per se afficiatur vel alteri consentiat: quã
tamen ante coguitionem anatomiæ nemo vn-
quam recte inuenerit. A quinque igitur fontib.
216 partem affectam inquirit, ab actione læsa, ab ex-
crementorum specie, à positu, à doloris specie, &

Donatus.

symptomatum proprietate. Similiter & affectũ
ipsum ab excrementis, proprietate doloris, acci-
dentium proprietate, loci natura, ab his quę prę-
cesserunt, scilicet victus ratione, cõsuetudine, æ
tate, anni tẽpore, regione, aëris cõstitutione, seu
statu cœli, totius corporis dispositione. Sed & ꝓ-
prius affectus perpetuus est: per cõsensum vero

Leonardus Iacchinus.

interualla habet. *Ita & Leonardus Iacchinus.* Cum
etenim medicus ad ferendã ægro opem accersi-
tur, primũ quod statim occurrit, est læsa actio. Eã
& vulgares aliquo modo cognoscunt cũ corpus
ægrũ est: Sed cognito corpore ægro, de sede affe-
cta inquirit, atq; affectiones modo, vtrum ꝓprio
affectu, an per consensum laboret, demum qua-
lis sit eius partis affectus, postremo causas. A qua-
tuor vero fontibus affectas partes desumit, ex lę-
sa operatione, ab excrementis, à dolore, à quali-
tate mutata. Affectum quoque ex supradictis, &
propriis symptomatibus: & ad eius cognitionem
iuuare ait, causas, temperaturas, ętatem, corporis
habitum, & similia. Vide methodum eius v-
niuersalem cognoscendi affectus atque eorum
sedes *cap. 1. in nonum lib. Rhasis.* De vi & natura
signorum consule quoque Montani metho-
dum vniuersalem *cap. 56.* & Argenterium *lib. 1.
De signis medicis, de vtilitate signorum cap. 1. & de vi
signorum cap. 6. & lib. 2. cap. 1. & 3.* Montanus au-

Montanus ex quibus fontibus signa sumit.

tem redigit signa ad duos fontes, & capit signa
ab affectibus & passionibus, siue symptomati-
bus, quæ sequuntur morbum per actiones læsas,
vt methodo vniuersali cap. 57. Nam vbi læsæ actio-
nes sunt, accidentia corporis mutantur, & ea
quæ excernuntur per secessum, vrinam, & per a-
lias corporis partes excrementa in quantitate,
qualitate, substantia. Atque iste primus fons ac- 217
cidentium sequentium operationes læsas, im-
mutatio scilicet exeuntium, pro ratione loci af-
fecti, reliqua accidentia sequuntur secundum
ordinem prædicamentorum. Circa qualitatem
vero sunt plurimæ mutationes in corpore. Inci-
piamus à corpore & à passionibus vel passibili
qualitate. Sic circa qualitates sensibiles & obiecta
sensuum, mutantur colores. Ita in facie si palle-
scit, sanguinis priuationem notat. si rubescit, san-
guinis dominium. Ita & obiecta auditus, vt so-
nus in intestinis, auribus, actiones & operatio-
nes læsas indicant, ita & odoratus. Fœtor putre-
dinem in humoribus & per aluum exeuntibus,
per nares, per vrinam circa illas partes affectas,
indicat: & ita obiecta gustus ex saporibus humo-
res iudicantur. Ex tactu, vt calore percepto vel
frigore, vel dolore. Ex qualitatibus vero secun-
dis naturalibus potentiis, vt durities, asperitas,
lenitas, raritas, densitas; si appareant, varios affe-
ctus arguunt. Ex figura: videmus enim sæpe tu-
morem rotundum vel forma pineali, vel longũ,
laxum, vt in ventriculo ex longitudine eius, vel
eum transuerse se habeat, recte, oblique, vt in
musculis. Iam & quantitas consideranda, si tu-
midum, arefactum. Ex motu, vt si æger percipiat
humorem agitari, moueri de parte in partem:
idque velocius vel tardius. Hinc cognoscitur
differentia læsionis & morbi natura, atque hæc
signa sunt ipsæmet operationes; quæ sequuntur
morbum. Ipsimet affectus sunt signa progno-
stica, si sumimus ab ipsis relationem ad euentum
morbi. Exempli gratia, si consideremus ali-
quod genus operationum & accidentium, & læ-
sionis magnitudinem, & magnitudinem sym-
ptomatum, & comparemus cum corpore affe-
cto, pronuntiamus de futuro, num succumbet 218
æger vel liberabitur ex qualitate, quantitate bo-
rum symptomatum; si & his adiungemus diem
decretorium: non tantum artem prædicendi ha-
bebimus, sed sciemus & diem & horam, *vt Gale-
nus latius in lib. De cris. & diebus decretoriis disputa-
uit*: quæ ex lotio non possunt indicari solo. Sic

Montanus ex actionib. & passionibus totius, accipit omnia signa.

igitur ex duobus fontibus scilicet, actionibus &
passionibus totius, accepit omnia signa. Anim-
aduertit igitur *num actiones animales, vitales, natu-
rales, sint ablatæ, diminutæ an corruptæ.* Natura-
les habentur ab excrementis mutatis: anima-
les ab excrementis cerebri. Vitales, ex pulsu. Eo-
dem modo & passiones considerandæ, vt de a-
ctionibus dictum est. Sic primo consideramus
passiones cerebri, vigiliam, somnum, deliria. Vi-
tales, diffidentiam, timorem, pudorem. Qui e-
nim pudorem vel verecundiam amisit, raro ser-
uatur: sic & iracundiam & reliquas passiones &
animi motus: Naturales, vt voluptatem, appeti-
tum, sitim & similia, qui etiam ad affectus ven-

Montanus alibi à sex fontibus signa sumit, aliquando à tribus.

triculi referuntur. Idem Montanus alibi quo-
que signa à sex fontibus iuxta Galenum sumit,
quos postea ad tres tantum fontes reducit, *vt de
cephalea facit cap. 1. in Rhasem. Sex*, inquit, *sunt fon-
tes & veluti principia apud Gal. 2. De locis affectis, à*

quibus

quibus hauriuntur omnia signa indicantia: primum est actio læsa; secundum propria accidentia: tertium humores præter naturam: quartum, dolor: quintum, exeuntia: sextum, qualitates mutatæ. Hos tamen rursus reducit ad tres fontes, ad actionem læsam, accidentia, & exeuntia, à quibus subinde eadem capit signa. Vide loco citato horum omniũ fontium declarationem, qui tibi locorum aliorum morborum exemplo esse possent, satis nobis est
219 locum ostendisse. Iohannes Argenterius mira dexteritate omnia signa sumit ex quatuor fontibus, egregia quadam methodo: *primo* à rei ipsius essentia: *secundo* à causis: *tertio* ab effectibus: *quarto* ex similitudine. Si quis plura de his desideret, videat eundem libris duobus *De officiis medici*, & præsertim *cap. 18. lib. 2.*

Argenterius omnia signa capit à quatuor fontibus.

BRVT. At vnum hic admiror, quod tam varii sint medici vestri, vt in numero fontium, ex quibus sumunt signa, non concordent: quod artis vestræ inconstantiam arguere videtur, cum vnus duos fontes, alii tres, alii quatuor, alii vero sex ponant. PHIL. Nullo modo Brute artis instabilitatem hæc designant, cum illud potius artis excellentiam, præstantiam & magnitudinem & profunditatem declaret, quæ nunquam exhauriri possit, & quæ varia methodo, eaque tamen certa constet, quanquam omnes ad vnam viam tendant, eamque firmam & constantem ac certam, ad omnia signa inuenienda: licet vnus alterum videatur excellere, quisque tamen ingenium suum plusquam diuinum ostendit ad artem tam præstantem & profundam excolendam.

Quare medici sunt varii in numero, ex quo signa sumuntur.

Sed nunc ad causas quoque progrediamur, quæ ex lotii diuinatione minime petendæ sunt.

Causa.

Causæ igitur breuiter aliæ internæ, antecedentes dictæ vel προηγούμεναι in ipso corpore nostro natæ: vt sunt *sanguis, pituita, vtraque bilis præter naturam affecta.* Externæ primitiuæ προκαταρκτικαί, extra humanũ corpus positæ, *vt frigora, æstus, venena & innumera alia, &c.* Iam quoque quæ externæ sunt seu euidentes, quædam sunt necessariæ, *vt aer ambiens, cibus, potus, quies somnus, vigilia, animi perturbationes, vt metus, mæstitia, ira, gaudium, agonia, verecundia.* Non necessariæ, quas declinare licet, vt sunt *æstuaria, balnea, vnctiones, vestes, odores, venus, clamores, dolores, nauigatio, vectio, gestatio, ictus,*
220 *casus, morsus bestiarum, attritus, diri immanesque cruciatus, externi motus, contusiones, vulnera,* & alia infinita, quæ fortuitu in nos irruunt, quæ si ex vrinis petere vellemus, stulti homines dicemur. Interiores autem causæ ab euidentibus defluunt, de quibus ad longum vide Fernelium, &, si libet, Galenum *De causis morborum & symptomatum*, tum alios omnes medicos præstantes, qui de iisdem scripserunt.

Causa ex vrinis non sunt petenda aut sumenda.

Quod ad causam finalem attinet in arte medica non obseruatur: efficiens vero maxime cum alterat & deducit corpus ab æqualitate ad inæqualitatem, atque hæc ipsa est aut *interna* vel *primitiua*: & intus alterant, *cibi, potus, medicamenta*: extra, *animi affectus, ira, motiones, coitus, somnus, vigilia.* Materialis causa etiam efficiens causa morbi esse potest, eaque duplex: vna, materia ex qua, *vt humores*: alia, in qua, *vt membra recipientia morbos & indispositiones.* Formalis, *vt in febre calor extraneus.* Sic & causam morbi vocamus, quæ quocumque modo morbo conferunt, vel quod constituant, gignant, augeant, genitum conseruent; & ita in morbis consideramus *formam, efficiens, instrumentum, materiam, subiectum & causas cum quibus & sine quibus.* His & Neoterici quidam adiungunt causam coniunctam, de qua adhuc sub iudice lis est.

De causa coniuncta.

Sed non opus est vt illam quæstionem hic moueamus, cum præter nostrum institutum sit, ideo & hæc pauca de causis admonuisse satis erit. Arabes autem eam admittunt; Galenus etsi de hac meminit, id quidem non ex propria sententia fecit (*teste Donato*) sed Stoicorum more locutus est, vt in lib. aduersus Iulianum fatetur. Vide Istius *methodum Donati.* Vario tamen modo hæ causę sumuntur, tam ex Galeno *De causis morborum*, quam *De causis symptoma-*
tum. Consule de his, si libet, vniuersalem metbo- 221
dum Montani, & tres libros insignes *De causis morborum* Argenterii & eiusdem librum *De causis symptomatum.* Fernelii quoque medicinam *De causis morborum ac symptomatum.*

Vario modo causa sumuntur.

Cæterum Argenterius authoritate Galeni sumit omnes causas à quatuor fontibus ab his, quæ assumuntur, ab excretis & retentis, ab iis quæ geruntur, & ab illis quæ extrinsecus nos afficiunt, vel adhibentur. Atque hæc obiter de causis hic dixisse sufficit.

A quibus fontib. causa ab Argenterio sumuntur.

Hæc autem curationem præcedere debebant: quæ inquam omnia ex lotio minime dignosci possunt: ita nec Therapeutica ipsa, quæ curationem continet, cum ex certis scopis ea ipsa inuenienda est, à quibus deinde sumuntur indicationes curatiuæ, vt ita methodus curandi inueniretur & absolueretur: quę similiter ab vrinis non sunt colligenda.

Therapeutica.

Et quod ad scopos attinet, pauca hic adiiciemus. EVL. Id maxime optamus, cum vario modo & isti scopi ac numero dispares, à medicis accipiantur, simul & indicationes. PHIL. Recte quidem. Nam & Galenus in his varius est, cum aliquando quatuor scopos, aliquando plures ponat, modo qualitatem, quæ requirit selectionem remediorum, quantitatẽ seu mensuram, occasionem adhibendi, modum vtendi: Hanc autem methodum & Iacchinus sequitur, interim in curando spectanda primo temperamentum ipsius partis, partem ipsam, vtrum princeps sit vel ignobilis, situm, colligantiam.

Scopi vario modo à medicis sumũtur, à quib. deinde indicationes curatiua capiuntur.

Sed de his plenius *5. 7. 10. Methodi medendi* agit Galenus. Montanus autem quinque scopos ponit: Quid sit agendum, quantum agendum; quomodo, vbi, quando, idque *cap. 54. in me-*
thodo medicinæ vniuersali. Alii vero ex Galeni 222
methodo proponunt, *quid sit agendum; an id quod agendum*, primus scopus seu indicatio docuit, *sperandum sit*; deinde *quibus id perfici debeat.* Fernelius vero artem medendi ad tres scopos quoque reduxit, ad remediorum genera, quantitatem, vtendi modum. Iacchinus autem sex scopos posuit: *quid, quali, quanta, quando, qua*

nam

num modo, quo ordine. Argenterins qui hanc rem
fusius tractauit, hanc methodum in nonem sco-
pos digessit, qui & aliis omnibus actionibus
communes existunt. Iohan. Heurnius noster
plene pertractanit. Cærerum hæc omnia si ad
longum enarrare vellemus, in integrnm voln-
men excresceret nostra oratio, quod præter no-
strnm institutum est. Sed cum illi auctores de
quibus nunc diximus, hanc rem optime enu-
clearint, nos quam paucissima adscremus, & præ-
cipue ea, qnæ manifeste declarant, hæc minime à
lotio inspecto posse indicari. Er vt hoc ordine
fiat, prius indicationem, coindicationem, con-
traindicationem, correpugnationem declarabi-
mus, cum his scopi iam dicti perficiuntur, vel nõ.
Sed præ omnibus quoq; dicendum quid scopus
sit. BRVT. Explica igitur quid hæc nomina sibi

Scopus quid. Indicatio.

velint. PHIL. *Scopus* autem est terminus in quem
dirigitur actio. *Indicatio* vero ratio agendi, quam
ostendit speculatio scopi. Vel indicatio est co-
gnitio eius, quod conferre potest vel nocere. *Co-*

Coindicatio.

indicatio est illud, quod non primo, sed alio loco,
siue per accidens ostendit, quod monstrat ipsum
indicans. Sic vires victum indicare dicuntur vel
missionem sanguinis; temperies vero, corporis
ætas, sexus, consuetudo idem coindicant, quod
scilicet ostendant, qualis sit virium conditio,
223 quarum internentu nec primo nec per se vi-

Contraindicatio.

ctus rationem declarant. *Contraindicatio* est
illud, quod primo impedit fieri quod ab indi-
cante suggeritur, veluti in vacuatione, quam
multitudo humoris indicat enacuandum. *Contra*
indicans erit virtus, quæ proprie & immediate il-
lud reluctatur, si quidem infirma fuerit, vt pote
quę magis, quam alia omnia, quæ in nobis se-
cundum naturam existunt, à vacuantibus pro-

Correpugnatio.

sternatur. *Correpugnatio* est illud, quod secundo
loco indicantibus sese opponit, quæ & *Correpu-*
gnantia dicuntur: qualia in vacuatione ætas, se-
xus, corporis habitus, anni tempus, & cætera hu-
ius generis, quæ quum vires infirmas monstrent,
ideo vacuationem non admittunt, aut eam mo-
derari dicuntur. Quatuor hæc iam dicta, sco-
pos prædictos perficiendos vel nõ perficiendos
declarant. Quæ enim hortantur per se sunt indi-
cantia: quæ eodem modo reluctantur, contra
indicantia. Quæ illud per accidens coindican-
tia: quæ hoc correpugnantia: quæ autem nec
suadent, nec dehortantur, ea tamquam non es-
sent, haudquaquam considerantur. Exempli
gratia, dicimus victum *indicari* à viribus: *contra-*
indicari à morbo: *coindicari* à temperamento, æ-
tate, sexu & aliis, quæ quales & quantæ sint vi-
res ostendunt: illis vero *correpugnari*, quæ mor-
bos ipsos declarant. Galenus tamen hæc subin-
de, & alii omnes qui illum sequuntur, maxime
confundunt, & sic infinita ponunt, quæ indi-
cent. BRVT. Si sibi ipsi contrarientur medici in
illis, quid tandem certi statuetur? EVL. Quan-
quam hæc subinde confundant, & minus pro-
prie loquantur de his rebus, omnia tamen hæc
consideranda sunt tamquam ad curationẽ con-
uenientia. Hinc etiam doctissimi illi medici su-
periores hæc ad curationem rati conferre, etiam
pro indicantibus posuere & Montanus & Fer-
nelius ac alii infiniti, vnde etiam Donatus Gale- 224
num defendir aliquando contra Argenterium
De medendis febribus parte 1. qui scrnpulosins hæc
inqnirit, vt ipsemet perlegere poteris. Interea si
cui magis placeat exacta & magis scrupulosa ha-
rum indicationum inquisirio, is perlegat *lib. 2.*
Argenterii De officio medici. PHIL. Recte ais ô Eu-
loge, & quoscumque auctores Brutus legere ve-
lit de omnibus istis scopis & indicationibus, faci-
le ex iis dignoscet, non ex vrinis, sed aliis rationi-
bus colligi debere, quos inquam scopos neque
indicationes sui Empirici vnquam intelligere
poterunt, quum medicum in logicis disciplinis
versatissimum reqnirant. Si quis igitur scriptis
Argenterii & Donati adiunxerit ea, quæ & Mõ-
tanus in sua vniuersali scripserit methodo, facile
intelliget, quod medicus optima methodo im-
butus esse debeat, si recte ægros curaturus sit: nã
& in particularibus sese quoq; exercere debet, vt
suos discipulos circa indicationes egregie instru-
xit in suis commentariis in Rhasem, vt vno exẽ-
plo atque altero ibidem posito, reliqna facile quę
ad hanc rem spectant, facile inuenier. Sic præci-

A quibus Montanus curationem sumit.

puam curationem sumit à morbo, & naturã hu-
ius in sex rebus scrutatur, primo *morbi essentiam,*
eiusq; formam seu naturam, an in solo temperamento,
aut cum affluxione materia vel sine, vel in compositio-
ne vel in solutione continui, simplex ne sit an com-
positus, diligenter examinat: vnde variæ resnl-
tant indicationes. Secundo terminum einsf-
dem inquirit, *an factus, fiens, aut in facto esse.* Fa-
ctus indicat curationem, qui fit quod factum est
vt curetnr: quod futurum vt prohibeatur. Ter-
tio *morbi accidentia inuestigat, vtrum cum febre, do-*
lore capitis, virtutis debilitate, &c. Quarto *conside-*
rat motum, an pracept, tardus, &c. Quinto *tempus.* 225
Sic in principio euacuamus, in statu quiescimus.
Sexto *mores animaduertit, an bonorum vel malorum,*
vt vlcera maligna, febres pestifera: ab his sumitur
curatio considerando naturam morbi. Secundo
sumit à causis, & quia variæ, modo interna, modo ex-
terna, à quibus non sumitur indicatio curandi nisi
cum adsint: quia ab eo quod non adest nulla sumitur
indicatio. Sic in morbo frigido, ab aëre frigido:
si aër causa ægritudinis adhuc adest, tunc ab illo
sumitur indicatio, vt corrigatur. Causæ vero in-
ternæ cum duplices snnt apud eundem, quædam
coniuncta proxime adhærentes morbo: quædam
antecedentes, ab vtrisque variæ sumuntur indica-
tiones. Si *antecedentes*, euacuari indicat per loca
communia conuenientia, per secessum, vrinam,
&c. Si *coniuncta*, indicat à loco affecto, vel deri-
uationem vel simplicem euacuationem factam
per scarificationem vel fomentationem, &c.
Hæc vniuersalia snnt præmittenda, à quibus de-
inde particulares indicationes curatiuæ sumun-
tur. Tertio principalem curationem capit à cor-
pore affecto sen loco affecto, vel membro ipso,
idque octo modis: *Primo* à substantia membri,
an carnea,

an carnea, musculosa, neruosa, an chordæ, ligamenta, membranæ, plurimi sanguinis, vel exanguis. *Secundo* à modo substantiæ, an membrum durum, molle, densum, laxum, compactum. *Tertio* à temperatura: Sic sicca conseruatur in sicco: frigidum cum moderate calidis est redncendum ad temperamentum. *Quarto* à plasmate seu compositione, si habeat ductus vel non. *Quinto* à colligantia. *Sexto* à situ. *Septimo* à passibilitate vel sensibilitate. *Octauo* ab operationibus. Verum & supra Rhasem varias indicationes
226 proponit, quales & nos *in libris nostris Obseruationum & curationum medicinalium* posuimus. At vide caput *De spasmo*, vbi plures indicationes ponit Montanus: *Primam* indicationem à forma. *Secundam* à termino. *Tertiam* à symptomatis. *Quartam* à motu morbi. *Quintam* à natura morbi. *Sextam* à causis. In capite *De cephalea* tres tantum ponit indicationes communes, *à morbo, membro, virtute.* Rursus quæ fit à membro, *Primo* à nobilitate membri: sic nobili cito occurrendum. *Secundo* ab operatione illius membri: ita si vitæ necessaria, vt cordi, membra corroboranda, & spiritus recreādi. *Tertio* à sensibilitate: sic adurentia magis applicanda insensibili membro. *Quarto* à substantia, idque secundum temperaturam vel eius habitum. In temperatura opponuntur gradus oppositi, sed biliosus incidens in tertianam minori reductione eget quam pituitosus. Quod ad habitum attinet, scilicet laxitatem, duritiem, raritatem, mollitiem. Siccioribus membris, sicciora conueniunt. *Quinto* à communicantia: Sic os ventriculi licet non sit nobile membrum, propter communicantiam à cerebro minime negligendum, ideo non fert elleborum, aut laxantia fortia, nisi odorata & roborantia apponantur. *Sexto* à compositione & viis. Si viæ angustæ, laxantia & emollientia conueniunt: si amplæ, non indigemus apparatu. *Septimo* à ductu viarum: sic in gibbo hepatis cum prouocantibus vrinam, in concauo per intestina. *Octauo* à situ; in profundo fortiora: in superficie debiliora. Indicatio à virtute: cum autem consistat (*teste Galeno 12 method.*) in spiritibus & membris solidis *1. de diff. feb.* Tria eius subiecta posuit, *solida membra, impetentia, & fluentia.* Solida (*te-*
227 *ste Hippocrate*) vt spermatica. Impetentia, vt spiritus. Fluentia seu contenta, humores. Ex horum intemperie & amissione virtus deperditur. Igitur indicationes à virtute, ab his tribus sumuntur: quot ergo modis spiritus (*vt ab his incipiamus*) afficiuntur, tot modis indicationes sumuntur. Possunt autem affici & resolui ob nimium coitum, inediam, labores, ob dolores multos, vigilias, tumores, animi accidentia, ob euacuationes immodicas à natura vel arte facta: ita quod quando deuenitur ad conseruationem virtutis, inde sumitur maxime indicatio: Si autem spiritus erunt tantummodo inaniti, exhausti, vt contingit in laboribus, animi angore, & dolore; aut ob fœtorem aliquem, aut ob gaudium dissoluti sunt: indicatio est vt restaurentur, cum his, quæ subito sanguinem generent, vt sunt *anhelare odorata, & odorari vina aromatica*, & quæ à proprietate virtutem cordis roborant. Si vero spiritus affecti sunt, non quod sint exhausti vel inaniti: sed quia in qualitate alterati sunt & seipsis frigidiores facti, vt in tremore & paralysi, vbi spiritus non sunt apti ad mouendum propter frigiditatem, vel si admisceantur eis flatus crassi & corpulenti, corrumpent temperaturam illorum. Et ideo cum vario modo affici possunt, variæ etiam indicationes sumuntur. Vnde si pauci fuerint, multiplicandi sunt: Si autem cum flatibus permisti, euacuandi sunt flatus isti per halitum. Semper enim per contrarium sumendæ indicationes. Si ratione humorum virtus fuerit affecta, cum multipliciter hoc fieri poteft, multæ quoque indicationes sumentur. Si sanguis fuerit paucus, pauci etiam erunt spiritus. Si crassus, pituitæ & melancholiæ vel etiam bili permistus, bonos spiritus non generabit. Si multitudo quo ad vasa & plethora fuerit causa vt spiritus lædan- 228
tur, per talem plenitudinem sæpe ad subitam suffocationem deducuntur ægri, quia atteriæ non possunt euentari, cum sint ita obstructæ, nec etiam sufficeret tantum aëris, vt tantæ moli sufficiat, ideo habitus athletarum qui ad summum deuenit, vt dicebat Hipp. periculosus est, & cito soluendus: propterea indicatio est, vt per phlebotomiam sanguis minuatur. Si vero pituita vel alius humor fuerit, euacuandus est per pharmacum. Et ita quot erunt causæ virtutis debilitatem facientes, tot etiam indicationes sumentur. Similiter si propter solida id contingit, vel erit ob nimiam laxitatem corporis, & dilatationem, & spirituum exhalationem, qui disflati in syncopas multoties deducunt. Si vero ob nimiam corporis soliditatem, tum quia spiritus colliduntur & penetrant ad profundum, virtus debilitatur, & variæ tunc sumuntur quoque indicationes. Si quidem ob nimiam strictionem & soliditatem si virtus fiat debilis, aperiemus. Si ob nimiam laxitatem, constringemus. Et ita ex Montano habuimus tria capita, à quibus indicationum fontes deducuntur, prætermissis iis, quæ à regione, temperie anni, consuetudine, exercitiis sumuntur, quæ potius secundum Argenterium coindicationis conditiones sunt, quæ limitant operationes nostras ac sunt veluti frenum. Iam plusquam satis vidisti Brute, quod indicationes curandi non sumantur ex lotii inspectione, vt hactenus male arbitratus es, & sic multo plura attribuisti vroscopis vestris, quæ nec ipsi sciunt nec obseruare possunt. BRVT. Video medicinam captum meum superare. PHIL. Quam male autem tuis Empiricis circumforaneis, &, quod magis ridiculum est, tuis medicastris eam ascripseris, nunc experiris, & quod vromantes ea, quæ nunc 229
diximus, ne cogitatione quidem capere, & complecti possint, tantum abest vt recte medeantur. Quare vt hæc (*quæ nunc demonstrauimus*) clarius adhuc intelligas, contra illos medicos nunc agemus, (*quamuis antea id ex parte probauimus*) qui medica-

Indicatio à membro.

Indicatio à virtute.

Spiritus quomodo resoluantur.

Spiritus vario modo afficiuntur.

medicamenta ex solo lotio præscribere nituntur, tamquam ab eo solo indicationes sumerentur, quod veteres medici nunquam tentare ausi sunt: & vt hoc ordine fiat omnes scopos ex quibus indicationes sumuntur, percurremus, iis adductis, quæ nobis ad hanc rem adhuc necessaria videbuntur. EVL. Probè facies, si hæc Bruto paulo diligentius ostenderis. Nam hoc ipsum aliter fieri non potest, quum ipsa medendi ratio semper veluti in scopum, in morbi intendit causas, differentias, ac id genus alia, quę ex morbi dispositione & loci affecti natura semper constari debet. Ex quorum cognitione princeps oritur indicatio, & non à lotio. *Vires enim ægrotantium hera est medicorum*, quæ à morbis indicationes remediorum moderantur, quarum robur non ex vrina, sed ex aliis rebus indicatur, vt nunc ex parte demonstratum est. His adduntur, *ætas, locus in quo decumbit æger, temperamentum, consuetudo*, & id genus alia: quorum omnium gratia coguntur medici, iis addere, aut abstrahere, quæ in morbum agenda animo conceperunt. Quod cum ita se habet, manifesti errores vrinæ inspectionis existunt, quæ vt morbi diuinare essentiam non potest: ita nec vires, neque alia indicantia, coindicantia, contra indicantia & correpugnantia ægerrimè augurio assequitur: quorum omnium maxima habenda est ratio, si ægris rectè consulendum aut medendum putamus. BRVT. Ex rationibus vestris quasi impel-

Vires ægrotantium hera est medicorum.

230 lor, vt mens quodammodo in vestra opinione conquiescat, vel in vestra sententia (*si ita libet appellare*,) quod recta medendi ratio ægri præsentiam desideret: verum cum sciam opinionibus omnia teneri, desideratam esse cognitionem certi, id tamen sequi lubet, quodcumque verisimile videatur: quocirca expecto, quem exitum ista disputatio sit inuentura. Si enim sint aliqui ex vestris medicis, qui eadem mecum sentiunt, quod medicamenta ex sola lotii inspectione præscribi possunt, id pro me faciet. Interim si quid habeas contra eos, explicabis, & de mea sententia decedam, quanquam durum sit de sua auctoritate deiici. PHIL. Id quidem iis, qui rationem sequuntur, durum non est, at obstinatis omnia dura sunt, qui nullis rationibus à suis opinionibus, quamquam malis, diuelli se patiuntur. Verum operam dabo, vt iis posthac minime acquiescas; qui nobiscum de hac re non consentiunt. BRVT. Hoc aggredere dum voles, me docilem ac beneuolum præbebo, modo non obscuritatem & quasi tenebras ob sensus offundas, quas illustrari velim. EVL. De ea te non dubites, quin idem & Philiatrus præstabit.

CAPVT V.

Contra medicos qui medicamenta temerarie admodum, ex sola inspectione lotii præscribunt: cum remedia à scopis certis & indicationibus petantur.

PHIL. Quod vero capite superiori ostendebamus mi Brute, id & nūc vero verius esse comperies, videlicet quod sine scopis prædictis & indicationibus nemo vnquam rectè curabit, quātumuis iam multis annis libellus Iohannis de Tornamita Isagogicus dictus circumferatur, qui ex vrinæ indicio medicamenta præscribere videtur, tamquam indicationes curatiuæ ab ipso lotio sumerentur: quod tamen de tanto viro non potui non admirari, qui suo tempore celebris medicinæ Doctor fuerit & in schola Monspeliensi celeberrima Cancellarius extiterit. Qui ita suo Introductorio dicto, nobis scriptum reliquit. *Si ergo vrina cum rubore aliquali vel magno, tibi præsentetur, talis arguit sanguinem abundare, in hepate & in venis de communi cursu. Pete ergo, cuius ætatis sit, & an sit consuetus vti phlebotomia, & finaliter dices, Dubito quod oporteat ipsum phlebotomari, si vult præseruari, ab vna tertiana vel alia magna ægritudine. Sed interim vtatur tribus vel quatuor diebus aqua endiuia.* Et ponit deinceps multa remedia & lenientia pharmaca. Et ita quoq; de vrina citrina & pallida agit, quib. adiūgit & medicamenta quædam, vt ad longum quis videre potest. EVL. Et tales habebantur antistites. O tempora, ô mores! qui ita cautelis vrinarum indulgebant, vt ægros sæpe in periculum præcipitarent. BRVT. Videtur tamen hoc ipsum in dubium trahere, & ea ratione addit aliquas circumstantias esse considerandas, ætatem scilicet & consuetudinem. PHIL. Interea relinquit præcipuam indicationem, quæ tam in venæ sectione quam in pharmacis adhibendis consideranda venit, Num vires admittant, quas lotium indicare non posset: & vt prius quoque demonstratum est; nec lotium rubrum semper indicat venę sectionem. Quid igitur aliud fecerunt eiusmodi cautelis, quàm quod vniuerso orbi misere imposuerint, cum potius palam profiteri deberent, lotium in hac re sæpe medicum posse fallere, & ideo alia quoque consideranda esse. BRVT. Quid ais eiusmodi celebres, hominibus quoque imponere, cum ante id meis Empiricis & circumforaneis imputabas? adeo ne hoc commune malum est? PHIL. Maxime quidem tum huic ac omnibus, qui ex solo inspecto lotio indicationes curandi ac remedia petunt. Qui vero Dogmatici medici sunt, indicationes mittendi sanguinis sumunt ex morbi magnitudine, & virium robore: per quas quoque vias instituenda sit purgatio, id vitii sedes & naturæ motus seu inclinatio indicabunt, non autem lotii inspectio, *vt Tornamira asserere videtur.* Quin potius nos si rectam curationem instituemus, omnes scopos percurremus, à quibus & indicationes sumemus, atque ex iis remedia apta maiori confidentia, quàm ex lubrico vrinæ iudicio solo, præscribemus. EVL. Recte ais: quare vt Brutus hæc ad vnguem percipiat, ea diligentius explicato. PHIL. Faciam, eo quod hæc vrges, licet de iis alibi dixerimus; tamen his quædam subiungam in gratiam Bruti ac iuniorum medicorum, quæ partim ex Argenterio, partim ex Montano, partim ex aliis præclarissimis medicis collegimus, cum hęc maxime ad

231 (beside: ex vrinæ indicio medicamenta præscribere videtur)

Contra Iohannem de Tornamira qui ex lotii inspectione præscribit medicamenta.

232 (beside: Quid ais eiusmodi celebres, hominibus quoque)

hanc nostram disceptationem conueniant. Primus itaque scopus erat, *an agendum* sit: hoc enim prudentis est signum, primum, *num illud quod attentemus sit possibile*. Si n. possibile, agemus. Si impossibile, nequaquam, quę ex vrina non sunt, sicuti & reliqua iam dicenda, petenda. Vt autem agat, vel non agat medicus, duo scire oportet, nempe *causam efficientem, & materiam seu instrumentum, in quo medicus operetur*. Si igitur agere debemus, hęc oportet scire: istis cognitis deuenimus ad modum curandi. Quādo enim dicimus poss. agere vel nō, fit duplici de causa: vel *quando deficit potestas*, vel *quando instrumentum*. Et tūc

Primi scopi indicatio an agendum.

233 si agere volumus, male operamur. Cum igitur agere possimus, oportet vt adsit causa materialis: nam si materia deficiat, vt si aliqua pars corporis auferatur, vel nasi vel ussis, illam reficere nō possimus, quia deficit materia. Ergo si operari velimus, oportet q; adsit causa materialis. Iam quoq; ipse medicus deficit, propter suam imperitiam, ignorantiam, vel minus probatam experientiā, quod non scit operari, quemadmodum Empirici tui, ac circumforanei, quum multi ex iis potius ad stiuam apti sint quam ad medicinā, qui etiam præter imposturam nullam aliam artem aut experientiam habent. Adde quod medicus etiam expertus deficere posset, propter operationes quasdā à medicis præstantissimis descriptas, quas ipsi facere solebant: tamen nullus hoc tempore eas attentare audet, vt sunt *incisiones hydropicorum*: vel ob ignorantiam eius rei vel difficultatē. Et ita imbecillum tale erit remedium ex parte medici aut potius chirurgi, ad quem talis incisio pertinet. Vel etiam quod vires sint deiectæ, nec q; tutum sit eas administrare. Contingit etiam aliquando, licet materia & instrumentum adsint, vt medicus operari possit, tamen non licet ob alias circūstantias, quæ interius aut exterius subiecto essentialiter adueniunt & operationem impediunt: intra vero vt sunt tēperaturæ, motus animi, ętates, aliquando & ęgrotantes sunt obstinati, vt nulla remedia admittant, vel iam supradicta illud vetant. Nam si victu tenuiori vtendum est, modo talis non adsit temperatura biliosa, quæ hunc non ferat: quæ temperatura quoq; vel esse potest in parte corporis, vel in toto: in parte, vt qui habent ventriculum ad bilem, tales & facile incidunt in syncopen, & sanguis mittatur, vel

234 elyster iniciatur, cuius exempla aliquot habes in nostris Obseruationibus *de febribus*, quare & ab iis remediis licet necessariis cauebimus cū natura aut tēperies corporis id negat: ita nec puero tuta est adeo venæ sectio nec decrepito, neq; pręgnātibus in principio & fine, quibus & purgatio vehemens suspecta est. Quod ad animi motus attinet, pusillanimis hęc tuta nō sunt, ita nec iis quibus valde aluus fluit, aut quib. menses superfluūt aut hæmorrhoides. Quæ vero exterius adueniunt, est aër, sic in mollib. corporib. si æstiui calores excedant, aut frigora vehementiora adsint, hæc eadē prohibent. vti & regio nimis calida vel frigida. Plurimū etiā valet consuetudo: nam alii ter aut quater in die assueti sunt comedere, tales plus in die reficere oportet; nam ab inedia, vires facile deiiciuntur, ita qui & venæ sectioni aut pharmacis consueti sunt, minus ab iis læduntur. Sed & hic ratio morbi pręcipue habēda, qui si adeo processit, vt nullo modo auxiliari possit, nihil tunc agendū est, ne medicus infamiā incurrat, aut optima remedia calumnientur. Cū vero Argenterii sententia duo sint maxime quæ agere possunt, natura & medicus, inprimis prospiciendum, *an aliquid a nobis agendū sit nec ne. an totū negotiū committendum naturæ*. qui hoc ignorauerit, grauissimos errores incurrit, cum imperitus medicus ea impediat, quæ solius naturæ opera sunt, & in desperatis morbis aliquid aggreditur præsidiorum auctoritatem minuendo, cum locus prædictioni sit relictus & non curationi. EVL. Quā stultū igitur est, imo temerarium & audax hoc genus medicamenta præscribunt, & victum iniungunt, ne visu quidem ægro, aut eius morbo cognito: hinc sæpe naturam impedientes, ęgros infinitos & in-

sperатos ad orcum demittunt. PHIL. Non sciunt 235

isti impostores & flagitiosi vromantes, q; indicatio huius scopi prędicti sumatur ab ipsa rei essentia (*non à lotio*) num talis morbus vel affectus sit curabilis, nec ne. Si autem natura affectuum, de quib. agimus huiusmodi est, vt de iis nec desperetur, nec adeo leues sunt, vt solius naturæ beneficio curari possint, indicāt plane à medico quid agendū esse. BRVT. Hoc opus, hic labor est. EVL. Belle quidem, sed nunc Philiatre secundū scopū, quid agendū sit, aggredere. PHIL. Bene admones, cum cognitū habeamus an à nobis sit aliquid agendū, statim emergit secundus scopus, scilicet quid agendum: nam cum multa variaq; præstare possit medicus, plurimū refert intelligere, quid ab eo fieri debeat, an scilicet vacuādum, replendum, digerendum, resoluendū, nutriendū, alterandū, refrigerandū, & innumera alia; aut aliqd aliud faciendum: q; qui ignorat, dum vnum pro alio sępe aggreditur, homines vehementer lędit. Causa igitur indicat, quid sit faciendū, *vt dicebat Montanus*, sed efficiens maxime præseruationē, cum causa efficiens ad præseruationē pertineat: causa vero materialis aut corporea aut incorporea ad curatiuam seu mutationem. Iam & istæ duæ causæ materiales inter se etiā differunt: quia causa materialis corporea, sibi vendicat euacuationem: incorporea vero alterationem. Quid igitur agendum sit, sumitur à causa efficiente & materiali. Vel hæc indicatio (*vt breuiter concludit Argenterius*) sumitur ex numero & differentia malorum. Quamobrem cum status nostri corporis actionem indicet, diuersæ illius differentiæ, vt conseruationem & mutationem, sic alias

Secundi scopi indicatio, quid agendum.

differentes actiones monstrabunt. Quod enim 236

vehementer affligit, vehementem actionem quoque vehementer agere posse indicat. Corporis status qui præter naturam est, sui ablationem, causæ præseruationem, morbus curationem, symptomata quæ vehementiora sunt, mitigationem: ita & in statu secundum naturam

naturam, quod cita eget actione vt nutritione, eam, & id quod ciò conseruare nutriteq; possit: nam omnia quæ sunt secundùm naturam, quod

Similia similibus seruantur.

seruare se postulent, nemo est qui ambigit: Hinc n. sanitas, imò vita ipsa consistit: similia similibus seruantur: quæ enim similia sunt, non alterant. Sed causa morbi, & morbus ipse, & symptomata cùm præter naturam sunt, ablationem sui indicant. Vel symptoma mitigationem sui, *vt diximus*. Quod aũt tolli sine dolore neq̃t, indicabit & ablationem sui cum dolore. Illud tamen præferendum alteri, quod mitiùs agere aptum natura est: Sic sanè putrefactæ partes dolorifica sæuissimaq; requirunt auxilia, à quibus, quod est corruptũ, rescindatur. Eadem ratio in aliis & genere præsidiorum. EVL. Hæc etiam secùndum Galenum à partis dignitate, natura actionis, substãtia, situ sumuntur, quem & alij seqnũtur. Sic Iacchinus ex temperamento partis, eiusq; præstantia, situ, colligantia, huius scopi indicationem sumit. Eodem modo & Donatus primã indicationem sumit à temperamento ipsius partis, cum & substantiam simul cum affectu genus medicamenti commonstrare ait, *vt quinto Methodi*, velut vtendi modus ab ipsius forma ac situ. Eodem modo &

Indicatio à temperamẽto partis affecta.

Galenus iubet naturalem temperiem seruare similib. vt ficciora siccis natura partibus, & humidiora humidis adhibeamus. Et ideo *6. Meth.* ad aures purulẽtas Galenus siccissimis vtitur deter-
237 sotiis medicamentis. *Secundò* etiam Donatus ab actione ex Galeni sententia indicationem sumit.

Ab actione partis eiusq; præstantia.

Sic ventriculum & iecur, cuius actiones toti corpori inseruiunt, cum cautione euacuãdũ iubet & roboratione: Sic & præstantiam partis *obseruat 2. ad Glauc.* Aliter n. principes partes tractare oportet, si phlegmone laborent, aliter ignobiles vsu, idq; ob actionis præstantiam: cuius rei exempla habes à Gal. 13. *Methodi*, vbi docemur, *principum partium & earum omnium, quæ actionem toti communem habent, robur esse quàm maximè seruandum.* Tertio indicationem capit idem Dona-

A figura affecta partis.

tus à figura affectæ partis. Hac ratione cognoscimus modum euacuãdi, quod vẽter vomitu, deiectione; intestina deiectione tantùm, sicut iocinoris caua expurgantur. Renes verò, iocinoris gibba vesica per vrinarios meatus. Cerebrum per palatum, nares & aures: pulmo, pectus, per aspe-

A situ.

ram arteriam, fauces. Quartò indicationẽ accipit secundum mentem Galeni ex *situ*, atq; hæc partis affectę indicatio sanè non leuis est, cum ad solidarum partium intẽperiem, tum ad succorum vitium. Nam qui per summã corporis intemperie laborant, iis medicamenta, quæ intemperies requirit, applicabimus. Quibus aũt in profundo corpore intemperies est, in his rationem interualli habebimus, vehementiorib. vtentes medicamentis, quàm intemperies requirit. Nam si eis vtaris quę intemperies postulat, multo imbecilliora quàm vsus exigit, ad locum peruenient. Ad euacuationes quoq; situs non nihil indicat, societatem, cum aliis particulis, laborantis partis docens, & propterea per quæ loca, ac quomodò euacuare oporteat, ipsa partis positio præcipuè demonstrat, *vt liquet 2. De art. curat. ad Glauc. & 5. ac 13. Methodi.* Quæ n. ad situm & colligantiam pertinent. multum enim refert, an pars affecta in sublimi sita sit, an aliis partib. obtecta lateat. Nam quæ latent, vehementiora desiderant, ne interim vis medicamẽti languescat. Huc verò & distãtia spectat, vt si per ebibita sanãda vlcera renum, quòd longè absint, remedia vehementiora poscunt, & vna quę eorum vires deferunt ad longinqua. itaq; detergentibus diuretica admiscebimus. Ad situm quoq; partis perti-

5. Methodi.

net nosse, vt prona pars sit, vt facilè inhærere medicamenta possint. Hinc est inuentum, vt eclegmata viscida, in pectoris vitiis conficiantur, quo gutturi diu inhærentia aliq̃d ex his intra viscus exudet. Sed & applicandi ratio hinc inuẽta, vt resupini diu in ore teneãt, laxatis gutturis musculis. Ex partium verò consociatione, siue colli-

Ex partiũ consociatione seu colligãtia.

gantia maximè habetur, qua via corpus euacuandum sit, si quando vacuationem exposcit. Etenim vacuatio quàm maximè fieri põt facilis, & sine noxa esse debet, & celeriter prodesse: quocircà per determinatas quasdam partes non temerè ex vnaquaque fieri debet: quod sane præceptum tum ad purgationes, tum ad sanguinis missionẽ est commune. Nam ita præcipit Galenus fieri per

7. Methodi.

communes venas, tum vacuationem, tum auersionem. Sic & purgatio (*vt diximus*) iocinoris optimè per testina perficitur, quib. per venas mesaraicas iungitur, præsertim ipsius cauã. Sic ventriculus vomitu: renes vrinis. Etenim præcipiebat Hippocrates *dolorũm per proximum ventrem purgandum*, id est, per proxima loca fieri debere. Quintam indicationem non spernendam idem capit ex mente Galeni ex sensibilitate partis: nec 239

Indicatio quam sensus partiũ acutas & hebetudo suppeditant.

spernenda est hæc indicatio, quam sensus partis acuitas, hebetudoq; suppeditant, quando omne medicamen contemnunt, quæ tardi sunt sensus, etiãsi non leuiter rodant. At quę acuti sunt sensus eorum vires dolore resoluuntur. Expedit igitur has non confestim, nec semel valentiorib. auxiliis mederi, sed tuto potius in tempore. At vbi tardus est sensus, in his etiã celeriter obire quod iustum est, licet semel vtendo remedio, quod sit idoneum. PHIL. Quanq̃ hæc ita se habeãt secundum Galenum, quem & alii sequuti sunt, quod à partis dignitate, naturã, actione, substantiã, situ, tum reliquis iam dictis iudicari possunt, nempe remediorum genera, non tamen hæc (*si propriè loqui velimus cum Argenterio*) sunt, quæ diuersa remedia indicant, sed ea quæ præter naturam sunt diuersa, vt Galenus exactius & magis proprie docuit *lib. De opt. secta, & 12. Methodi.* BRVT. Videntur igitur vestri medici rursus hac in re non conuenire. EVL. Licet confuse aliquando loquãtur & propriis nominibus aliquando abutãntur, vt etiam antea audiuisti; tamen in re ipsa conueniunt, quod hæc singula sint expẽdenda siue sint indicationes proprie dictæ vel coindicationes hæc tamen omnia scitu necessaria sunt & examinanda, vt rectè curationem absoluamus, & ita

hunc secundum scopum principalem non ex inspectione lotii sumemus, vt vroscopi faciunt, qui remedia & præsidia male inquirunt ex vromantia, atq; ex lotii tam incerto indicio medicamenta præscribunt, cum ipsi nondum sciant quid agendum sit vere, & sic omnes vno calceo calceantes, vt habet prouerbium, vnice in hoc sunt, vt perpetuo ventrem egregie perturbēt, potius venenis, quam veris pharmacis, insequentes vesti-
240 gia Chimistarum, qui metaliicis indesinenter vtuntur. Verum tu Philiatre ad tertium scopū accede, tum eius indicationem aperias. PHIL. *Tertius scopus* principalis erat, qua re operari oporteat: Nam cum sciamus quid agendum, ilico in mentem venit, qua re id poterimus præstare. Cū n. ad agendum materia sit opus & instrumentis (*si quidem medicina victu & remediis vtitur*) tertius scopus statuitur, qui genus materiæ complectitur: multum refert, si vnum pro alio remedio sumam⁹. Admonet n. hic scopus in electione cōmodę materiæ delectum adhibendum. Non hęc Brute in putido lotio inquirenda. Sed cum hic scopus materiam medicam requirat: hanc indicabit partim morbus, partim causa. Si morbus, qui sine præsentia medici dignosci non potest, multoq; minus æger curari, si medicus illi non perpetuo adsistat, vel saltem sæpius illum inuisat. Desine igitur delirare quod medicus apud ægrū præsens esse non debeat. BRVT. Experior quidem deliria vroscoporum magis innotescere. Sed tu pergas hunc scopum enarrare. PHIL. Hic scopus vtilissimus est, qui à morbo vel causa eius vel symptomate indicatur. Sic obstructiones vehementes indicant ea remedia, quæ valde apetire possunt: copia humorum, quod multū euacuet. Crudus, vacuationem ante coctionem nō admittit. Pessime igitur vromantes faciunt, qui inspecto solo lotio ilico ad purgationem confugiunt, quamuis Hippocrates dixerit. Concocta aūt non cruda medicari oportet. Et sic vnumquodque proprium remedium indicat, siue sit causa, seu morbus, seu symptomata. Intemperies alterationem indicat, *multitudo humorum euacuationem, cruditas concoctionem, dolor mitigationem, fluxus vehemens constringentia.* Ex isto scopo cū & certus nu-
241 merus malorum cognoscitur, certaq; in singulis ratio pręsidiorum. Cum medici in consultationibus vel actionib. præsidia petunt ex sex reb. non naturalibus primo, postea à medicamentis, certe in hoc reprehendendi sunt, ꝙ in grauissimis affectibus à leuissimis auxiliis exordiantur, veluti si quis in phrenitide de aëre & luce disputet, quū præstaret ab initio de venę sectione & aliis generosis remediis differere. Deinde est, quod damnemus cum Argenterio hoc institutum, quod scilicet illa (*nempe sex res non naturales*) non semel sint percurrenda, sed toties quum aliquid moliri volumus, quæ in secundo aut tertio scopo sunt comprehensa. Veluti cum fluxionum remedia quærimus ab aëre reliquisq; rebus non naturalibus petenda, docendumq; quali aëre, cibo, & aliis eius generis sit opus. Idem tamen faciendum

Indicatio tertii scopi qua re operandum sit.

Contra eos medicos qui in principio morbi easdem res non naturales præscribunt, vt in fine.

cum causas fluxionum rescindere studemus: item quando discutere volumus, id quod in parte insedit, aut cum febrem curare, illiusq; causas abigere cupimus. Illi vero (*vt satis apparet*) non sine magno errore de aëre, cibo, potu, aliisq; rebus non naturalibus semel duntaxat deliberāt, quasi eadem vniuersis affectibus, qui in ęgrotante reperiuntur, diuersi generis & naturæ: aut iisdem per vniuersum morbi cursum conueniret. Alius tamen cibus in principio phrenitidis, alius in fine conuenit, & ita de aliis. Nec præsidia ab illis rebus tantum non naturalibus sumenda, sed à quatuor fontibus, *vt Galenus quoque facit 5. de sanit. tuenda.* Exempli causa, si fluxionis remedia quærimus, sciendum eas etiam vehementes reuulsione solum; alias deriuatione sisti. Consulet igitur *primum genus* eorum, quæ extrinsecus agunt, & inspiciet an reperiri aliquid possit, inter ea quæ impulsu agunt, vel nos ambiunt, vel ad- 242
mouentur, appenduntur, aut circumligātur partibus (*hæc n. sub illo genere continentur*) quod reuellendi deriuandiq; vim habeat: atq; illud in medium ꝓferet. Postea ad *secundum fontem* perget, spectabitq; an aliqua corporis actio, vt ambulatio, fluente humore ad caput & eodem irruente ad pedes fluxionem reuocare sit apta. quo loco quietē, exercitationes omnis generis, vitæ conditionem, deniq; animi corporisq; omnes actiones expēdet, trahetq; ad suum vsum singula, quę fluxionib. reuellendo aut deriuando succurrere valent. *Tertius* succedet postea fons, qui continet alimenta, medicamenta quæ in corpus sumuntur per quamcumq; illius partem & quocunque modo: nam quædam immittuntur, deuorantur, manduntur, bibuntur, inspirantur, lambuntur, paulatimq; destillant, suguntur, aut aliter in corpus sumuntur: quorum vim perspectam habere oportet, & ea capere quæ idem faciunt. *Quartus* deinde sequatur fons, in quo continentur quę aliquid è corpore euacuant sensibiliter, ęqualiter, inæqualiter ab vniuerso, vel à quibusdam dūtaxat partib. ꝙ cum educitur, vel retinetur, fluxionib. medetur istis fontib. exhaustis, protinus acquiescet animus tamquā nullum remediorum genus omiserit. BRVT. Maximā artis difficultatem nunc intelligo ac audio. EVL. Audis quidem modo antiquum nō obtineas, & rursus ad ignauos tuos vroscopos reuertaris, qui cum hanc difficultatem percipere non pōunt, sola illa diuinatione vrinæ inutili contenti fuere, vt pro medicis haberentur, cum tales nequaquam sint. Sed nūc quartum scopum eiusq; indicationes Philiatre aggredere. PHIL. Æquum postulas, neq; recuso. 243
Quartus scopus erat *quali re præstandum esset*, ꝙ quærimus. Quum eadem agentia diuersis qualitatibus sint prædita, nec parum intersit, hac vel illa qualitate materiæ vti, veluti inter ea quæ bilem purgant, plurimum refert qualia eligere debeas: non satis est scire, quid euacuat, sed quid bilem aut aliud cum vtilitate: igitur quartus scopus materiæ qualitatem spectat. Remediorum qualitas sumitur iuxta Galenum ab actione quam

Indicatio quarti scopi quali re quid præstandum sit, & quæ qualitatem remediorum indicant.

Remediorũ qualitas unde sumatur à Galeno.

quam edit, à parte cui præcipue dicatur, & ab affecta cui medetur, hæc sibi nomen adoptat. Actionem edunt primæ qualitates, nẽpe *caliditas, frigiditas, humiditas & siccitas*: ex hisque natæ, vt quæ emolliunt, indurant, laxant, tendunt, quæque substantiæ coactementum consequuntur: cuiusmodi sunt quæ tenuant, incidunt, & incrassant, & meatus infarciunt, *emplasticas* vocant: quemadmodum & quæ ex ambabus iis nascuntur, vt astringens, densans, repellens, aperiens, digerens, detergens, & aliæ id genus. *Secundo* à totius substantiæ similitudine, à qua vis purgatoria manat, quæ humores è corpore trahat, alia alios. *Tertio* ab affectu & affecta parte, quibus medentur, vt bechica, id est, tussicularis, quæ tussi; stomachica, hepatica, quæ stomacho & iecori conueniunt. Qualitates igitur primas adhibendas esse ostendunt affectus quidem contrariam, vt calidus frigidam, frigidus calidam, & alii pari modo. Temperatura vero similem, calida quidem calidam, frigida frigidam, humida humidam, sicca siccam. Ad eundem modum aliæ qualitates, tum quæ ex primis nascuntur, tum quæ ex substantiæ crassamento, tum quæ ex vtriusque ortum habẽt, contrariis affectibus & similibus temperaturis adhibentur: vt emollitæ præter naturam substantiæ, quæ indurant: raræ, quæ densant: & reliquæ pari modo. Sola vitiosi humoris conditio purgatoriam vim præscribit, vt bilis, quę bilem trahit, & ita de cæteris. Quæ à loco & eius affectu nomẽ accepit, tum loci ipsius, tum morbi natura, quam adhiberi oporteat, ostendit. Sic stomachus, venter, iecur, ea efflagitant medicamenta, quæ robur addunt, vt absinthium. Vnaquæq; pars suum peculiare remedium petit: ita & etiam morbi peculiaribus remediis iuuari creduntur, *vt comitialis, paonia* &c. Attamen Argenterius, inquiens, quæ qualitatem indicant Gal. 3. *meth.* capit à partis, situ, vt in vlcere exiccantia: id affectus potius quam situs declarat. *8. Methodi*, à consuetudine, regione, anni tempore, ab ipso temperamento, sed illa potius sunt coindicantia. Diligentius *11. Methodi*, à morbi qualitate eam petendam præcipit.

Quæ proprie qualitatem remediorum indicant.

Qualitas itaq; morbi, qualitatem remediorum indicat. Et sic etiam quæ morborum causis & symptomatibus propria sunt auxilia, ab illorum qualitate indicabuntur. Quamobrem remediorum qualitatem indicabit qualitas eorum, quæ sunt præter naturam? Victus autem qualitatem, eorum quæ secundum naturam existunt. Sic qualitas humoris vt in sanguine crassus sanguis, latam sectionem postulat. EVL. Belle quidem, neque hæc indicatio à lotio sumitur: sed cum sanguis melancholicus fuerit, idem plærumq; crassus est, & in talibus latam sectionem facere iubemus. in biliosis morbis bilem euacuamus, & eius qualitatem calidam & siccam refrigeramus & humectamus. Nunc quintum scopũ si placet, explicato. PHIL.

Quinti scopi seu quãtitatis indicatio.

Hunc ad quantitatem referimus, cum iusta mensura in omni re tenenda est. Cum autem scopos curatiuos alibi Galenus sub quatuor generibus cõprehendit, quæ medicus præcipue inuestigare contendit. *Primum* est remediorum selectio, *secundum* mensura, *tertium* occasio adhibendi, *quartum* modus vtendi, seu applicandi ea. Nec enim sat est nosse quod vacuandum, aut calfaciendum sit, nisi & vacuationis & calfaciẽdi mensura habeatur, & tempus quo commode fiat, & quę sit administrandi ratio ineunda. Nam qui in vno horum deliquerit, facile poterit ægrum perdere.

Herophili medici dictum egregium.

Vnde & Herophilus dicere solitus est; *Nihil magnum præstare auxilia posse, ni commodum administratorem nacta sint. Quin imo sine eo non magis vsui esse, quam damno.* Alii remediorum genere, quantitate, vtendi modo artem medendi comprehenderunt, *vt Fernelius.* Nos autem nouem scopos omnes declarabimus ad maiorem perspicuitatem indicationum. Quantum igitur ad hunc scopum quintum attinet, nullibi magis peccatur à vestris Empiricis & vroscopis ô Brute, quam in mensura, cum adeo enormiter non tantum purgent & euacuent, imo vno die contra omnes medicorum præcepta & venam pertundere iubent, & pharmacum vltra modum soluens audacissimi nebulones exhibent, neq; in his, verum etiam in nullis aliis remediis aut præsidiis quantitatem obseruare sciunt: hinc mortes agunt per experimenta, & impune homines occidunt. BRV. Credo hæc lubrica esse & periculi plena, si plus detur quam oporteat. Tu interim prosequere quomodo hæc indicatio sumatur, cum tanti sit momenti, si quis in hac errorem cõmittat. PHIL. Recte admones.

A causa corporea, incorporea & formali.

Quantum igitur sit agendum, *teste Montano*, sumitur etiam à causa materiali corporea, vel incorporea, & etiam à causa formali. Hinc ars medica tam lõga & difficilis est cũ contrariis egeat: In quantũ fuerit lapsus: in quo & ægri virtus spectatur, & quantum à naturali habitu recessus sit, siue rerum mole, siue gradu agas, siue parum, siue multum *alterandum, euacuandum, infrigidandum* &c.

Cur ars medica longa & difficilis.

Non satis est quod contraria contrariis pellantur: sed quantitatem scire oportet, si morbum calidum nimium refrigeramus, frigidum gignimus: quod ne fiat in morbo, naturam corporis callere oportet, & morbum ipsum & medicamentorum rationem. Quidam ex his locis desumunt indicationes, (*vt Montanus quoque*) à natura morbi à modo recessus, à temperamento, ægri viribus, consuetudine vitæ conditione, anni tempore, ætate, constitutione cœli, motu morbi, vel causæ, quiete, loci affecti natura, quam deducunt in temperaturam, substantiam, functionis dignitatem, sensum.

Remediorum quantitas ex quibus sumatur iuxta Galenum.

Sed & præcipue ex mente Galeni (*quem & sequitur Acakia familiaris noster cum in Gallia praxim exerceret*) quantitas remediorum primo sumitur ex magnitudine affectus: sub quo nomine affectus, intelliguntur morbus, eius causa & symptoma. Affectus igitur magnus, non solum medicamenti copiam, sed & vehementiam postulat: exiguus minorem modum, & vim remissiorem: atque, vt semel dicam, æquali medicamentorum excessu, contrarius naturæ proprie excessus abigendus est. Vbi igitur vehementer immutandum corpus est, vehementer immutantibus est opus: vbi modice, iis quæ modice immutent: vt in primo secundo ter-

& vbi sumantur à materia in qua, id quidem duplici respectu fit: si mēbrum consideremus morbosum cuius sit naturæ, tunc indicatio sumitur quomodo curandum, vt inflãmatio hepatis aliter quam cerebri curatur. Sed si consideremus situm ipsius membri, tunc indicat vbi agendum: vbi n. affectus est, ibi remedium adhibendum: & sic quo loco agendum, indicat membri affecti positura. Sic pleniori intestino clisma conuenit: tenuiori pharmacum per os sumptum, ventriculo vomitus vel purgatio. Iecoris gibbus (*vt dictum est prius*) vrinam moueoria. PHL. Si tamē Argenterii præcepta sequi velimus, quę vero locum indicant, cui adhibenda sunt remedia, Galenus potius & eius sequaces, ea ponit quæ impediant

Impropriè locum indicantia.

indicantia, quam vere indicantia. Scribens *connexionem partium, situm, conformationem, locum docere, per quem vacuare humores noxios oporteat, vsum vero actionesque earundem, locum declarare cui præsidia sint applicanda: cum hac secundum na-*
258 *turam sui conseruationem & locum remedijs aptum non indicant.* Quamobrem expositis prin-

Quæ propriè locum indicant.

cipiis locum indicari ab indicantis loco dicendum est: nam vbi illud fuerit, quod indicat, illic propria auxilia sunt adhibenda, toti nempe corpori, si totum exigat: parti, si pars: extrinsecus, si externa sit: intrinsecus, interna, quæ opem flagitet. Sic profecto vniuersum corpus alimus, quia omnes partes sui nutritionem desiderant, oēs alteramus, quoniam omnes sibi propria alteratione opus habeant. Vbi vero collectus est aliqua in parte humor, qui eam distendit, aut alio modo offendit, ei studemus prodesse affecto loco remedia adhibentes: atq; id quidem perpetuum in omnibus esse inueniemus. Verum vt in aliis, sic etiam in hoc scopo non desunt, quæ sæpius prohibeant, nos assequi, quod indicantia suggerunt, at propterea non indicant. Sic æstuante ore. Ventriculi, postulanteq; quod actu refrigeret extrinsecus remedium, prohibet omnino ei loco applicari septi trãsuersi situs: quod vt secundum naturam habet, ita non admittit sibi adiungi, quod alteri parti affectæ est accomõdatum. Desinant igitur vromantes delirare, qui cum locum affectum ex lotio dignoscere non possunt, ex eodem expiscari indicationem, cui loco adhibenda sint remedia. EVL. Magnam certe diligētiam Philiatre impendis, euolendis non tantum veterum, sed & huius sæculi, si quorum aliqua celebritate nomen percrebuit, Philosophorum & medicorum monumentis: hos adisti, audiuisti, coluisti, saltem quos tali honore dignos comperisti, bona orbis parte hac vna de causa peragrata. Quamobrem & te rogatũ volumus, vt vltimum ac nonum scopum eiusq; indicationes nobis a-
259 perias. PH. Ad id quidem sponte accingor, neq; philautia illa moueor, quod diligentiam meam extollis, quæ omnib. medicis ac philosophis spōtanea esse debeat, vt multis prosit, eosq; qui vinculis sic impediti sunt (*vt noster Brutus*) ita vt vix illi sese explicandi, spes vlla relicta sit, recte instruere, & liberare possimus. BRVT. Non possum tamen hanc meam causam victus tam cito deserere, quemadmodum nec Empirici mei, hãc consuetudinem diuinandi lotia, tot añorum approbatione multorum iam confirmatam, ab ædibus suis eliminare possunt. EVL. Agant illi pro suo more, cum certo tamen constet, quod scopi iam dicti neq; eorundem indicationes, ab vrinis petantur, sic neq; nonus & vltimus scopus, *quo ordine sit agendum*, id demonstrabit. cuius indicationes, Philiatre si libet, edissere. PHIL. Faciam

Nonus scopus quo ordine agendum sit.

quod postulas. Ordo enim vbi plura facienda sunt, quæ inter se serie quodam cohæreot, scopum alium nonum & vltimum constituunt, quo docemur, quærēdum esse *quid primo, quid secundo*, quid deinceps fieri conueniat; & hic scopus maxime locum habet in iis affectibus, qui plura requirunt facienda, & tamen vnica vice fieri non possunt. Ordinem itaq; agendi suadente posito principio, à rerum ordine, quæ actionem postulant & nostram operam indicari. Etsi aliquando

Quæ indicent ordinem in agendo.

frustra symptomata renouemus, nisi prius ablatis morbis & adhuc prius remotis causis. Sic in febribus auspicamur aliquãdo à refrigerantib. deinde obstructionem tollimus. Vbi vires collapsę sunt antequam aduersus morbos aut eorum causas pugnamus, cogimur aliquando alimentum exhibere & corpus roborare. quin etiam sordes ab intemperato vlcere, quam intēperiem amouemus. Et sic videtur Argenterio quod nō semper debeamus curare quod magis vrget, vt sym- 260
ptomata tollere. Veluti si cui ex vase multa sorde sanieq; obtecto sanguis profluat, vnde vires collabantur, sanguinem comprimere non possum' admotis remediis priusquam saniem amoueamus. EVL. Hæc tamen videntur scrupulosius tractari, quanquam putem illud axioma, hoc vno exemplo, omnino ab eo esse inchoandum, quod magis vrget, locum habere, vt illud prius tollatur: deinde ab eo quod efficientis causæ rationem obtinet, postremo veniendum ad ea sine quibus reliqua fieri nequeunt. PHIL. Probe quidem, & propterea si hæc Bruto non satis faciant, legat Argenterium *lib. 2. De officijs medici cap. 18.* & Donatum *prima parte De medendis febribus:* & Heurnii Praxis medicæ *librum tertium*, qui plane omnia, tum alios qui ex professo de his scopis & indicationibus tractarunt. BRVT. Vnum est ꝙ adhuc me remoratur, de quo prius quoq; admonui, quod medici hac in re sibi inuicem contrarientur. EVL. Scio quid dicere velis; & nos scimus Donatum *libro iam citato* de his iisdem reb. contra Argenterium scripsisse & sensisse, ac Galenũ contra eundem defendisse. Attamen quicquid de his reb. in medium adferri posset, vterq; tamen docet, tum alii medici præstantissimi, qui varia de ijsdem reb. scripsere, hæc omnia esse obseruanda, quanquam circa nomina videãtur pugnare, de reb. ipsis considerandis consentiunt, siue *indicant, coindicant, contraindicant* aut *repugnant*, vt antea quoque hunc scrupulum ex animo tuo amoueremus, admonuimus, semper esse diligenter animaduertenda, cũ adeo vtilia & necessa-

necessaria sint, vt nemo vnquam sine horum o-
mnium animaduersione & obseruatione curare
261 possit. Constat igit. atq; illud pro rato habemus,
quod neq; hos scopos neq; indicationes curan-
di inuenire possemus ex vrinarum iudicio & fal-
laci illa vromātia. Et ideo nostri seculi medici in
maximo errore versantur, qui statim inspecta v-
rina, ęgro nondum viso, de remediis præscriben-
dis cogitant, morbo eiusq; causis nondum inue-
stigatis, & his scopis tum indicationibus omissis.
PHIL. Rectè quidem: qui his ducibus iam dictis
non procedit, nihil artificiosum & certum profe-
ret, sed temere omnia aget. Hæc n. ad medicum
spectant ô Brute; non temeraria illa vrinæ diui-
natio, qua callidè homines imponuntur. Opor-
tet igitur exercitemur in affectis partibus, quod
nihil aliud est, quam vt artem curatiuam Metho-
do traditam, ad partium affectus accommode-
mus. Hanc Methodum Galenus quamuis spar-
sim in *Therapeuticis libris* cum tanta verborum
inuolutione tradidit, vt diligentem collectorem
desideret; quod tamen post Galenum, qui & me-
thodum rationalem profitentur, vix aliquis fe-
cit. Nam & Auicenna cuncta obscuriora reddi-
dit, cuncta sordida, & frigida effecit: omnia fœ-
dat. Nunc autem viri quidam in Galeni doctrina
versati, haud exiguam in hac re operam impen-
derunt: quamq̃ plurimi adhuc sint, proh dolor,
qui hac vera spreta Methodo, impostorum erro-
ribus implicantur, & ad remedia non solum vix
inspecto lotio confugiunt, sed ea lingua verna-
cula omnibus communia faciunt, vt & mox de-
clarabimus. Atq; hactenus de scopis & indica-
tionibus curandi plusquam satis.

262

CAPVT VI.

*Contra eos, qui lingua vulgari, aut vernacula re-
media & medicamenta prescribunt, & o-
mnibus communia faciunt.*

EVL. Cum iam satis longa oratione demon-
stratum est Bruto, vromantes maximo erro-
re implicari, qui ex vrinis allatis, in ædibus suis,
ægro non viso, non solum de morbo prænuntiāt,
verùm etiam medicamenta describunt. BRVT.
Idem & tui medici quidam faciũt. PHIL. Scimus
& quamq̃ nostri medici ô Brute, videantur parũ
cautiores in iudicandis lotiis, quę ad eorum ędes
deferantur, neq; & illud inficias imus quòd & a-
liquando ea præscribunt medicamenta (*vt &
nos prius confessi sumus*) qui si præsentes apud ę-
grum essent, mutarent: & ideo felices sunt ægri,
si bona fortuna ab vroscopis commoda ex lotio
ita inspecto præscribantur medicamina: infeli-
ces verò si contrarium eueniat. Non minus & il-
li medici mihi videntur peccare, qui cum vrinas
inspexerint (*forsan parum esset ex lotio nugari, si
non ex libro remedia, de quibus numquam pericu-
lum fecerunt, agrotis non visis, dictarent: quibus ve-
tus illud adagium* ἐκ βιβλίου κυβερνήτης. *id est, ex li-
bro nauta, rectè obiiceris*) ægrotis formulas suas,

Galeni adagium, in sola lectione citra experientiam doctos: Ex libro nauta.

lingua vulgari aut vernacula pręscriptũ, quas vel
ad pharmacopolas pręparandas, vel ad monaste-
ria relegant, à quib. subinde simplicia vel viridia
emendicant vel auferunt, quæ deinde ipsimet,
q ægris assistunt vel inseruiũt, decoquunt; verùm
quam apte, id alii coniectare possunt: & ita artis
arcana (*quemadmodum & illi à typographis condu-
cti, qui in linguam vulgarem seu vernaculam libros
medicos vel de simplicibus aut herbis latinè scriptos,
conuertunt*) vulgaribus hominibus ac idiotis cõ- 263
munia faciunt, & ansam magis imponendi & er-
randi præbent: cum nulla distinctione iis vti sci-
ant, & præter id quod iam diximus, diuino Hip-
poc. præcepto abutantur: nam res sacræ, vt in li-
bello *De lege* nobis scriptum reliquit, sacris ho-
minib. tantũ demonstrantur, profanis id fas non
est priusq̃ scientiæ orgiis initiẽtur. Constat enim
si naturalium rerum abdita & naturę secreta ho-
minib. sceleratis, ac impostoribus, & indoctis a-
periantur, iisdem vel maxime offendũtur. Cum
enim rudes sint, nullis artibus liberalibus, neque
Philosophia, aut logicis speculationibus imbuti,
ea rimari neq; intelligere possunt, nec iis etiam
si volent, recte vti sciunt. EVL. Recte quidem. &
propterea non abs re vetuit Hippocrates ne cui
ars medica communis fieret, nisi illi, qui ad hanc
artem aptus esset, & medicinæ legibus iureiu-
rando astrictus, pręuidens quãta calamitas inspe-
rata pernicies miseris mortalibus accideret, si artis
decreta ac dogmata, nebulonibus aut idiotis cõ-
munia fieret. PHIL. Hoc labyrintho quidam
ex nostris medicis intricantur, qui formulas su-
as lingua vernacula scribunt, vt plebeis com-
placeant: quas tamen homines plusquam aua-
ri aliquando in scriniis suis in aliud tempus reser-
uarit, vt sibi aut aliis recurrente morbo, non ha-
bita ratione vel morbi, vel ætatis, vel sexus, vel
temperaturę, iuxta easdem formulas in schedulis
descripta, & à murib. iam prope corrosas, denuo
eadem pharmaca præparari curant. EVL. Adeo
nunc mi Philiatre tenaces & sordidi sunt homi-
nes, vt non modo illas formulas lingua vernacu-
la descriptas, sed & latinas à doctoribus medicis
scriptas, quas ad pharmacopœum deferunt con- 264
ficiendas, ac pharmacis iam confectis, schedulas
easdem à pharmacopœo repetũt in alium vsum,
vt si forte in eundem morbum aut similem reci-
dant, vel alii quoq; eodem videantur laborare,
ne opus sit denuo ad medicum deferre, iisdem
rursus confectis vtuntur, licet plæruoq; res male
cedat, pharmacopœi etiam auaro huic crasso er-
rori conniuentes: ita vt ego sępe viderim formu-
las cuiusdam medici, iam duodecim añis demor-
tui ad pharmacopœum conficiendas delatas fu-
isse, & nuper incidi in schedulã cõtinentem pur-
gationem, quæ ostiatim vnicuique dabatur, vt
pharmacopœus eam cõficeret, quæ omnib. sine
discrimine exhibebatur. Sed quẽ hic magis exe-
crandum putas ô Philiatre, pharmacopœum, q
quæuis conficiat, etiam medico non consulente,
vel iam dudum mortuo? aut stultam plebecu-
lam, quæ tã temerario vsu quouis medicamẽto,
imo

Arcana artis plebeis hominibus non communicanda.

imo vno atque eodem soluente pharmaco se ipsum sine medici consilio purgat? PHIL. Vtrumque & impudentem & temerarium & auarum iudicauero, imo magis quam quemuis vromantem, quib. vel inprimis placet pestilentissima ac sordidissimi Imperatoris Vespasiani vox, quam

Iuuenalis. refert Iuuenalis sub his verbis: *Lucri bonus odor, ex re qualibet:* Nã & hic versiculus Ennianus, qui

Ennius. nõ in sermonem modo, verum etiam in animos eorum penitus abiit: *Vnde habeat curat nemo, sed*

Sophocles. *oportet habere.* Sophocles quoque festiua oratione turpis lucri nimiam cupiditatem reprehẽdit *Dulce*, inquit, *lucrum etiam ex mendacio profectũ.* Id autem vromantibus etiam egregie conuenit.

Plutarchus. Plutarchus autem in commentario *De audiendis poetis*, refert è Poëta nescio quo, hos senarios, τοῦ δ' ὄλκαις τὰν δοκοῦσαν ἄλγεσο, Τοῦ δ' ἔργα τοῦ κερδαίνοντος, Μάρπτον. hoc est, Interprete Eras-

265 mo, *Opinionem sperni to iusti ac virũ quiduis agentem sequere cui spes est lucri.* Ita quoq; isti pharmacopœi spe lucelli necem pro vita sæpe vendunt, cum non deberent denuo non solũ istas formulas, imo nullas inconsulto medico parare, aut quoduis medicamentũ distribuere. EVL. Verum quid cum istis prauis hominib. agas, & cum istis medicis, qui eiusmodi formulas vernaculas præscribunt, quæ deinde vicatim & per totã vrbem deferuntur, ita vt vulgares artẽ medicam etiã venalem habere videantur, quid dico artem, imo mortem ipsam sæpe circunferunt. PHIL. Hæc aũt peruersa consuetudo apud nostros quosdam medicos, proh dolor, qui magni nominis esse velint, increbuit. Ita cum ego Italia iam relicta apud Gallos aliquandiu praxim exercuissem & in patriam rediissem, reperi quosdam medicos, qui non solum inspecto lotio tales formulas præscriberent vulgari idiomate, verũ etiam si ægros inuiserent, idem faciebant, quas modo astantes vel amici, modo moniales, modo pharmacopœus conficiebat: ita vt hic mos apud nonnullos sicuti vromantia iam tyrãnidem occupasse videretur: ita vt fere inuitus quibusdam morem obsequi cogerer, interea tamen adiungens alia quædam, quæ ipsi astantes ignorabant, vt ex officina adferrent, ex solis simplicibus, aut viridib. constarent, nec omnia ingredienti formulas dignoscerent, vt sibi denuo neque aliis easdem formulas parari mandarent. Verũ cum animaduerterem homines plusquam sordidos potius auaritiæ causa & non sanitatis id facere, etiã ditissimos quosque, qui non solum vernaculas illas formulas ve-

246 rum etiam latine conscriptas, vbi medicamenta confecta essent, formulas (seu *receptas* vt vocant) à pharmacopœo repetere, & in alium vsum sibi ad tempus reseruare hoc iugum ab humeris meis excussi, vt non solum vernaculas illas formulas scriberem, verum etiam Latinas cum ægrotos inuiserẽ, in schedulis scribere nolui, sed apud pharmacopœum librum mihi reseruari imperabã, in quo formulas cõficiendas scriberem, vt optimus mos apud Italos medicos inoleuit, ne formulas more solito scriptas secum deferrent, & ob hoc

Cur formulæ nec latine nec vulgari lingua scripta ad pharmacopœum deferenda, sed in libro apud pharmacopœum scribenda.

etiam iubebam pharmacopœo, vt librum illum sibi recõderet, neq; formulas ex eo exararet, aut me inconsulto rursus pararet. BRVT. Videris mihi & ipse auaritiæ incumbere, quemad. alii omnes tui medici, ne penes pigmentarium solum quæstus perueniat, quare neq. eiusmodi formulas lingua vulgari, aut latine scriptas nobis communicare velitis, vt rursus si in morbum incidamus, nouus quæstus etiam vobismet accedat: nõ aliter quam prius etiam dehortati estis, ne lotiũ in ędib. medicorum inspiceretur. EVL. Neq; barbaris aut incontinentib. aut bonorum omnium cõtemptoribus, nihil magis scripta est medicina, quam asinis, quam belluis, qui medico recte monenti non obtẽperant, iis nulla consilia prosunt. Nonne quis Brutum potius stipitem quã hominem dixerit? qui aperta luce tenebras sectatur, cũ tamen audierit toties lotia nec posse quouis affectus demonstrare, scilicet nec causam. nec morbum, nec symptomata, nec etiam posse indicationes curatiuas ostendere: Attamẽ ex lotio medicamenta adhuc præscribi vult, & nos vrget vt incerto lotii iudicio se, ac alios omnes ægrotãtes vel perdamus vel male curemus: Cum tamen medicorum optima conscientia aliud suadeat, quod ille in nostrum commodum adhu fieri 267
somniat & interpretetur, vult vt quoq; gladium porrigamus vulgarib. hominib. nempe vt & formulas illas vulgares lingua vernacula scribamus, vel etiam latinas quibusuis demus, rursus ad eorum placita reficiantur & denuo conficiantur, quib. se ipsos, tum alios facile occiderent, vel saltem læderent, cum medici optimi sit officium sanitatis vniuscuiusq; rationem habere & recte curare. PHIL. Deliret Brutus vt velit, nos tamen ab optimo instituto non deflectemus, qui in sordib. esse velint, sordescant adhuc magis, licet medicis nullum ob pietatem & probitatem statutum sit præmium non tamen sordidi ac ingrati erga eos debent esse ægrotantes, quasi nullum vel admodum sordidum ei tantum debeatur. Nos enim lucellum non quęrimus, sed cõmod ęgrotantis, & ideo male hac in re tum probos medicos auaritiæ suspectos habes, qui tamen inprimis ægrotorum causa semper laborant, vt sanitatem illis suam recuperent, etiam dispendium aliquando rerum suarum non inuite facturi, vt finem suam medici, id est, ægrotantium sanitatem sortiãtur. Ac nisi hoc pręstari à medicis videamus, non nos sordidos illos tam, qui in hoc peccent, aut auaros, sed scelestos potius (*si ægros suos auaritia aut inuidia causa relinquerent incuratos*) atque ab omni humanitate alienos appellaturi, habiturique meritissimo simus. Videlicet tam insignis ac præstantis boni, quæ sanitas est, quanquam alieni commoditatem, tamque necessarium, & ab omnib. desideratũ vsum, tenuissimo sæpenumero, si cum hoc conferatur, sordidi cuiusdam lucri, ac quantumuis proprio vsui aut non insigni, certe alicui rerum suarũ iactutæ præferri semper debere, communi veluti consensu iudicamus om- 268
nes. Quod quis vnquam artifex alius facit, vt de

Quod Medicis nullius ob pietatem & probitatem statutum sit præmium.

suo

suo opus suum redimat in aliorum vsum? Vnde sane factum, vt ob pietatem hanc, ac probitatem, qua præditos esse eos oporteat (*vt rectè censebat Iulius Alexandrinus serenissimi Romanorum Regis physicus*) si quidem quod profitentur, legitime tractaturi sint, nullum medicis, vt in artib. aliis statuum præmium certum sit, & oblatum illi teneant de more, nunquam nisi pro specimine tantum quodam relatarum gratiarum accepturi. Quis enim vnquam recuperatæ sanitatis mercedem dederit, etiam vt sua omnia largiatur? Aut quis medicorum pro laboribus, ac molestiis, quas ex aliorum semper calamitate, ac miserus colligit, præmium dignum satis retulerit? aut merito satis sibi esse factum putet, tenuis aliquando mercedulæ cuiusdam compensatione? Evl. Recte inquam censes, & quod de relatarũ gratiarum specimine dixisti, vere specimen tantum est. Etenim si commerciorum æquabilis illa seruanda ratio sit, qua iustitia tota nititur, quæ nam tandem recuperatæ sanitatis donum æquare compensatio poterit? Rerum toto genere inferiorum, opum videlicet, aut pecuniæ? Quæ quamuis sortis suæ omnia æquare mensura sua dicatur, huiusmodi certe bonum nunquam satis pensauerit ipsa, inferioris longe notę. Itaque pro specimine tantum quodam merito sit & habeatur. Quo sane quoque fiat, quod Protagoram ipsum factitare solitum ferunt, vt discipulis suis, eorum quæ didicissent, mercedem æstimandam permitteret: vti idem hodieque à medicis bonis vsitatum recipiatur. Neque tamen multi desint, qui ægroti quoque ipsius salutem, pro mercede maxima ducant, de quibus dici illud verissime

Medici vt se gerere debeant in petendo & accipiendo præmio.

269 possit. μισθὸς ὁ ἀνὴρ. Phil. Sic est, idque in aliis melius artibus appareat, quam aliter in hoc, vel ex officio suo agere possint, in quibus mercedem vel ab inuitis exigimus, aliquando etiam paciscimur. Egit in scena Roscius, conuenit sestertiis centum, numerentur ea oportet, aut iudicium fiat. Sanitati suæ restitutus est aliquis, dat beneficium, accipio. nihil dat, non magni refert. Nec petam quidem, certe ab inuito non exigam, nec in iudicium vocabo. Quid enim petam? vitam ne ipsam quam prius dedi, in quo vno paria mecum facere potest? Dicam, humanitas te mea a pietas seruauit, probitas texit, diligentia custodiuit: Quid tu mihi, vt alia omnia persoluas, pro animi solicitudine relatarum persolues? *Hactenus Alexandrinus.* Dicat igitur Brutus, quod velit, nostro commodo hanc malam & peruersam cõsuetudinem taxare, atque errores medicorum quorundam nos velle corrigere, qui eiusmodi formulas lingua vernacula scriptas aliis communicent, neque pœnitet hanc consuetudinem me statim aboleuisse, quanquam ignaui quidam medici non desint, vt aliis complacere videantur, qui eam nondum relinquunt, atque ægrotantibus plus damni quam vtilitatis adferant, cum assistentes & ægroti illis perdite abutantur. Quod vero mussitant & adhuc obmurmurant quidam, vt audio, Barbari homines, tum etiam nonnulli, vt sceletari in re medica impostores, quod delirum, periculosum, ac plane temerarium in discernendis omnibus morbis ex vrina iudicium damnauerim, quorum calumnias, mi Euloge, ne gry quidem facio. Nam qui prodesse non queunt, quomodo obesse possint, non video. Propterea ne desistamus, neque in vnum 270
aut alterum latus deflectemus: quin hoc stolidum iudicium damnemus, quod in ædibus vromantum fit, plebemque incautam & indoctam admoneamus, ne amplius incertis vrinarum iudiciis, ac impostoribus & eiusmodi præstigiatoribus fidem habeat, quod si non ab errore eos retrahere possimus, satis est boni medici officio nos functos esse. Brvt. Quanquam video me diutius mordicus non posse tenere meam opinationem, meditata omnia multumque à diu in omnem partem agitata. Si vrina neque affectus, nec eorundem indicationes indicat aut demonstrat, quare huius aspectionem ad tam vtilem medicinæ partem, nempe Semioticen antea retulistis, cum nunc contrarium demonstrastis? Si vrina nihil significat, quare inter signa à medicis vestris ponitur? Phil. Id nequaquam nos diximus, cum & vrinam spectamus, vti & alii omnes medici præstantissimi, & eandem pro signo ac parte medicinæ etiam vtilissima habemus: diuerso tamen modo, quam tu hactenus existimasti. Verum eius inspectionem apud ægrotos, non autem in ædibus vromantum, nobis quoque vtilem esse & valde necessariam longo sermone demonstrauimus, præcipue ad decernendos hepatis morbos, renum & vesicæ, sed alios quosuis affectus non posse ostendere, neque omnes, nec indicationes curatiuas, aperte confessi sumus. Propterea si chirurgo concedis, quod is adesse debeat ægrotanti vulnerato, si recte vulneri medebitur, quod quidem attrectare debeat, si dextre vulnus aut vlcus curaturus sit, cur idem medico vt præsto adsit ægrotanti, non admittis? Brvt. Vulnera vero tum vlcera cum hæc externa mala sint, & visui pateant, facile in iis admittimus & medico & chirurgo vt adsit: Sed in internis malis putabam lotium solum sufficere, quod ex eo omnia medicus diuinaret & medicamenta præscribere posset,

Si chirurgus vulneri curando adesse debeat, multo magis vt adsit medicus ægris internis malis laborantibus necesse est.

271 nec ægrum videns, aut ei adsistens. Evl. Aliud tamen nunc audiuisti, cum interni affectus omnes nec ex lotio spectari possint, nec diuinari, multoque minus dignosci: nam & hæc quæ intus latent, medicum in omnibus aliis signis egregie exercitatum requirunt, & medici non solum præsentiam exigunt, vt omnia illa (quæ hactenus diximus) consideret, verum etiam obseruet, quæ curationem indicant vel impediunt: quod viuis exemplis prius ostendimus, vt qui sola vrinæ diuinatione ægros curare nituntur, ægros in periculum vitæ præcipitent. Brvt. Consultius igitur esset à quauis diuinatione seu inspectione vrinæ abstinere tamquam inutili & perniciosa etiam apud ægrotos? Evl. Insanis Brute, qui abiecta ratione, cum furore & impetu omnia facien-

Interna mala maiorem industriam curandi requirunt quam externa & visui apparentia.

facienda esse credis: tamen fatuum te esse non o-
pinor, quanquam stulta inferas, vt rudis qui nun-
quam didicit. Scimus enim stultitiam quatuor
modis dignosci. Aut cum non venerit in mentem
quod oportet: aut si venerit, non tenere: aut bo-
num consilium nō admittere: aut malum admit-
tere. Hinc Hesiodus è conuerso,

Optimus ille quidem, qui per sese omnia noscens,
Præceptor suus ipse sibi meliora peregit.
Rursus & ille bonus, monitus qui recta sequetur,
Qui non ipse sapit, neq; credit recta monenti,
Hic nullam in partem vtilis est.

Error iste, de quo male concludis, non in arte, sed
in eius cultoribus inest, vt alias diximus. Si enim
adsint, qui hoc perdito stultiloquio abutuntur,
solum ad suas imposturas exercendas: non tamen
omnem vrinæ inspectionem, quę apud ægrum re-
272 ctè fit, eo modo, quo iam demonstratum est, o-
mnino abiiciemus, sed in hoc laborabimus, vt e-
ius signa cum reliquis aliis omnibus signis confe-
ramus: nec lotio soli confidemus, sed alia omnia
quæ ad longum enarrauimus, apud ægrum dili-
genter obseruabimus: similiter & omnes scopos
tum indicationes curandi studiose percurremus,
vt Philiatrus noster quoque docuit, vt ita quilibet æ-
grotus pristinam recuperet sanitatem. PHIL. Sa-
tis superque hæc omnia demonstrata sunt, nunc
autem in portum tranquilliorem, & ab omnibus
procellis tutum nosmet ipsos recipiamus. Nec

Fortuna inconstans.

Deæ fortunæ (*vt Galenus in suo de exhortatione ad bo-
nas artes libello probe nos admonuit*) rem medicam
committamus, aut huius tam præclarę artis offi-
cia, quæ quomodo tractentur, nunc ex parte &
alibi diximus, quæ & latius apud Argenterium
demonstrantur. Huic inquam Deæ (*quæ in ma-
ri fluctuat cæca & oculis priuata, figura sphærica inni-
tens*) non amplius fidem habeamus, sed potius

Mercurius.

Mercurio, (*qui pro rationis domino & omnis artis
auctore habetur, vt à Poetis fingitur*) adhæreamus. Is
enim in choro Medicorum percelebrium versa-
tur, in quo neque vrinæ (*vt apud eos fit qui nudæ for-
tunæ inhærent*) allatæ ad ædes Medicorum spectan-
tur, nec imposturæ aut fraudes exercentur, ne-
que formulæ lingua vernacula præscribuntur: sed
ars ipsa diuina & omnium aliarum artium præ-
stantissima, ratione, & vera methodo, ac expe-
rientia tractatur. Et ita quæstionem tuam, ô Bru-
te, quam cum Eulogo habebas, satis ratione, ex-
perientia, & auctoritate illustrium Medicorum
diluimus, quod fallax & incertum sit vrinæ iudi-
ciū atque hoc cum demonstrauerimus, reliqua ēt
vera esse quæ subsequebantur, à nobis probata
sunt, scilicet quod neque vrina aut eius iudicium
273 omnem tractationem de morbis ac omnibus af-
fectibus in se complectatur: ita vt nec æger absq;
Medici docti pręsentia sanitatem consequi possit.
BRVT. Video me apis instar aculeo spoliatū esse,
vt amplius ferire non possim. EVL. Hoc efficit

Veritas omnia palā facit.

veritas, quæ te ipsum prodit ac conficit, & pudore
afficit, quod hactenus tuis Empiricis vroscopis
tanta concesseris, atq; eorum imposturis & stulti-
loquio vrinæ fidē habueris. Tandem enim veritas
elucescit, & omnia palam facit. BRVT. Attamen
nondum video media, quibus errata iā dicta cor-
rigere poteritis: nam si vnum reperias, qui hoc ex
animo optet, & libēter exequi velit, pro vno mil-
le inuenietis, qui lotia in ædibus sitis spectabunt,
neq; hanc diuinationem plane relinquent. PHIL.
Scimus & id quidē, ô Brute, quod vnanimis con-
sensus hoc solum efficere posset, quod & pꝛ̄cipuum
remediū esset, vt quisq; ꝑ se ipso errata sua & di-
gnosceret & corrigeret, & in abusibus corrigendis
suam ipsius conscientiā pro regula & speculo ha-
beret, in quo quisq; se ipsum contemplaretur, ars
quidem medica ab omni fucco & impostura faci-
lius liberaretur. BRVT. Vereor tamen paucos ad-
modū futuros qui hac nota ab imposturis & præ-
stigiis sese vindicabunt. PHIL. Non omnia possu-
mus omnes, neq; nos soli errores medicinæ corri-
gemus, cum & alij ante nos frustra id quoq; ten-
tarunt. Interea hoc satis nobis erit, errores quos-
dam, qui in medicinā irrepserunt, hic annotasse,
quodq; in rem ægrotantium esset, hoc vrinæ stul-
tiloquium ex choro optimorum medicorum eli-
minari, cum ēt neq; deerunt, vti spero, qui & no-
stros hos conatus non solum laudabunt, verum ēt
ꝑmouebunt, quiq; hæc nostra commentaria ali- 274
quando in linguā vernaculam conuertent, vt sin-
guli idiotę hæc intelligentes ab imposturis pręsti-
giatorum tuti quoq; esse possint. Hanc etiam ob
rem Deum maximum oramus, vt & sycophantis
omnibus & circulatoribus atq; medicastris stoli-
dis, ignorantiæ suæ conscientias opponat, vt tan-
dem pꝛ̄stigiorum & facinorum tam indignorū atq;
imposturarum pœnitentia ducti, hic dum locus
pœnitentiæ est, resipiscāt. Medicos quoq; omnes
oratos velimus, vt nubiscum laborent, & quantū
possunt diuinationi vrinæ non adeo insistāt, quin
& alia signa apud ægrotos diligentius animaduer-
tant, ac certa & vera methodo imbuti rectè ægros
curēt, omni superstitione ablata, & imposturis re-
lictis. Teq; etiam admonitū optamus ô Brute, cū
satis demonstrauerimus Empiricorum vestrorum
turbam omni arte ac ratione destitutam esse, atq;
in humana corpora tamq̃ publicos latrones sæpe
grassari, neminē vix sanari, pecunia emungere cū-
ctos ex putidi lotij diuinatione, cœlum & terram
coinquinare suis superstitionibus, qui adeo à vera
methodo curandi alieni sunt, quam infima Plu-
tonis ostia, à supernis Iouis cardinib. sunt disiun-
cta: ne iis inquam posthac fidē habeas, cum & lotij
incertū esse iudicium toties audiuisti: Ita vt hanc
quæstionē, quam cum Eulogo inceperas, diluerē,
& penes quē victoria esset, iudicarem, quā cum ad
finem nunc deduximus, non possum non ô Brute
Eulogo adiudicare, & sententiā ꝓferre, quod in-
certum sit vrinarum iudicium, & sæpe fallax, neq;
sufficiēs ad vniuersam considerationem morbo-
rum, tum etiam totius artis medicæ. BRVT. Id iam
paulo ante pręsagiebat animus, cū vndiq; me pre-
merent angustiæ, ita vt illi victoriam sine puluerę 275
cedere in animum duxerā meum, & bona omniū
venia, de hac arena decedere. PHIL. Illud tamen
strenuum militē non decebat, cum finem belli ex-

pectare debuisset, quanquam exitus huius incer-
tus sit. Brvt. Licet me subtraxissem, denuo pu-
gnassem, sed nunc viribus destituor, ac palmam
Eulogo inuitus dare cogor. Phil. Scio quod libē-
ter vicisses, verum quod victoriam Eulogo adiu-
dicauerim, ipsa ratio, quam bonæ leges sequi de-
bent, me ad hoc coegit. libere itaq; prout res ipsa
dictabat, sententiā ipsam pronúciaui. Brvt. Re-
cte tu quidē facis, & propterea fateor me errasse.
Phil. Vtinam & Empirici vestri idem profiteren-
tur, qui si nostris demōstrationibus tum admoni-
tionibus, quibus hactenus vsi sumus, ad cōfessio-
nem suæ ignorantiæ, duci nō possent, saltē amor,
quem proximo ex Dei mandato debent, eo illos
impellere deberet, vt stultiloquio vrinæ relicto,
ad consueta sua opificia redirent, cum *Circumfora-
nei* & eiusmodi vromantes vix à limine medicinā
salutarunt. quam in pernitiem multorū exercent:
Si non resipiscant, videant ne Deus optimus ma-
ximus, in eos aliquādo regia censura animaduer-
tat. Sed iam tempus est vt colloquia nostra abrū-
pamus, & huic disputationi, quæ & plus æquo
fortasse vagata est, modum & finem inponamus:
iam dudum enim modestiæ fines egressi sumus,
nimiamq; vobis molestiā parauimus. Quare iam
si libet surgamus, & ab hac contentione disputa-
tionis, animos nostros relaxemus, & domum cō-
rendamus. Evl. Non fuisti nobis molestus, neq;
Bruto, vt arbitror, cum grata & iucunda ac vtilis
fuerit hæc disceptatio. Verum si vobis vtrisque vi-
276 sum est, hac nocte apud me in prędiolo pernocta-
turi cænam sumemus: erit enim mihi hoc gratis-
simum. Phil. Nouimus animum tuum, ô Eulo-
ge, maxime philosophicum; sed cum nostra fami-
lia nos expectet, ante vesperam facile domum re-
meabimus. Brvt. Hoc quoq; consultum magis
videtur, &, si libet obambulando finem huic col-
loquio imponamus. Evl. Cum vtrisq; ita vobis
placeat, id faciamus. sed tu Brute si verbosior aut
vehementior tibi visus sum, veniam des rogo af-
fectui & bono zelo, quo aduersus tam nefarios
præstigiatores & imperitos medicos accendor.
Brvt. Nihil æq; in votis est quod libentius ô
Euloge ago. Imo & tibi & Philiatro inmensas
habeo gratias, quod non solum vestris confabu-
lationibus animum exhilarastis meū, sed hac di-
sputatiōe intima mea viscera mutastis, & simul cō-
scientiam meam cōmouistis, vt plane sentiam me
cum plebeis istis hominibus, à recta via maxime
aberasse, atque in labyrinthum adeo me coniectū
fuisse, fateor, vt nunquam me extricassem, nisi ve-
stra disputatione admonitus, exitum mihi paratū
inuenissem. Ita vt merito mihi ipsi irascar, quod
adeo erroribus implicitus atq; inuolutus, hacte-
nus tantum tribuerim incerto vrinarū iudicio &
tam perdite fidem habuerim & vromantiæ & v-
roscopis meis empiricis ac impostoribus: Ita vt
mirū fuerit, quod eorū venenosis medicamentis
non succuberim, si in morbū incidissem. Sed quia
robustus fui, ac minus morbis obnoxius Dei mira
prouidentia, eorū medicamentis minus vsus fui,
& nunc in posterum me cauebo, vti spero, vt lotia
deinceps ad illos spectanda non feram, & ab eo-
rū medicamentis abstinebo. Et si contigerit me in
morbū incidere, aut vxorē vel alium quemcunq; 277
ex mea familia, medicū statim optimum vocabo,
vera methodo institutum, qui recte curare nouit.
Evl. Id si feceris, ô Brute, melius sanitatem conse-
queris, et tui omnes, si aliquo morbo detineātur,
& multo tutius curabuntur. Phil. Probe noster
Brutus faciet: Nos quoq; nostri officij erimus me-
mores, & si ob importunitatē quorundam, ad hæc
satis inuiti cogamur inspicere vrinas in ædib. no-
stris: Attamē non desistemus, quos itis admonere,
qui hoc modo nos adibunt, vel consiliū petent,
multo pstantius esse vbi decumbāt ęgri, vt illos in-
uisamus. Quod si nostris monitis nō obtemperēt,
culpa nō in nos, sed in eos recidet. Et ob hoc ęmu-
lis responsum volumus (*licet iis nunquā satis fiet, cum
& hac nostra scripta, tū admonitiones canū instar rodēt*)
nō propterea nos neq; alij medici eximij (*qui eadē
præstant, & nobiscum meliora optant*) vno pede cum
vroscopis illis & pstigiatoribus erimus metiendi,
cū illi semper cautelis vrinarū immersi, ab impo-
sturis nec præstigiis abstinēt, & miseram plebecu-
lam, more agyrtarum, in hac mala & falsa opinio-
ne retinent. Verum cum paulatim ambulando
vrbem accedimus: Dic optime Brute, quid nunc
de hac disputatione sentis? numquid & illa, & no-
stre confabulationes tibi graues ac onerosæ fuere?
Brvt. Nequaquam ô Euloge, postquam tandem
ex iis veritatem consequutus fuerim. Evl. Diffi-
cile tamen palmam concedebas. Brvt. Fateor:
existimabam enim prius me pro veritate pugna-
re, eoq; acrius meam opinionē defendebam, cum
nondum victoria potitus eras. Verum postquam
animaduertissem, aliorum periculo, qui pro aris
& focis vsq; ad necem vel verbera fere quiduis de-
fendunt, volui potius veritati ac rationi cedere, 278
meque totum tibi humiliter dedere, & gratiam
apud te inire, quam acriter pugnando labem in-
currere, aut vitam amittere. Evlog. Nostra
tamen disputatio vitam non contingebat. Brvt.
Tamen multi è vita discesserunt, & ab hac dul-
cissima luce priuati sunt, qui huic disputationi
vestræ vel huic quæstioni fidem noluerunt adhi-
bere, & eam ob causam in summam pernitiem
sese coniecerint, quemadmodum & viuis ex-
emplis Philiatrus demonstrauit. Phil. Rem *Multi vitā*
ipsam nunc vere intelligit Brutus ô Euloge: cum *amiserunt,*
procul dubio infiniti vitam amiserint, qui huic *qui nimiū*
stultæ diuinationi & incertæ, nimium, proh do- *stultæ diui-*
lor, fidem habuere. Evlog. Sed & eius men- *nationi fidē*
tem nunc quoque percipio: quamobrem cum *adhibuerūt.*
ipse victor triumphum consequutus sim, ac te
superauerim mi Brute, non tantum te in gratiam
recipere volo, imo posthac maiore amore te per-
sequar, cum mentem tuam à tenebris exuram, ac
per me & Philiatrum illustratam cerno: quare te
quoque non amplius Brutum, sed βρότον, id est,
humanum appellabo, cum Bruti naturam iam
exueris. Cum in te non tantum veritas nunc elu-
cescit, verum, quod magis est, nunc multo melius
bonum ex malo eligere nosti. Brvt. Quid mecū

iocaris ô Euloge? EVL. Absit: nam cum videam
te humanum ac etiam in te reperiam præuiden-
tiam quandam, vel, si mauis, electionem, qua in
posterum distinguere scies optimos medicos ex-
ercitatos, ab imperitis & impostoribus. BRVT.
Si hanc electionem intelligas, iocum transuerse
intellexi, & animaduerto te nunc seria tractare.
PHIL. Quid igitur sentis de hac nostra discepta-
tione. BRVT. Quid aliud sentirem, quam quod
prius dixi: imo mihi ipsi irascor, quod hactenus
279 his erroribus circumuentus fuerim, & impuden-
tissimis Vroscopis & Empiricis plus æquo fidem
attribuerim, peritis vero medicis vera methodo
medendi instructis iustam tam diu gloriam & fa-
mam detraxerim. EVL. Sufficit nobis ô Brute
simplex tua erroris confessio: nam ille qui igno-
rantiam suam fateri ingenue tergiuersatur, vel
hoc maxime nomine inscitiam suam & imperitiã
prodit: quo enim quisque est doctior & in artis
operibus magis exercitatus, eo minus errorem su-
um fateri eum pudet. Nam & Hippocrates ille o-
mnium medicorum Coryphæus, se suturis cra-
nei deceptum fuisse, fateri non erubuit. More
Cornelius Celsus lib. 8. cap. 4. (*inquit Cornelius Celsus*) magnorum virorum, fidu-
ciam & peritiam magnarum rerum habentium.
Nam leuia ingenia, quia nihil habẽt, nihil sibi de-
trahunt. Magno ingenio, multaq; nihilominus
habituro, conuenit etiam simplex veri erroris cõ-
fessio. Qui adeo pertinaces sunt, quemadmodum
illi, qui semel se sectis addiderunt, atque in iis, vt
dicebat Galenus, educati sunt, adeo in veri cogni
tione cæcutiunt, & inueterascunt, vt falsæ opi-
niones eos non modo surdos, sed cæcos reddant,
atq; pertinaces, vt Erasistratei, qui potius patriam
prodere volebant, quam falsam opinionem, quã
obnixe defendebant relinquere. PHIL. Id viuo
exemplo nũc videmus in quibusdam iunioribus
& nostris tonsoribus, qui Paracelso suo ita addicti
sunt, vt eum præ cæteris medicis quantumuis prę-
stantissimis pro Deo habeant, vt ne Hippocratem
quidem, multo minus Galenũ pro medico agno-
scant. Quamobrem illos felices medicos futuros
dixero, qui ab optimis præceptoribus in vera me-
thodo medendi instituti fuerint: illos vero è con-
tra infelicissimos iudico, qui præceptores sectis
280 addictos inuenerint vel habuerint, atque errori-
bus implicitos, tales vix vnquam emergent, & ad
sanam doctrinam peruenient. EVL. Propterea
non minorem laudem is consequitur, qui erro-
res corrigit, qui in medicinam irrepserunt, quam
qui de nouo aliquid inueniat, & ideo spero quod
hanc disputationem de incerto vrinarum iudicio,
ô Philiatre, quam nunc tractauimus, aliquando
etiam in publicam prodire sines, vt omnes scire ac
cognoscere possint, multo pręstantius fore, vrinas
in ædibus ægrotorum quam medicorum inspicere,
neq; inutile putarem, ob rudem plebeculam, eos-
dem libros (*vbi otium nactus fuero*) in linguam vul-
garem conuertere. BRVT. Id valde consultum
videretur atq; Reipublicæ non inutile. PHIL. Id
tempus docebit. Sed quia iam vrbem ingressi su-
mus, huic disputationi finem imponentes, te ô
Brute oratũ velimus, si vltro tibi molesti fuimus,
vel acerbioribus verbis te increpauimus, id pro-
pter scelera, præstigia & fraudes vromantum fa-
ctum putes, quæ maximo dolore nos affecerunt,
cum iis plebem imponerent. BRVT. Nolim ô
Philiatre & tu mi Euloge, tale quippiam vel de me
cogitare, quod mihi graues fueritis, cum hæc di-
sputatio nihil quicquam tædij attulerit, imo ma-
ximam inde voluptatem concepi. Multis quidem
verbis, iisq; seris, & asperioribus opus fuit, vt sce-
lerati ac contumaces in ordinem redigerentur.
EVL. Imo & amor quem proximo debemus talia
exigebat: quid enim magis pium est innocentes
defendere, sceleratos vero increpare, & errabun-
dos in viam rectam deducere? Quid æque vtile ac
necessarium, quam illud indicare & omnibus pa-
lam facere, quo quisq; se tueri possit à fraudibus &
imposturis præstigiatorum? quæ & hactenus im-
peritis & vulgaribus hominibus in eorum perni- 281
tiem occultæ latuere: Deum optimum precamur
ô Philiatre, ne hic labor tuus frustaneus sit, quem
omnium nostrorum nomine, tam libenter susce-
pistis. Et quoniam inclinata die, ad vesperam de-
ducta est disputatio, huic modum finemq; con-
stituamus & paulisper relaxatis animis à seuerita-
te ad hilaritatem risumq; traducamus, neque am-
plius tibi ô Philiatre molesti esse volumus, qui vl-
tro ac sponte sine calcaribus admotis, nobis adeo
facilis fueris, vt nihil non pertuleris, ac in mediũ
adduxeris, quod ad hanc quæstionem facere vi-
debatur. PHIL. Quod in hac concertationum
plena disputatione, satis vobis factum sit, mihi
quidem ita gratum, ac iucundum est, vt amplio-
res gratias mihi haberi aut agi nolim. Vos autem
disputationis studio incensi, totiusque memores,
ocio maiore concesso, in erroribus medicinæ cor-
rigendis, aliquando acrius, grauiusque incumbite
nobiscum, vt tandem medicinæ artium, imo sci-
entiarum omnium præclarissimæ, sua reddatur,
diuinitas ac honos. EVL. Id faciemus quam dili-
gentissime. Sed hæc tu deinde per otium diligen-
tius, ô Philiatre, meditaberis, & pro tuo præstanti
ingenio, præclaraq; eruditione, quæ rudia sunt, &
& imperfecta, perpolies & absolues. Quæ cum
Eulogus dixisset, surreximus, atque hilario-
ri sermone paulisper domos no-
stras concessimus.

FINIS.

Has subsequentes Epistolas D. Ioannis Langij, illustrissim. Principum Palatinorum Rheni Medici, hic subiungendas duximus, cum sint eiusdem argumenti cum nostro Dialogo.

pectare debuisset, quanquam exitus huius incer-
tus sit. BRVT. Licet me subtraxissem, denuo pu-
gnassem, sed nunc viribus destituor, ac palmam
Eulogo inuitus dare cogor. PHIL. Scio quod libē-
ter vicisses, verum quod victoriam Eulogo adiu-
dicauerim, ipsa ratio, quam bonæ leges sequi de-
bent, me ad hoc coegit. libere itaq; prout res ipsa
dictabat, sententiā ipsam pronūciaui. BRVT. Re-
cte tu quidē facis, & propterea fateor me errasse.
PHIL. Vtinam & Empirici vestri idem profiteren-
tur, qui si nostris demōstrationibus tum admoni-
tionibus, quibus hacteous vsi sumus, ad cōfessio-
nem suæ ignorantiæ, duci nō possent, saltē amor,
quem proximo ex Dei mandato debent, eo illos
impellere deberet, vt stultiloquio vrioæ relicto,
ad consueta sua opificia redirent, cum *Circumfora-
nei* & eiusmodi vromantes vix à limine medicinā
salutarunt. quam in pernitiem mulrorū exercent:
Si non resipiscant, videant oe Deus optimus ma-
ximus, in eos aliquādo regia censura animaduer-
tat. Sed iam tempus est vt colloquia nostra abrū-
pamus, & huic disputationi, quæ & plus æquo
fortasse vagata est, modum & finem inponamus:
iam dudum enim modestiæ fines egressi sumus,
nimiamq; vobis molestiā parauimus. Quare iam
si liber surgamus, & ab hac cootentione disputa-
tionis, animos nostros relaxemus, & domum cō-
reodamus. EVL. Non fuisti oobis molestus, neq;
Bruto, vt arbitror, cum grata & iucunda ac vtilis
fuerit hæc disceptatio. Verum si vobis vtrisque vi-
276 sum est, hac nocte apud me in prędiolo pernocta-
turi cænam sumemus: erit enim mihi hoc gratis-
simum. PHIL. Nouimus animum tuum, ô Eulo-
ge, maxime philosophicum; sed cum nostra fami-
lia nos expectet, ante vesperam facile domum te-
meabimus. BRVT. Hoc quoq; consultum magis
videtur, &, si libet obambulando finem huic col-
loquio imponamus. EVL. Cum vtrisq; ita vobis
placeat, id faciamus. sed tu Brute si verbosior aut
vehementior tibi visus sum, veniam des rogo af-
fectui & bono zelo, quo aduersus tam nefarios
præstigiatores & imperitos medicos accendor.
BRVT. Nihil æq; in votis est quod libentius ô
Euloge ago. Imo & tibi & Philiatro inmensas
habeo gratias, quod non solum vestris confabu-
lationibus animum exhilarastis meū, sed hac di-
sputatiōe iotima mea viscera mutastis, & simul cō-
scientiam meam cōmouistis, vt plane sentiam me
cum plebeis istis hominibus, à recta via maxime
aberasse, atque in labyrinthum adeo me coniectū
fuisse, fateor, vt ounquam me extricassem, nisi ve-
stra disputatione admonitus, exitum mihi paratū
inuenissem. Ita vt merito mihi ipsi irascar, quod
adeo errotibus implicitus atq; inuolutus, hacte-
nus tantum tribuerim incerto vrinarū iudicio &
tam perdite fidem habuerim & vromantiæ & v-
roscopis meis empiricis ac impostoribus: Ita vt
mirū fuerit, quod eorū venenosis medicameotis
oon succuberim, si in morbū incidissem. Sed quia
robustus fui, ac minus morbis obooxius Dei mira
prouidentia, eorū medicamentis miοus vsus fui,
& nunc in posterum me cauebo, vti spero, vt lotia
deinceps ad illos spectanda non feram, & ab eo-
rū medicamentis abstioebo. Et si cootigerit me in
morbū iocidere, aut vxorē vel alium quemcunq; 277
ex mea familia, medicū statim optimum vocabo,
vera methodo institutum, qui recte curare nouit.
EVL. Id si feceris, ô Brute, melius sanitatem conse-
queris, ēt tui omnes, si aliquo morbo detineātur,
& multo tutius curabuntur. PHIL. Probe noster
Brutus faciet: Nos quoq; oostri officij erimus me-
mores, & si ob importunitatē quoruodam, adhuc
saris inniti cogamur inspicere vrinas in ædib. oo-
stris: Attamē non desistemus, quosuis admonere,
qui hoc modo nos adibunt, vel consiliū petent,
multo pstantius esse vbi decumbāt ęgri, vt illos in-
uisamus. Quod si nostris monitis nō obtemperēt,
culpa nō in oos, sed in eos recidet. Et ob hoc ęmu-
lis responsum volumus (*licet tu nunquā satis fiet, cum
& hac nostra scripta, tū admonitiones canū instar rodēt*)
nō propterea oos neq; alij medici eximij (*qui eadē
præstant, & nobiscum meliora optant*) vno pede cum
vroscopis illis & pstigiatoribus erimus metiendi,
cū illi semper cautelis vrinarū immersi, ab impo-
sturis oec præstigiis abstinēt, & miseram plebecu-
lam, more agyrtarum, io hac mala & falsa opinio-
ne retineot. Verum cum paulatim ambulando
vrbem accedimus: Dic optime Brute, quid oune
de hac disputatione sentis? nunquid & illa, & no-
strę confabulationes tibi graues ac onerosæ fuere?
BRVT. Nequaquam ô Euloge, postquam tandem
ex iis veritatem consequutus fuerim. EVL. Diffi-
cile tamen palmam concedebas. BRVT. Fateor:
existimabam enim prius me pro veritate pugna-
re, eoq; acrius meam opioioē defendebam, cum
nondum victoria potitus eras. Verum postquam
animaduertissem, aliorum periculo, qui pro aris
& focis vsq; ad necem vel verbera fere quiduis de-
fendunt, volui potius veritati ac rationi cedere, 278
meque totum tibi humiliter dedere, & gratiam
apud te inire, quam acriter pugnando labem io-
currere, aut vitam amittere. EVLOG. Nostra
tamen disputatio vitam non contingebat. BRVT.
Tamen multi è vita discesserunt, & ab hac dul-
cissima luce priuati sunt, qui huic disputationi
vestræ vel huic quæstioni fidem noluerunt adhi-
bere, & eam ob causam in summam pernitiem
sese coniecerint, quemadmodum & viuis ex-
emplis Philiatrus demonstrauit. PHIL. Rem
Multi vitā amiserunt, qui nimiū stultæ diuinationi fidē adhibuerunt.
ipsam nunc vere intelligit Brutus ô Euloge: cum
procul dubio infioiti vitam amiserint, qui huic
stultæ diuinatiooi & incertæ, nimium, proh do-
lor, fidem habuere. EVLOG. Sed & eius men-
tem nunc quoque percipio: quamobrem cum
ipse victor triumphum consequutus sim, ac te
superauerim mi Brute, non tantum te in gratiam
recipere volo, imo posthac maiore amore te per-
sequar, cum mentem tuam à teoebris exutam, ac
per me & Philiatrum illustratam cerno: quare te
quoque ooo amplius Brutum, sed *βρότον*, id est,
humanum appellabo, cum Bruti naturam iam
exueris. Cum in te non tantum veritas ounc elu-
cescit, verum, quod magis est, nunc multo melius
booum ex malo eligere nosti. BRVT. Quid mecū
iocaris

iocaris ô Euloge? Evl. Absit: nam cum videam te humanum ac etiam in te reperiam præuidentiam quandam, vel, si mauis, electionem, qua in posterum distinguere scies optimos medicos exercitatos, ab imperitis & impostoribus. Brvt. Si hanc electionem intelligas, iocum transuerse intellexi, & animaduerto te nunc seria tractare. Phil. Quid igitur sentis de hac nostra disceptatione. Brvt. Quid aliud sentirem, quam quod prius dixi: imo mihi ipsi irascor, quod hactenus
279 his erroribus circumuentus fuerim, & impudentissimis Vroscopis & Empiricis plus æquo fidem attribuerim, peritis vero medicis vera methodo medendi instructis iustam tam diu gloriam & famam detraxerim. Evl. Sufficit nobis ô Brute simplex tua erroris confessio: nam ille qui ignorantiam suam fateri ingenue tergiuersatur, vel hoc maxime nomine insciriam suam & imperitiā prodit: quo enim quisque est doctior & in artis operibus magis exercitatus, eo minus errorem suum fateri eum pudet. Nam & Hippocrates ille omnium medicorum Coryphæus, se suturis cranei deceptum fuisse, fateri non erubuit. More (*inquit Cornelius Celsus*) magnorum virorum, fiduciam & peritiam magnarum rerum habentium. Nam leuia ingenia, quia nihil habēt, nihil sibi detrahunt. Magno ingenio, multaq; nihilominus habituro, conuenit etiam simplex veri erroris cōfessio. Qui adeo pertinaces sunt, quemadmodum illi, qui semel se sectis addiderunt, atque in iis, vt dicebat Galenus, educati sunt, adeo in veri cognitione cæcutiunt, & inueterascunt, vt falsæ opiniones eos non modo surdos, sed cæcos reddant, atq; pertinaces, vt Erasistratei, qui potius patriam prodere volebant, quam falsam opinionem, quā obnixe defendebant relinquere. Phil. Id viuo exemplo nūc videmus in quibusdam iunioribus & nostris tonsoribus, qui Paracelso suo ita addicti sunt, vt eum præ cæteris medicis quantumuis prę-stantissimis pro Deo habeant, vt ne Hippocratem quidem, multo minus Galenū pro medico agnoscant. Quamobrem illos felices medicos futuros dixero, qui ab optimis præceptoribus in vera methodo medendi instituti fuerint: illos vero è contra infelicissimos iudico, qui præceptores sectis
280 addictos inuenerint vel habuerint, atque erroribus implicitos, tales vix vnquam emergent, & ad sanam doctrinam peruenient. Evl. Propterea non minorem laudem is consequitur, qui errores corrigit, qui in medicinam irrepserunt, quam qui de nouo aliquid inueniat, & ideo spero quod hanc disputationem de incerto vrinarum iudicio, ô Philiatre, quam nunc tractauimus, aliquando etiam in publicam prodire sines, vt omnes scire ac cognoscere possint, multo pręstantius fore, vrinas in ædibus ægrotorum quam medicorum inspicere, neq; inutile putarem, ob rudem plebeculam, eosdem libros (*vbi otium nactus fueris*) in linguam vulgatem conuertere. Brvt. Id valde consultum videretur atq; Reipublicæ non inutile. Phil. Id tempus docebit. Sed quia iam vrbem ingressi sumus, huic disputationi finem imponentes, te ô Brute oratū velimus, si vltro tibi molesti fuimus, vel acerbioribus verbis te increpauimus, id propter scelera, præstigia & fraudes vromantum factum putes, quæ maximo dolore nos affecerunt, cum iis plebem imponerent. Brvt. Nolim ô Philiatre & tu mi Euloge, tale quippiam vel de me cogitare, quod mihi graues fueritis, cum hæc disputatio nihil quicquam tædij attulerit, imo maximam inde voluptatem concepi. Multis quidem verbis, iisq; seriis, & asperioribus opus fuit, vt scelerati ac contumaces in ordinem redigerentur. Evl. Imo & amor quem proximo debemus talia exigebat: quid enim magis pium est innocentes defendere, sceleratos vero increpare, & errabundos in viam rectam deducere? Quid æque vtile ac necessarium, quam illud indicare & omnibus palam facere, quo quisq; se tueri possit à fraudibus & imposturis præstigiatorum? quæ & hactenus imperitis & vulgaribus hominibus in eorum perni- 281
tiem occultæ latuere: Deum optimum precamur ô Philiatre, ne hic labor tuus frustaneus sit, quem omnium nostrorum nomine, tam libenter suscepistis. Et quoniam inclinata die, ad vesperam deducta est disputatio, huic modum finemq; constituamus & paulisper relaxatis animis à seueritate ad hilaritatem risumq; traducamus, neque amplius tibi ô Philiatre molesti esse volumus, qui vltro ac sponte sine calcaribus admotis, nobis adeo facilis fueris, vt nihil non pertuleris, ac in mediū adduxeris, quod ad hanc quæstionem facere videbatur. Phil. Quod in hac concertationum plena disputatione, satis vobis factum sit, mihi quidem ita gratum, ac iucundum est, vt ampliores gratias mihi haberi aut agi nolim. Vos autem disputationis studio incensi, totiusque memores, ocio maiore concesso, in erroribus medicinæ corrigendis, aliquando acrius grauiusque incumbite nobiscum, vt tandem medicinæ artium, imo scientiarum omnium præclarissimæ, sua reddatur, diuinitas ac honos. Evl. Id faciemus quam diligentissime. Sed hæc tu deinde petorium diligentius, ô Philiatre, meditaberis, & pro tuo præstanti ingenio, præclaraq; eruditione, quæ rudia sunt, & & imperfecta, perpolies & absolues. Quæ cum Eulogus dixisset, surreximus, atque hilariori sermone paulisper domos nostras concessimus.

FINIS.

Has subsequentes Epistolas D. Ioannis Langij, illustrissim. Principum Palatinorum Rheni Medici, hic subiungendas duximus, cum sint eiusdem argumenti cum nostro Dialogo.

χεῖλον ἀγγείων ῥεῦμά τι καὶ ἀρρωστίαν τῆς τοὺς χυμοὺς γεν-
νώσης δυνάμεως. τῶν δὲ κατὰ τὸν ἐγκέφαλον, θώρακά τι,
καὶ πνεύμονα παθῶν, ἄλλα συμπτώματα δεῖ καὶ σημεῖα.
*Accipis nempe iam, alia esse morborũ, qui circa cerebrum, tho-
racem, pulmonem, articulos, adde & intestina subsistunt,
quam ex lotio, cognitionis accidentia & signa: quæ omnia
ab ægro prudens Medicus percontando explorare debet. Re-
cte præterea Damascenus in Aphorismis ait: De ægritudi-
nibus non facile proferas iudicium, nec vrinam habeas, ni-
si postquam ægrum videris in præsentia, & de singulis eum
interrogaueris, & examinaueris. Cui Rasis Medicus A-
rabs his verbis perbelle in Aphorismis suis astipulatur: De-
cet magistrum, ægrum interrogare, vt causam ægritudinis
interiorem cognoscat, vt postmodum rationale iudicium
præstare possit: nec erubescat ægrum interrogare, vt sciat
an ægritudo intra vel extra venas subsistat. At nostrates ex
schola Alexandrinorum Medici sedentarij, ne à vulgo in-
scitiæ arguantur, qui Medicos ex lotio omnia nosse credit,
de morborum causis & symptomatis ægrum percontari e-*
286 *rubescunt. ac vt se temerario inertis vulgi iudicio accom-
modent, de morbis ex vrina iudicio nugari non verentur:
O vtinam illis veritas esset populari aura potior: & à Persio
moniti, si quid turbida Roma eleuaret, illius iudicio non
accederent: & quam fraudulentum, nugax & perniciosum
sit de morbis omnibus ex vrina iudicium, ab neotericis Me-
dicis & impostoribus cum execrando mortalium exitio in-
troductum, plebem ingenue docerent, & faterentur: tum
morborum naturas ex illorum causis, actionis læsæ, & si-
gnis pathognomonicis diligentius scrutarentur. tunc certe
plures curarent, celebriusque illorum nomen apud suos ciues
& exteros in astra efferretur. Simulque à Medicinæ pro-
fessione agyrtæ, circulatores, monachi apostatæ, perfidi &
Christianis infesti Iudæi, indoctique parochiarum sacrificu-
li, chymistæ, & id genus nebulonum (anus quoque fatidi-
cas fere præterijssem) exploderentur. qui cum nec prima
Philosophiæ naturalis aut Medicinæ rudimẽta didicerint,
impune per hominum mortes experimenta agunt: quo ni-
hil reipublicæ vtilius contingere posset, quam vt tandem
Christianorum populus ab illorum impostorum latrocinio
& tyrannide vindicaretur, qui vulgo ignota vrinæ obser-
uatione suam celantes ignorantiam, & nomen Medici sibi
vendicantes, in Medicinæ professionem, vt fuci in aliena a-
pum aluearia, irrepserunt. Ex his tibi patere causas arbi-
tror, ob quas Medicina, & illius Professores, sub nostro
cœlo non magnifiant. Vale.*

287 De differentiis signorum, quibus Medici morbos
discernunt, & futura præsagiunt.

Epistola LXXXIII.

MVSSITANT, &, vt audio, obmurmurant quo-
*que, barbari & scelerati illi in re medica imposto-
res, quod delirum ac plane temerarium eorum in discernẽ-
dis morbis ex vrinæ iudicium damnauerim, quorum, mi
Andrea, calumnias ne gry quidem fecerim. Nam qui pro-
desse non queunt, quomodo obesse possint, non video. Per-
inde ac ignorata morbi constitutione, quid Medicus in cu-
ra morborum præstare poterit, non intelligo. Ob id veteres
nõ ex lotio tantum, sed ex signis ac indiciis pathognomicis,
vniuersaque symptomatũ morbi syndrome, causam & sub-
stantiam morbi, à quibus remediorum indicationes acci-
perẽt, summo studio & obseruatione scrutati sunt, ipsam-
que medicinam primario diuiserunt in Therapeuticam,
cuius communissimus scopus est, τὰ ἐναντία τῶν ἐναντίων
ἰάματα, Contraria contrariorum medicamenta: & in
Diagnosticam, cuius primarius scopus est, Sana à similibus
ægra à dissimilibus sanis discernere. quæ medicinæ præstan-
tior pars, longo interuallo Therapeuticam præcedit, quasi-
ne Diagnostica nullius frugi est, aut vsus. Et quia morborũ
exactam per signa pathognomonica, cuilibet morbo pecu-
liaria, & symptomatum coincidentias, quas empirici
συνδρομὰς vocabant (αἱ δὲ τινές εἰσι συμπτωμάτων ἀθροί-
σματα, quæ erant accidentium aut casuum morbi per ob-
seruationem collectiones) cognitionem tradebat, eam tan-
dem iuniores σημειωτικὴν appellarunt. Ob id merito quis-
piam admirabitur Galenum illum polyhistorem, qui præ-
ter ducentos & quinquaginta libros, quos de variis disci-
plinis condidit, de aliis vero singulis medicinæ partibus su-
pra quadringentos ediderit, easque ad vnum omnes ratio-* 288
*nali methodo expediuerit: quod hanc solam præstantio-
rem medicinæ partem διαγνωστικὴν, nulla exacta me-
thodo excoluerit: sed tantum passim, præcipue in libello
de Artis constitutione, eius semina sparserit. At tamen
Auicenna, Rasis, & alij de Arabum schola Medici, &
posteriores de classe Græcorum, Paulus Æginas, Aetius,
Actuarius, & Alexander Trallianus (quem Mesue iatron appellat)
veteres empiricos imitati, signorum &
accidentium syndromen in singula morborum capitula
congesserunt: sed adeo indistincte, vt quod illorum sit pa-
thognomicum, aut epiphanomenum, aut synedreuome-
num, alterum ab altero discernere non possis: vt illorum
medicinam diagnosticam recte quispiam confusum De-
mocriti chaos dixerit. Adde quod nec doceant, quod
morbi signum vel indicium viribus alteri præponderet.
Verum his longe ineptiores nostri seculi in Germania qui-
dam logiatri qui, ac si omnia morborum signa in vrinã
elucescerent, ex solius lotij inspectione de morbi substan-
tia, patientis salute vel interitu, ob triobolaris scorti sa-
larium temere pronuntiare (nugari rectius dixissem) non
erubescunt. Vt igitur illorum impudentia omnibus inno-
tescat, pauca de signorum differentiis huic epistolæ inse-
rere constitui: vt iis me doctioribus, quibus hac absoluta
tractare methodo vacet, ansam præbeam: quam & ego,
si plus ocij nactus fuero, ob ægrorum salutem, libens ap-
prehendam: vt tandem semel hoc flagitium ex temera-
rio de morbis vrinæ iudicio, facinus certe flagris dignum,
ex medicorum palæstra eliminetur, & recta curandi iu-
dicandique morbos methodus instituatur. Atqui cum a-
pud Philosophos, tum apud Medicos omnes in confesso est,
effectus & accidentia suam prodere & indicare causam.
Constat quoque symptomata esse morborum διαθέσεως
effectus. Nemo igitur inficiari poterit, symptomata (de
quorum numero sunt actiones læsæ, & quædam essen-
tialiter inhærentia inseparabilia) morbos, & locum affectũ* 289
*quoque, velut eorum domicilium & nosocomium, cui appli-
cari & accommodari debent remedia, indicare. Sympto-
matum vero quædã Græcis dicuntur epiphænomena, siue
συνεδρεύοντα: alia vero pathognomonica, quæ ex essentia-
liter inhærentibus ac simul cũ morbi cõstitutione orta, cũ
ea quoque dispereunt. Hæc sunt inseparabilia & certa mor-
borũ indicia, quorũ syndrome morbi speciẽ rectius ac verius
omni lotio indicat. Sic febris continua cum dolore lateris*

 pungiti-

pungitiuo, ac tussi anhela, cum simul & quasi vna irruunt, pleuritida morbum indicant. Alia vero quadeinceps succedunt accidentia, epiphanomina aut synedreuonta dicta, quasi morbi assessores, cui neque necessario aut inseparabiliter cohærent, nec vna oriuntur, sed vt plurimum aut raro vel ἀμφιδόξως, id est ancipiti ratione morbo assident, nec substantiam illius constituunt, sed, proprias morborum differentias faciunt; vt in pleuritide sputum cruentum vel citrinum, dolor ad furculam, vel ad diaphragmatis infima protensus, vigilia, delirium, somniorum spectra. Hæc sane accidentia epiphanomena dicta, vel morbi differentiam, aut illius ὀπηκείην, id est mansuetudinem, aut κακοήθειαν, id est prauitatem induant. Oportet certe in tali symptomatum syndrome Medicum singulorum symptomatum vires æqua lance ponderare, & lethalia cum salubribus acri iudicio expendere. Si enim perniciosa vel viribus aut copia, salutaria & naturæ vires superauerint, tum periculum mortis non longe aberit: & vicissim, si salutaria perniciosis potentiora extiterint, tum æger tam fere Scyllam & Charybdim eluctatus, in crisis impetu saluus, in portu nauigabit. idque eo certius, si inter hæc perfecta concoctionis signa affuerint. De numero vero talium signorum, aliqua sunt decretoria aut iudiciaria alia concoctionis aut cruditatis indicia, alia salutis aut mor-
290 tis indicatiua. Signa vero concoctionis, finito morbi principio, & eius humore per calorem naturalem probe concocto, & à putredine sequestrato, in augmento vel morbi vigore in vrina sputo, & apostematum suppuratione quoque, digestioni, quæ in venoso vasorum genere fit, simillima, & aliis excrementis apparent: nempe cuiusque partis in corpore & humorum excrementa, quæ sunt concoctionis perittomata, & reliquiæ, eam quæ illis inest dispositionem ostendunt: siquidem cocta fuerint, sanam; si cruda, ægram arguunt. Vnde in ægritudinibus pectoris, & spirationis instrumentis, sputum album, leue, æquali consistentia concretum, semper est salubre concoctionis signum. Si vero nihil exputitur, integram ostendit cruditatem: si vero sincerum, aquosum, tenue, liuidum, æruginis simile sputum eructatur, non cruditatem modo morbi, sed etiam perniciem minatur. At vrina, secundæ digestionis excrementum, quæ in venoso genere vasorum, visceribus, hepate & præcordiis fit, dum hæc febre, phlegmone, scirrho, aut intemperatura quauis oblæsa fuerint, certum est cruditatis aut concoctionis index. Quippe si hæc colore & substantia sanorum vrinis fuerit simillima, hypostasim albam, lenem, puri exacte concocto similem habuerit, hæc non modo concoctionem morbi præcipue in febribus, sed etiam virtutes naturales esse, viribus morbi longe potentiores, easque in crisis conflictu victoriam obtenturas, vere testatur. At ea ratione non est vrina signum pathognomonicum: sed concoctionis vel cruditatis in febribus, & morbis viscerum, præcordiorum, signum obseruatione penitus necessarium. Proinde Galenus in Prædictionibus Hippocratis concedit, vrinam, diathesim, id est morbum partium hepatis, ac renum, & vesicæ, ac sanguinem continentium vasorum, ac virtutis naturalis humores generantis robur & imbecillitatem indicare: at cerebri, pulmonis, matricis & neruorum, affectuum alia esse signa
291 pathognomonica affirmat. Nec tamen quispiam temere asseueret, vrinam esse quorundam morborum, membrorum per quæ labitur, indicem, non primaria ratione, sed per accidens, ratione contentorum, quæ sunt membrorum diuerticulorum excrementa. Proinde Hippocrates testatur, si quis arenulas, furfures, aut squamulas furfuribus similes, carunculas, sanguinis grumos, pus, aut capillamenta quædam alba, conglomeratis sub cauda cancrorum venulis simillima, eminxerit, hæc vesicam scabie, ac renes lithiasi, suppuratione aut quauis alia nephritide, vel venæ ruptura laborare. At ne quis temere hæc vrinæ indicia ad alios quam prædictorum membrorum affectus referat, venerandus ille medicorum parens in fine subiungit: Ne igitur decipiaris, inquit, caue, ne vesica quouis modo affecta, si huiusmodi reddiderit vrinas, te decipiant. Tales enim non ad vniuersum corpus, sed ad ipsam duntaxat vesicam referri debent. Est & satis verendus renum morbus, hydrops ad matulam, aut diabetes, siti vrinæ profluuium, ob inexplebile bibendi desiderium dipsacus à Græcis dictus. Hic renum vesicæque affectus, intestinorum læuitati, quam lienteriam vocant, similis est: ob idque subinde bibere coguntur. Quod tandem, ob virtutis renum retentricis, & alteratricis imbecillitatem, nihil in colore, substantia & odore immutatum, quale biberunt, exuberanter quoque reddunt. Tale vero lotium, diabetes esse proprium & cognobile morbi accidens, quod Græci pathognomonicum appellant, nemo inficiabitur. Reliquum est tertium signorum concoctionis & excrementorum genus, nempe alui ex prima digestione excrementa, quæ mollia & leuiter pro coli cauitate signata & concreta, si consueto tempore egeruntur, & excreta cibo ingesto proportione correspondeant: tum hæc, vt Hippocrates ait, naturalium ventriculi facultatum & concoctionis robur recte indicant. Tria igitur hæc excrementorum genera,
propriam cuiusque membri, per quod deseruiuntur, dispo- 292
sitionem, & virium naturalium robur indicant, ventriculi vires, cibi excrementa. Ob id Antonini stabularij, equi eius prasini stercora quotidie olfaciebant, ac etiam degustabant, an probe pabulum concoxisset exploraturi. At venosi vasorum generis, & hepatis, quod ardens humorum concoctionis focus est, vrina: morborum & humorum pectoralium, sputa, sunt concoctionis aut cruditatis signa & indicia. hæc vt plurimum mala, nec rara etiam perniciosa: illa vero semper salutaria, ac salutiferæ crisis internuncia. Vnde Hippocrates ait, πέπασμοι ταχυτῆτα κρίσιος, ἀσφάλειαν ὑγιεινὴν σημαίνουσιν. ὠμὰ δὲ, καὶ ἄπεπτα, ἐς κακὰς ἀποστασίας τρεπόμενα, ἢ πόνους, ἢ θανάτους, ἢ τῶν αὐτῶν ὑποστροφάς. Sunt adhæc alia plurima, vt futuræ crisis signa decretoria, mortisque & salutis signa prognostica: quorum declaratio non epistolam, sed iustum exigeret volumen, prius ab Hippocrate adamussim descripta, præcipue ex pulsibus prædictionis ac præsentis morbi & loci affecti signa admodum perplexa: quæ libens ideo prætereo, quod horum vis, energia, & significatio à signis concoctionis dependeat, nec vlla sint concoctionis ex signis pathognomonicis scitu medico magis necessaria. Dic enim obsecro, qui Medicus potis est ignotos curare morbos, nisi signa pathognomonica illis hos manifestarint? in quorum cognitione adeo veteres medici desudarunt, vt non modo signorum pathognomonicorum syndromen diligenter obseruarint, sed ad exactam morbi cognitionem, etiam sudores
in balneis

in balneis strigili exceptos, ac aurium sordes degustauerint. Verum cum non medicus, sed natura concoquat & curet morbos: maxime intererit medici, scire naturæ suum virium robur, an morbum euincere possint, aut eas sub morborum tyrannide succumbere oporteat: vnde certiora salutis ac mortis accipiuntur signa, quam vel augures & vates, quos ob agros Romani alebant, vnquam statuere potuerint. quorum vera esse vaticinia.

Nec pueri credunt, nisi qui nondum ære lauantur.

At ea quæ à signis concoctionis prognostica accipiuntur, tam firma sunt, vt illis nunquam se falsum Galenus glorietur. At nostrates medici, ex vrina hydromantes, vel hæc ignorant penitus; aut non intellecta, flocci pendunt: qui domi desides, ex solo lotio de omnibus morbis vaticinari non erubescunt: quique alteram præstantissimam medicinæ partem, diagnosticam sine qua Therapeutica subsistere non potest, nec à limine salutasse videntur: tamen nec ignotis mederi morbis, nec se profiteri medicos pudet. Vale: & qua nam methodo compendiaria, medicina diagnostica conscribi docerique possit, aliquando mihi rescribe.

F I N I S.

INDEX RERVM ET VERBORVM MEMORABILIVM QVÆ IN LIBRIS DE TVMORIBVS & de Vrinarum incerto iudicio, Petri Forefti, continentur.

ADIECTA LITERA t. *LIBROS DE tumoribus*, v. *vero libros de vrinis denotat.*

SVNT AVTEM NVMERI QVÆRENDI marginales: illos enim qui singulas columnas ac paginas numerant, steriles esse volo.

A.

Apostema

B.

C.

Cantha-

Empi-

F.

G.

scien-

Lichene

INDEX.

N.

O.

Oedema-

Q.

R.

S.

Sar-

Vir-

Vrina

X.

Z.

FINIS.